bolus dicit nō.q2 ego ſagittabo eū:⁊ facit eu3
cogitare vt aſcendat ⁊ vadat ad ſtudiū.q2 po
terit eſſe magiſter ⁊ cōfeſſoꝛ regis ⁊c̄. Factu3
eſt:talis iam vulneratus eſt ſagitta dyaboli.
Jdem de ꝑſbyteris ſimpliciter viuentibꝰ. Sꝫ
dyabolus ſagittat quando facit eu3 cogitare
dicēdo. Si tu ſic viuis nō poteris iuuare ami
cos. Jdeo opoꝛtet te aſcendere vel cu3 ſymo
nijs vel vſuris vel ſeruitijs ⁊c̄. Jdē de laycis
ſimpliciter viuentibꝰ:recta via vadunt ad pa
radiſum:nec ꝓ filijs faciunt ſibi vanitates ⁊c̄.
ſed nutriunt eos bene in bonis moribus. Sꝫ
dicit dyabolus.ego ſagittabo eum ⁊ facit eū



cogitare:quare tu non eſſes iuratus ſiue con-
ſul vt talis.q2 de pecunijs ville te poteris iu-
uare:tenere famulos ⁊c̄. Cum tamen ad regi
men deberet hō venire ſicut ad furca3. Sunt
multi qui neſciūt regere domū ſuā ⁊ volūt re
gere cōmunitatem. Jō deſtruunt ville ⁊ cōita
tes ⁊ ciuitates ex ābitione aſcendēdi. Jdē de
mlierib9 q̄ deferūt viris ſuis honorē amorē ⁊
obediētiā ꝓterq̄ in peccatꝭ:tales recta via va
dūt ad paradiſu3. Sꝫ qn̄ cogitāt ꝑdictꝭ oppo
ſita ⁊ ꝯſentiūt factū eſt:iā ſunt ſagittate a dya
bolo. Jdeo dicit dd̄ de dyabolo Arcū tetēdit
⁊ parauit illū. Et in eo parauit vaſa mortꝭ:ſa-
gittas ſuas ardētibꝰ effecit. pſ̄.vij. Nota ar-
dentibꝰ.ſ.in habēdis officijs honoꝛibꝰ ꝑemi
nentijs ⁊ dignitatibus. Tertio dicit. Et data
eſt ei coꝛona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Q2
demon qui tēptat de ſuperbia coꝛona3 regis
poꝛtat. Jdeo Job.xli. Jpſe eſt rex ſup vniuer
ſos filios ſupbie. Nec aliquis rex hab3 tot va
ſallos vt ipſe. Et exiuit.ſ.de celo. Hic caſū ipo
rum ex ſuperbia:dicente deo. Nō habitabit i
medio domus mee:qui facit ſuperbia3 pſ̄.c.
Uinces.ſ.angelos malos ſibi conſentientes
vt vinceret.ſ.homines in mūdo iſto. Ecce pri
mum prelium. Jdeo quilibet auiſet ſe ⁊ caue
at a ſagittis ſupbie.q2 magnū periculu3 ē ire
per altiſſimos montes.quia periculoſus ē ca
ſus ab alto. Quādiu eni homo vadit plane ꝑ
viam humilitatis vadit homo ſecure ſine pe
riculo. Jdeo xp̄s. Diſcite a me q2 mitis ſu3 ⁊
humilis coꝛde:⁊ inuenietis requiē animabꝰ
veſtris. Mat.xi. Diſcite.ſ. lectionem quam
docuit verbo ⁊ exemplo. ¶ Secūda a militia
ē cu3 dicit. Uidi ⁊ ecce equus ruffus:⁊ qui ſe
debat ſuper illum datu3 eſt illi vt ſumeret pa
cem de terra.⁊ vt inuicē ſe interficerent. ⁊ da
tus eſt illi gladius magnus. Hoc ꝓlinꝫ dant
demones per peccatū luxurie qḋ innuit in hᵒ
ꝙ equus erat ruffus. Jn ſignum huius qn̄ ꝑ-
ſona cogitat ḋ illo peccato efficit rubea. Et ſi
cut domus ⁊ oia bona ibi congregata cōbu-
runtur quādo incenditur igne.ita ex illo pec
cato perdunt merita congregata ⁊ bona. Jō
de iſto peccato dicit ſcriptura. Jgnis eſt vſq3
ad perditionem.i.conſumptionē deuoꝛans.
⁊ oia eradicans germina. Job.xxi. O miſeri
pro modica delectatione beſtiarum q̄ ſtatim
tranſit non dubitatis amittere tantam gloꝛiā
⁊ incurrere tantam penam. Jtem dicit ꝙ mi-
les equitans ſuper equū ruffum habebat ptā
tem ſumēdi pacē de terra. Nota ſeptē paces.
Prima eſt inter deum ⁊ homines. Secūda
inter angelos ⁊ homines. Tertia eſt inter aīa
mam ⁊ coꝛpus. Quarta inter virum ⁊ vxoꝛē.
Quinta inter clericos ⁊ populum. Sexta in
ter dominos ⁊ vaſallos. Septima inter vaſal
los ad inuicem. Prima pax eſt inter deum ⁊
perſona3 quando viuit caſte ⁊ honeſte. q2 cū
ipſa deus habitat. quia deus non eſt poꝛcus
vt velit in luto habitare. Sed quando perſo-
na cogitat de illo peccato: ⁊ conſentit ad fa-
ciendu3.dn̄s indignatur ⁊ perditur pax ⁊ fit
guerra ⁊ diuiſio. Secūdo ex iſto peccato tol
litur pax que eſt inter angelos ⁊ homines.
Hic quō quilibet habet angelum cuſtodem
q2 alias demones nos deſtruerēt. ⁊ angelus
bonus diligit ſibi cōmiſſos ſinceriter: ⁊ pluſ-
q̄3 mater filium ſibi charum. De iſta cuſtodia
auctoꝛitas. Angelis ſuis deꝰ mandauit de te
pſ̄.xc. Sed qn̄ ꝑſona vult facere illḋ pctm̄ co
gitatione:vel tactu:vel locutione:vel opatio
ne:angelus indignat dicēdo. O iſte ribaldꝰ
q̄d facit. Hic quō nō fieret illud pctm̄ coꝛam
puero ex verecūdia.mlto magis deberet ho-
mo verecundari de angelo ꝑſente ⁊ dicente.
O de iſto ribaldo ⁊c̄.⁊ claudit naſum. Ter-
tia pax eſt inter carnem ⁊ ſpm̄:quam hn̄t per
ſone q̄ viuūt in penitentia.q2 per pn̄iam caro
ſubijcitur anime vt captiua domine.⁊ ſic hn̄t
pacem. Sed pax tollitur quando captiua re-
bellat ⁊ reſiſtit contra domina3. Sic qn̄ caro
ꝯ animā facit illud peccatum pax dicta tolli-
tur. Quarta pax eſt inter virum ⁊ vxoꝛem qn̄
ſeruant ſibi mutuo fidelitatē:q̄ pax tollitur ⁊
ſoluit per pctm̄ luxurie. Uidemꝰ ꝙ quando
vir ſentit vxoꝛem adulterari:nō bene poꝛtat
nec econuerſo. Quinta pax eſt inter clericu3
⁊ populu3 alicuius ville vel cōitatis. q2 layci
debent honoꝛare clericos vt patres:⁊ ſoluere
decimas ⁊c̄. Sed hec pax tollit ꝑ luxuriā ⁊c̄.
Clerici aūt debent viuere honeſte ⁊c̄. Sexta
pax ē inter dn̄m ⁊ vaſallos. Sꝫ hec tollit qn̄
dn̄s vult habere vxoꝛē vel filiā vaſalli.q2 non
ſeruarent ſibi fidelitate3:imo occiderent eu3:
Septima pax eſt inter vos laycos ad inuice3:
qui vt fratres debetis vos diligere ⁊ habere
pacem. Sed hec pax tollitur per luxuriam
quādo vnus curat de vxoꝛe vel filia alterius.
Ex quo ſequuntur multa inter vos mala. De
hoc pctō dicit ꝓpħa. Jmpij q̄ſi mare feruens
qḋ quieſcere non pōt.⁊ redundant fluxꝰ eius
in ꝯculcationē ⁊ lutū. Non eſt pax impijs diē
dn̄s deus. Yſa.lvij. Jmpij dicuntur luxurioſi.
Nō q2 vt dent delectationem captiue.i.carni
damnant animā. Sed dicitur ꝙ datꝰ ē militi

gladius magnꝰ. Non.n.bellat cũ arcu: ſꝫ gla
dio magno.qꝛ totꝰ mũdꝰ q̄ſi ꝯprehẽdit pctm̃
hoc:etiã in religioſis ⁊c̃. Nota exẽplũ de de-
mone in corpe obſeſſe dicẽte ſe nõ inde exire
niſi dicerent̃ tres miſſe a tribꝰ clericis ꝟginibꝰ
⁊c̃. Totꝰ mundus eſt iſto pctõ corruptꝰ: ⁊ iaꝫ
cõpleta eſt ꝓphia Dauid. Corrupti ſunt ⁊ ab
hoïabiles facti ſunt: nõ eſt q faciat bonũ.ſ.ca-
ſtitat̃.nõ eſt vſqꝫ ad vnũ.ſ.de adultis cõpara-
tiue loquẽdo. Ecce quõ hic gladiꝰ eſt bñ ma
gnꝰ.qꝛ tot occidit.iõ cuſtodiamꝰ nos ab iſto
gladio cuſtodiẽdo cõda a luxuria.qꝛ ita vult
deꝰ. Hec eſt volũtas dei ſanctificatio vr̃a: vt
abſtineat̃ vos a fornicatione.i. ad Theſ.iiij.
¶ De tertio ꝑlio dicit. Et ecce equꝰ niger.⁊ q
ſedebat ſup illũ habebat ſtaterã in manu ſua.
Ecce pctm̃ auaritie ⁊ cupiditat̃. Dic̃ ꝙ equꝰ
erat niger ⁊ ſignificat pctm̃ auaritie. Vñ ſic̃
color albꝰ pre aliis oñdit̃.ita color niger pre
aliis abſcõdit̃.qꝛ auarꝰ ſemp abſcõdit pecuni
as ⁊ facit ſe pauperẽ qñ petunt ab eo elemo-
ſynã ꝓ aliq̃ pia cã.⁊ vadit ſemp male indutꝰ
vt videat̃ paup.iteꝫ abſcondit ad decipiẽduꝫ
qꝛ fugit ſe amicũ ꝟbo vt decipiat facto. in ore
ſuo pacẽ cũ amico ſuo loquit̃: ⁊ occulte ponit
ei inſidias. Iere.ix. Nota iſidias.vt.ſ. habeat
pecunias ⁊ bona veſtra.itẽ dixit ꝙ miles ha-
bebat ſtaterã in manu ſua.in quo oñdit̃ mo-
dus pcti auaritie.qñ ad iſtar falſe ſtatere pec
cati auaritie facit.qꝛ illud qδ eſt magis pon
deris ⁊ infiniti valoris.ſ.paradiſus ⁊c̃.paruꝫ
põderat̃ in ꝯſpectu ⁊ corã oculis auari. Et il-
lud qδ paꝝ ⁊ modicũ valet vt pecunia. bona
tpalia ponderat ⁊ reputat eſſe iſiniti valoris.
Ecce ſtatera falſa ⁊ doloſa.qꝛ deũ q̃ eſt infini-
ti valoris ⁊ honoris dyabolus facit ꝙ coram
auaro nõ ponderat vnã fabam.qδ fit qñ ꝓ lu
cro vniꝰ ſolidi iuras falſe dicẽdo: per deũ: tm̃
conſtat. Nota hic ꝯ falſitates q̃ fiunt inter em
ptores ⁊ venditores.itẽ hec falſa ſtatera facit
ꝙ palea vanitatũ multũ ponderat in ꝯſpectu
diuitũ. ⁊ glia ⁊ gaudia ⁊ theſauri paradiſi q̃
ſunt inextimabil̃ ponderis nihil ponderãt.iõ
dicit ſcriptura. Nunqd iuſtificabo ſtaterã im
piã ⁊ ſaccelli.i. occulti ſacci i q̃ occultat̃ falſũ
pondus põdera doloſa.in q̃bꝰ diuites eiꝰ re
pleti ſũt iniqtate. Michee.vi. Nota ſtateraꝫ
ipiã et põdera doloſa ſaccelli. Staterã impiã
vocat pctm̃ ſymonie in q̃ vẽdit̃ ſpũſſanctꝰ. iõ
doctores vocãt ſymoniã hereſim. Symoniaci
ponderãdo vendũt grãꝫ dei. Nõ hic de frau-
dibus ſymonie. Pᵒ in miſſis ſancti amatoris
in q̃bꝰ cõmittunt̃ multe ipietates. Pᵒ qꝛ dñt
ꝙ debent dici ꝯtinue ſine iteruallo cũ tm̃ pau-
ci ſunt talis vite ꝙ cõtinue ⁊c̃. Scd̃a qꝛ frãgit̃
ordinatio eccl̃ie q̃ q̃libet die hꝫ ſuã miſſaꝫ de-
terminatã ⁊ certã. Tertia ipietas eſt ꝓciũ cer
tuꝫ qδ facuit clerici.qꝛ hñt celebrare ſine iter
uallo petẽdo plus.itẽ tot cãdele tot denarij.
Quarta eſt error.qꝛ lꝫ beatꝰ amator triginta
miſſis extraxit aïaꝫ matris de purgatorio.cre
ditis ꝙ etiã vos. Nã ſicut iſirmitates nõ ſunt
eedẽ.nec etiã pene ⁊c̃. Dic de medico q ap-
plicat medicinas iuxta iſirmi ꝯditiões. Ecce
q̄re dicit. Nunqd iuſtificabo ſtaterã ipiã. Se
cũdo dic̃. Et ſaccelli põdera doloſa. Hoc dic̃
ꝯ laycos vſurarios q mutuãt.x.ꝓ.xij.nõ ẽ põ
dus eq̄le. Dic̃ vſurariꝰ rõne tpis nõ valet.qꝛ
tps eſt dei.iõ tm̃ ꝓ tãto ⁊ nõ amplꝰ. idẽ ven
dũt plus rõne dilatiõis ſolutiõis. vel emẽdo
minꝰ rõne pecunie parate. Ecce ſaccelli põde
ra doloſa.in q̃bꝰ diuites ⁊c̃. ¶ De q̄rto ꝑlio
dicit. Ecce equꝰ pallidus.⁊ q ſedebat ſup euꝫ
nomẽ illi mors.⁊ iſernꝰ ſequebat̃ illũ. Ecce q̄r
tũ ꝑliũ dyaboli ex pctõ iuidie. Nã color palli
dus ſiue glaucꝰ ſignificat pctm̃ iuidie. Rõ.qꝛ
eſt amaricatꝰ ſiue mortificatꝰ. qꝛ iuidia aïam
mortificat ⁊ occidit.i.ioan.iij. Nos ſcimꝰ qm̃
tranſlati ſumꝰ de timore ad vitã.qm̃ diligimꝰ
frẽs q nõ diligit manet in morte. Ois q odit
fratrẽ ſuũ: homicida eſt.ſ.ſuipſiꝰ. Sꝫ q̄re dic̃
ꝙ iſernꝰ ſeq̄bat̃ eũ declarat̃ per qõnẽ quã fac
unt doctores dicentes. Quare demones nos
tẽptãt: cũ tm̃ ex q̄libet tẽptatõe augmẽtet̃ eis
pena. Rñdeo ꝙ iuidia cogit eos quaꝫ hñt ꝯ
nos qꝛ habebimꝰ locũ quẽ ipſi ꝑdiderũt.nec
valuit eis xp̃i icarnatio ſeu paſſio.ideo iuidẽt
nobis.ideo dicit ꝙ iſernꝰ ſequebat̃ eũ.qꝛ oẽs
demones hñt iſtã iuidiã. Nota hic exẽplum
de iuido ⁊ auaro quõ rex dixit iuido vt ꝑmo
peteret donũ ⁊c̃. Qui itra ſe cogitauit. O mi
ſer ſi peto vnũ equũ aliꝰ habebit duos ⁊c̃.qꝛ
iſta eſt cõditio iuidi.itẽ de demonibꝰ.qꝛ licet
hñt penã tẽptãdo: tñ iuidia cogit eos. Sap.
ij. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbẽ ter-
rarum.imitant̃ aũt illũ q ſunt ex parte illius.
Item alia auctoritas. Iob.v.capi. Paruulũ
ſ.in dilectione occidit inuidia. Deo gratias.

¶ De eadem dñica. Sermo quintus.

ſ Vbditi eſtote in omni ti-
more.i. Petri.ij.
Quia ſacra ſcptura tam veteris q̃
noui teſti multũ laudat ⁊ cõmen-
dat timorẽ dei. Et qꝛ thema loqt̃ de tiore dei.
Iõ volo vobis mõ declarare bonos modos
timẽdi deũ. Sed pᵒ ſalutet̃ ꝟgo maria. Sub-



diti eſtote in ⁊c̃. Pro declaratione ⁊c̃. Scien
dũ ꝙ int̃ alia ꝑ q̃ hõ i hoc mũdo põt hr̃e abũ
dantiã ⁊ affluentiã bonoꝝ tpaliũ: ⁊ in alio bo
noꝝ celeſtiũ: eſt timor dei. Ideo timor dei cõ
parat̃ fonti emanãti. Qui hꝫ in domo ſua fon
tem aque viue: non hꝫ defectũ aque. Ita q in
corde ſuo hꝫ timorẽ dei hꝫ in ſe fontẽ dantem
abũdantiã oïuꝫ bonoꝝ tpaliũ ⁊ ſpũaliũ. Hoc
dicit dδ pſ̃.xxxiij. Timete dñm oẽs ſancti eiꝰ.
qm̃ nõ eſt in opia timẽtibꝰ eũ. Diuites egeſt
⁊c̃. vſqꝫ oi bono multũ. qᵒ valet timor dei. Iõ
dicit the. Subditi eſtote ⁊c̃.ſ.i oi timore. Nõ
in oi.inuit̃ gᵒ ꝙ ſunt multi timores. Ego amo
re veſtri q̄ſiui q̄t tiores ſ̃t.iueni ꝙ ſ̃t tres i q̃bꝰ
deo debemꝰ ſubijci: ⁊ hẽbimus multa bona.
Primꝰ eſt tior natural̃.⁊ iſte eſt rigoroſus.
Scd̃us eſt timor filial̃.⁊ iſte eſt gratioſus.
Tertiꝰ ẽ timor reuerẽtial̃.⁊ iſte eſt glioſus.
De his dicit thema. Subditi eſtote i oi timo
re ⁊c̃. ¶ Dico ꝙ ꝑmꝰ timor i q̃ debemꝰ ſubij
ci deo eſt timor nãlis.⁊ iſte eſt rigoroſus.qꝛ ñ
poſſumꝰ vitare h̃ timorẽ de malo pene.qꝛ nã
liter q̄libet timet malũ pene.vt iſirmitates ꝑ-
ditionẽ bonoꝝ honoꝝ officiorum ⁊c̃.caſus ⁊
mortẽ.qꝛ tal̃ eſt nã nr̃a ⁊ ꝯditio. Sãcti ange-
li nõ hñt hãc timorẽ.qꝛ ꝯfirmati ſũt. De iſto
timore dicit ſcptura. Timor penã hꝫ.ſ.ꝓ obie
cto.i. Io.iiij. Etiã xp̃s habuit hunc timorẽ ex
nãli ꝯditiõe carnis. Sꝫ in iſto timore debemꝰ
eẽ ſubditi deo. Qꝛ ꝓ fugiẽdo ſeu vitãdo q̊d-
cũqꝫ malũ pene nõ debemꝰ facẽ aliqδ pctm̃ ꝯ
deũ: nec in illud ꝯſentire. Verbigrã. Quilibꝫ
timet nãliter ꝑdere bona.pecunias. Mõ po-
nat̃ caſus ꝙ ꝑdidiſtis aliqδ tale ⁊c̃.⁊ neſcitis
qs hꝫ: ⁊ vos timet̃ ne illδ amittat̃ totaliter ⁊
nunq̃ ipſuꝫ iueniat̃. Et dr̃ vob̃.vadat̃ ad talẽ
diuinũ ſi vult̃ iueiure ⁊ recupare. Mõ appa-
rebit ſi in iſto timore erit̃ ſubditꝰ. Qm̃ ex vna
pte vos timet̃ illδ amittẽ.⁊ ex alia ꝓcepit δs
ne ꝓ aliq̃ re mundi hõ recurrat ad diuos. Si
ergo vos vadat̃ ad diuũ: nõ eſtis ſubditi δo:
ſed petis mortaliter. Sꝫ ſi non vultis ire: tũc
eſtis ſubditi deo.ad quẽ debet̃ recurrẽ in oĩo
ne dicẽdo. Dñe vos ſcitis qs hꝫ. iõ ponat̃ in
corde ſuo vt mihi reddat.vel volo ꝑdere ma-
gis illud q̃ aïam meã ⁊c̃. Idẽ de mulieribꝰ δ
matrimonio q̃ timẽt ſterilitatẽ.bonꝰ ẽ timor.
qꝛ iõ inuentũ ẽ mr̃imoniũ. Mõ qñ aliq̃ muli
er nõ põt ꝯcipere.⁊ dr̃ ſibi ꝙ recurrat ad talẽ
ſortilegũ ⁊c̃.ſi recurrat timor eiꝰ non eſt deo
ſubiectꝰ.qꝛ deꝰ ꝓcipit oppoſitũ.ſ.ꝙ ꝓ nulla re
hõ recurrat ad ſortilegos ⁊c̃. Dic quõ nullꝰ
põt dare filios niſi ſolus deꝰ.qꝛ neceſſaria eſt
ſibi datio aïe ⁊c̃. Itẽ q̄libet timet mori de infir
mitate quã hꝫ ipſe vl̃ filiꝰ ⁊c̃. Et dr̃ vobis ꝙ re
curratis ad talẽ icãtatorẽ ⁊c̃.⁊ xp̃s ꝓcipit op
poſitũ.qꝛ ad deũ dꝫ hõ recurrere in oi neceſſi
tate ⁊ ad eiꝰ matrẽ ꝟginẽ mariã ⁊c̃. Si nõ re
curritis ad icantatorẽ.ſed ad deum timor ille
mortis deo eſt ſubiectꝰ.ſi ꝟo recurrit̃ ad incã
tatorẽ nõ eſt deo ſubiectꝰ. Itẽ aliqs amicꝰ ve
ſter eſt caprꝰ ⁊ vos timetis ne puniat̃ vel occi
dat̃ ⁊ eſtis requiſitꝰ in teſtẽ cũ iuramẽto vt di
cat ſi fecit iſtud malũ: ⁊ vos timetis ⁊c̃. Dica
tur quõ q̃libet dꝫ ſubijci deo iurando vere ⁊
dicere veritatẽ.qꝛ dicit deꝰ. Nõ aſſumes i va
nũ nomẽ dñi dei tui. Exo.xx. Ecce dicit thẽa.
Subditi eſtote ⁊c̃. De hoc timore dicit xp̃s:
Nolite timẽ eos qui occidũt corpꝰ aïam aũt
non pñt occidẽ: ſed potiꝰ timete eũ qui põt ⁊
aïam ⁊ corpꝰ ꝑdere in gehẽnã. Mat.x. Hoc
ꝓdicabat xp̃s aplis ⁊ diſcipulis dĩ. Nolite ti-
mere.ſ.taliter vt ex iſto timore faciatis ꝯ deũ.
qꝛ alias tal̃ timor nãlis eẽt malus. Dicat̃ hꝰ
miraculũ δ ſacra ſcriptura qδ legit̃.i. Regũ.
xxviij.⁊.xxxi.de illo magno rege ſaul: qui ſcꝫ
cõgregauit multas gẽtes armoꝝ vt bellaret
ꝯ inimicos ⁊ infideles philiſteos. Qui vidẽs
exercitũ inimicoꝝ magnũ ne moreret̃ in ꝑlio
cũ filijs timuit.⁊ fuit ſibi datũ ꝯſiliũ vt recur-
reret ad phitoniſſaꝫ vt ſciret finẽ belli. Dicat̃
quõ iuit ex iſto pctõ. Quia in iſto timore nõ
fuit ſubditꝰ deo:in dicto ꝑlio fuit vulneratus
⁊ per ipatientiã occidit ſe ⁊ ꝑdidit regnũ.in-
tantũ ꝙ nullus de ſuo gñe regnauit poſt eũ.
⁊ credit̃ ꝙ ſit dãnatꝰ. Ideo dicit xp̃s dico vo
bis amicis meis ne terreamini ab his q occi-
dunt corpꝰ.⁊ poſt h̃ nõ hñt amplꝰ qd faciãt.
Oſtẽdã aũt vobis quẽ timeatis. Timete eũ q
poſtq̃ occiderit hꝫ poteſtatẽ mittere in gehe
nam. Ita dico vobis hunc timete. Luce.xij.
¶ Secũdus timor eſt melior.ſ.timor filial̃ ⁊
iſte eſt gratioſus. Hic timor ẽ qñ hõ timet de
um: nõ rõne pene: ſed ratione culpe: qñ timet
hõ peccare ne ꝑdat amorẽ ⁊ gratiã dei ⁊ de-
uotionẽ: talis timor dr̃ filialis. Rõ: qꝛ ꝯditio
bõi filij eſt timẽ ne patri ſuo diſpliceat i aliq̃.
Et qñ dr̃ ſibi. Facias hoc. Rñdet. Nõ faciaꝫ
qꝛ patri meo nõ placeret vl̃ matri. Nõ timet
patrẽ rõne pene ꝙ vapulet a patre: ſed timet
ſibi diſplicere ne ipſuꝫ grauet ⁊ ꝯturbet. Di-
co ꝙ in iſto timore magis debemꝰ deo ſubijci
q̃ patri carnali. Rõ: qꝛ plus facit nobis deꝰ.
Dicat̃: qd facit pater carnalis in filio: modi-
cũ ⁊ vile. Mater etiã: qꝛ neſcit qd portat i me
dicũ ibi facit: ſꝫ deꝰ facit totũ. Ipſe format cor

pus ꝛc.⁊ creat aiam. Ideo Iob.x. Man⁹ tue
dñe fecerũt me ꝛc̃.nõ dicit. Pater meus fecit
me:ſ3 man⁹ tue:ac ſi de luto vel terra ꝛc̃. Itẽ
deus cõſeruat in vita in vtero clauſo ne ſuffo
cetur. Itẽ deus cauſa natiuitatis eſt:⁊ dat lac
matri. Ille ergo eſt ꝓprie pr̃. Mat.xxiij. Er-
go patrẽ nolite vocare vobis ſup terrã. Un⁹
eſt enĩ pater veſter qui in celis ẽ ꝛc̃. Q̃tum ad
formationẽ corpis dicit hoc ⁊ creationẽ aie.
Ideo vult vt timeaꝛ timore filiali. Sicut er-
go bonus fili⁹ timet offendere patrẽ: ita nos
deũ:licet ſis inclinatus ad aliquod peccatũ vl̃
viciũ: dicas hoc diſpliceret meo patri celeſti.
Ideo nõ faciam. Verbigra. Aliquis inclina-
tur ad ſupbiã:pompã:gulã:inuidiã:luxuriã3:
vanitates ornatu3 ꝛc̃. Cogitate ſi hoc diſpli-
cet patri veſtro ieſu xpo qui vult ⁊ pcipit hu-
militatẽ. Idẽ cogitate ſi diſplic3 matri veſtre
virgini Marie. Ideo amore eoru3 dimittere
debetis. Idẽ de illis qui inclinanꝛ ad auarici
am:vſuras:⁊ furta:ad retinendũ decimas ꝛc̃.
Cogitate ſi h° diſplicet p̃ri xpo q pcipit oppo
ſitũ. Nota de ſua pauptate aliquid. Idem de
vitio luxurie. Cogitate ſi diſplic3 dño ieſu xpo
qui oia videt quãtũcũq3 fiãt ſecrete qui voluit
naſci de ṽgine matre ⁊ viuẽ caſte vt daret no
bis exẽplũ. Idẽ de illis qui inclinanꝛ ad gulã
ad bibendũ de mane:reſpice ſi diſplicet patri
xpo. Idẽ de illis qui inclinanꝛ ad vindictam:
Cogitate ſi diſplicet xpo patri:q ſibi ſoli reti-
nuit vindictã. Ex iſto timore dicit ꝓpha Dd
in pſ. Bñdicã dñ3 ol. Venite filij audite me:
timorẽ.ſ.filialẽ docebo vos. pſ.xxxiij. Dicaꝛ
hic miraculũ qd legiꝛ.ij. Macha.vi. de eleaza
ro ſctõ hole qñ antioch⁹ rex iniquus pſeq̃baꝛ
iudeos ⁊ pcepit oib⁹ vt comederent carnes
porcinas:quõ eleazar⁹ qui noluit comedẽ in
tormentꝭ dixit. Dñe qui hẽs ſanctã ſcia3 mani
feſte tu ſcis:q2 cũ a morte poſſem liberari:du
ros corpis ſuſtineo dolores:ſm aia3 do pp ti
morẽ tuũ libẽter h patior. Iõ dicit ſcriptura.
Eccli.i. Timor dñi expellit pctm̃. Nã qui ſine
timore eſt nõ poterit iuſtificari. ¶ Terti⁹ tior
eſt reuerẽtialis:⁊ iſte eſt glorioſus. Hic timor
ẽ qñ hõ timet ſe eq̃ri maiori: vt ſi rex veniret
⁊ vellet ſedere in ſcamno tuo:tu ſtatim ſurge
res ⁊ q̃re:nõ timore pene nec culpe:ſ3 timore
reuerẽtie:⁊ talis timor eſt gl̃ioſus:q2 etiã an-
geli iſto timore timẽt. Auctas. Cũ ſublat⁹ fue
rit timebũt angeli:⁊ territi purgabunꝛ. Iob
xli.q tñ nõ timẽt p° nec 2° timore. S3 3° iſto
timore debemus ſubditi eſſe deo in tribus.
In oronibus ſpãlib⁹. In officijs diuinalib⁹.
In miſſis ſacramentalib⁹. Primo quõ qlib3
d3 tenẽ certã orõnẽ in die ⁊ vacare oronibus
ſpãlib⁹. Et dicunꝛ orones ſpãles: q2 vltra ho-
ras:⁊ in iſtis debetis timẽ deũ reuerentialiter
ne velitis log cũ deo ſicut loqmur inter nos:
ſ3 cũ magna reuerẽtia flexis genib⁹. Queãd-
modũ logꝛ hõ regi vel pape ſupplicãdo ꝛc̃.
hoc dicit ſcriptura. Timete dñ3 ⁊ date illi ho
norẽ.ſ.reuerẽtialẽ:q2 venit hora iudicij ei⁹ ⁊
adorate eũ q fecit celũ ⁊ terrã ꝛc̃. Apoc.xiiij.
De ſecũdo in officijs diuinalib⁹. Hoc tangit
clericos ⁊ religioſos. Dicaꝛ cũ quãta reuerẽ-
tia debẽt ſtare in choro. Rõ:q2 xpus papa ⁊
rex pſens eſt in medio. Auctas. Ubi ſũt duo
vel tres cõgregati in noie meo in medio eo2
ſum. Matth.xviij. De tertio in miſſis ſacra-
mẽtalib⁹. Rõ:qm̃ in qualibet miſſa eſt xpus
vere ſicut eſt in celo. Nota ergo cũ quanta re
uerẽtia ſtare debet celebrãs ⁊ ne vendantur
miſſe. Dic q nõ faciãt pciũ qñ volunt dicere
miſſas ꝛc̃. Dic modũ ⁊ pciũ dãdi ꝓ miſſa ſit.
ſ.ꝓ puiſiõe vñi⁹ diei. De iſto timore reueren
tiali dicit Dauid in pſ.xviij. Timor dñi ſctũs
permanet in ſeculum ſeculi. Deo gratias.
¶ Dñica.iij.poſt octa.paſche.Sermo.i.

c Um venerit arguet mũdũ.
Io.xvi. Hoc verbu3 indiget decla
ratione maxime amore iudeoru3.
Sciendum q in ſacra ſcriptura tam in vete-
ri teſtamento q̃3 in nouo inueniuntur duo ad
uentus generales meſſie ſm q genus huma-
num requirebat duas reparationes. Prim⁹
aduentus fuit pro reparatione animarum ſo
lum. Secũdus aduentus fuit ꝓ reparatione
animarũ ⁊ corporũ ſimul. De primo aduẽtu
ſciendũ q ex pctõ ade ⁊ eue inciderunt homi
nes in peccata ⁊ mala. Primum malu3 fuit
ignorantia de reb⁹ ſpũalibus ⁊ celeſtibus. de
quib⁹ nõ ſciebãt gentes ante aduẽtu3 xpi nec
p phiam:q2 ſolũ curãt de reb⁹: motibus ⁊ de
influentijs corporũ ſupceleſtiũ:nec per legem
moyſi q̃ ſolũ logꝛ de hoc mũdo. Iõ ignoraba
mus ſpũalia ⁊ celeſtia. Dauid loquẽs de an-
tiquis dicit. Neſcierũt:ſupple:phi:nec intelle
xerũt.ſ.iudei in tenebris ambulant. Sed ve-
nit meſſias.i.xps verus meſſias qui reparauit
iſtã ignorantiã:declarans quõ ille de⁹ vnus
quẽ phi vocãt pimũ pncipiũ ſiue pmã cau
ſam ſeu primũ motorẽ eſt trin⁹ in pſonis: paꝛ
filius ⁊ ſpũſſanctus. Secũdo declarauit quõ
in celo ſunt nouẽ ordines angelo2. Tertio de
aiab⁹ que ſm gradum bone vite quam tenue



rũt collocantur in illis ordinibus angelorũ.
Quarto declarauit purgatorium nobis:vbi
vadũt anime que nõ fecerunt hic condigna3
penitẽtiã. Itẽ de aiab⁹ puero2 q decedũt cũ
originali pctõ quõ vadũt ad lymbũ. Secun-
dus defect⁹ ſiue malũ aiarũ eſt inclinatio ad
pctã ex pctõ ade. Quidã ad ſupbiã: qda3 ad
auaritiã.⁊ ſic de alijs. Iõ dic̃ ſcriptura. Sen-
ſus enĩ ⁊ cogitatio hũani cordis ad mala pro
na ſunt ab adoleſcentia ſua. Geñ.viij. S3 ve-
nit chriſtus ⁊ repauit per exempla ṽtutũ ſue
ſancte vite. Tertiũ malũ erat abũdantia pctõ
rũ. Ideo ſcriptura. Non eſt hõ iuſt⁹ in terra q
faciat bonũ ⁊ non peccet. Eccle.vij. S3 venit
xps qui ɔtra plagas ordinauit medicinas ſa
cramẽtorũ. Quartũ malũ erat debilitas bo-
norũ:q2 nõ poſſum⁹ pſeuerare in bonis. Ideo
ꝓuidit xps vt per pniam repemur ⁊ emẽde-
mus nos. Quint⁹ defect⁹ erat dãnatio infer-
ni:q2 null⁹ poterat euadere quãtũcũq3 ſctũs
⁊ bon⁹. De h° ẽt Dauid in pſ. Quis ẽ hõ q
viuet ⁊ nõ videbit mortẽ: eruet aia3 ſuam de
manu iferi:quaſi dicat nullus. S3 venit chri-
ſtus ⁊ reparauit. Quia mõ pſona bõa ⁊ ſctã
in morte euolat ꝛc. S3 remanẽt paſſiões cor
poris. Ideo in ſcdo aduẽtu qñ veniet xps ad
iudiciũ tũc repabũꝛ mala corpo2:q2 tũc reſur
gẽt corpa bono2 ipaſſibilia icorruptibilia cla
ra ꝛc. Ecce q̃re ſit duo aduẽt⁹ xpi. Rõ:iã ſatis
patet:q2 mala ⁊ peccata in mundo p° vene-
rũt in aia qñ adã ⁊ eua deſiderabãt eq̃ri deo
in ſcia:⁊ tñ adhuc nõ patiebanꝛ in corpe. S3
poſt venerunt mala corpis:qñ adã in ſudore
vultus ꝛc.⁊ eua peperit cũ dolore. Ideo xps
primo voluit repare mala aia2:q̃ primo fue-
runt. Deinde veniet ad repandũ mala cor-
porũ q̃ poſtea venerunt. Patet hec rñſio ad
q̃õnẽ iudeo2 dicentiũ. Quare venit meſſias:
qd bonũ fecit:q2 ita patimini mõ ꝛc. De his
duobus aduentibus auctoritas. Abacuch.ij.
Dicaꝛ hiſtoria de viſiõe.⁊ rñdit dñs. Appa-
rebit in finẽ ⁊ nõ mentieꝛ. Si morã fecerit ex
pecta eũ:q2 veniẽs veniet ⁊ nõ tardabit. Aba
cuch.ij. Quia veniẽs.ſ.i primo aduẽtu ꝓ re-
paratiõe aia2 veniet in ſecũdo ꝓ reparatiõe
corporũ. Et de iſto ſecũdo aduẽtu dicit the-
ma. Cũ venerit ille arguet mũdũ. De iſto iu-
dicio faciã duos ſermones. Hodie erit predi
catio de ordinatione generali: ⁊ cras erit de
executiõe affectuali. De illa ordinatiõe dicit
euãgeliſta. Cũ venerit filius hois in maieſta
te ſua ⁊ oẽs angeli eius cũ eo:tũc ſedebit ſu-
per ſedẽ maieſtatis ſue:⁊ ɔgregabunꝛ ad eũ
oẽs gẽtes ⁊ ſepabit eas abinuicẽ ſicut paſtor
ſegregat oues ab hedis:⁊ ſtatuet oues qdẽ a
dextris:hedos aũt a ſiniſtris. Mat.xxv. Hec
ordinatio cõſiſtit in quattuor cõcluſionibus.
⁋ Prima. q2 iudex vniuerſalis manifeſtabiꝛ
illa die oib⁹ generaliter:cũ venerit filius ho-
minis in maieſtate ſua. ⁋ Secũda q illa die
iudex erit aſſociatus multũ ſolẽniter: ibi. Et
oẽs angeli cum eo. ⁋ Tertia q illa die iudex
vniuerſalis erit collocatus multũ alte: ibi. ſe-
debit ſup ſedẽ maieſtatis ſue. ⁋ Quartu3 q
illa die totũ genus hũanũ preſentabiꝛ coram
xpo iudice pſonaliter:ibi. Et ɔgregabunꝛ ad
eũ oẽs gẽtes ꝛc. ¶ Prima ɔcluſio dicit q iu
dex vlis manifeſtabiꝛ illa die oibus generali
ter. Nã doctrina eſt generalis q xps in iudi-
cio videbiꝛ ab oib⁹ tã bonis q̃3 malis quãtu3
ad humanitatẽ:⁊ cognoſceꝛ q eſt deus ⁊ hõ
ſed ſolũ boni videbũt diuinitatẽ. De iſta ma
nifeſtatiõe dicit euãgeliſta. Cũ venerit filius
hois in maieſtate ſua. Nõ in maieſtate. ideſt
in magno ſtatu: non veniet in ſimplicitate ⁊
pauptate:vt in primo aduẽtu venit. Ideo fu-
it refutatus a iudeis q expectabãt ⁊ expectãt
habere a meſſia vanitates mũdi ꝛc. Ideo qñ
btũs Ioãnes oñdit ipſum dicẽs. Ecce agnus
ꝛc. dixerũt iudei. Ille paup eſt. nolumus hũc
regnare ſup nos. Luce teſte.xix.c. S3 ad iu-
diciũ veniet cũ tãta maieſtate q celũ ⁊ terra
⁊ ois creatura tremet. Nota ad hoc ſimilitu-
dinẽ de arbore vbi ſũt auicule cantantes ⁊ lu
dãtes:ſ3 qñ niſus vel accipiter volat oẽs ta-
cent ⁊ timẽt. Sic arbor eſt iſte mũdus: cuius
fructus ſunt honores:diuitie:delitie. Et quili
bet vult colligere ꝛc. Aues ludẽtes ſunt crea
ture:que nõ faciũt niſi ludere. Primo ſol vi-
detur ludere currẽdo ab oriente in occiden-
tẽ:⁊ ecõuerſo. Itẽ luna:ſtelle:aer:etiã q qñq3
eſt clarus:qñq3 eſt tenebroſus. Idẽ de mari:
quia ſemper videtur ludere. Idem de terra
que in vere floret ꝛc.⁊ in autũno omnia depo
nit. Volucres etiam ludunt in vere: quilibet
ducit vxorem ⁊ in hyeme non curat de ea.
Homines etia3 videntur ludere hincinde diſ
currendo:ſed quando veniet ille falco ſiue a-
quila nobilis.ſcilicet chriſtus in iudicio om-
nes creature ſtabunt:ſol in oriente:luna in oc
cidente:nec de cetero mouebunꝛ:mõ ſoluenꝛ.
Ideo eccleſia in perſona cuiuſlibet chriſtiani
orãdo dicit. Libera me dñe de morte eterna
in die illa tremẽda quãdo celi mouẽdi ſunt ⁊
terra:dũ veneris iudicare ſeculũ per ignem.
Moraliter. Cogitate hic ſi creature corpora-

des que nūq̄ peccauerūt: nec ꝯ mādata dei ſe
cerūt tn̄ timebūt i xp̄i aduētu: qd faciēt pctō
res q tot offenſas fecerūt ꝯ deū. qd faciēt tūc
infideles iudei ⁊ agareni. qd faciēt falſi xp̄ia-
ni: q lʒ habeāt fidē nō hn̄t bonā vitā: ſʒ aut ſūt
ſuperbi: aut auari ⁊c̄. Cogitate ergo illū diē.
Jō de iudeis ⁊ malis xp̄ianis dicit ſcriptura
in pˢ xp̄i ⁊c̄. Aſpicient in me quē ꝯfixerūt. Et
plāgēt eū q̄ſi ſup vnigenitū: ⁊ dolebūt ſup eū
ſicut doleri ſolet in morte pmogeniti. Zach.
xij. ó plāctu maloꝝ xp̄ianoꝝ. Apoc. i. Ecce ve
nit cū nubibꝰ ⁊ videbit eū oīs oculus: ⁊ q cuʒ
pupugerūt. Et plangēt ſe ſup eū oēs tribꝰ ter
re: etiā amen. i. eternaliter. Pʒ pma ꝯº. Sup
hoc do vobis ꝯſiliū optimuʒ ⁊ bn̄dictꝰ erit q
illud ſeruabit: qꝛ tūc lʒ celū ⁊ terra ⁊ oīs crea
tura timeat. vos aūt nō timebitis. Quia ſicut
habetis duos pedes in corpe ad ſtādū firmiter
ita in aīa habetis duos pedes. Pes dexter ē
vera credētia: ſiniſter bona vita. Et in iſta die
ſtabitis firmiter ⁊ ſine timore. Jdeo btūs Gre.
orando in collecta vigilie natiuitatis petebat
dicēs. Preſta q̄s vt vnigenitū tuū quē redēp
torē leti ſuſcipimꝰ: venientē quoq; iudicē ſe-
curi videamꝰ. ¶ Scda ꝯcluſio dic̄ ꝙ illa die
iudex vlīs erit aſſociatꝰ multū ſolēnit: qꝛ oēs
angeli eiꝰ cū eo. Mirū eſt cū in pº aduētu ve
nit ſolus: ſʒ ad iudiciū veniet cū oībꝰ angelis
qui ſūt plures q̄ʒ folia arboꝝ in toto mūdo. Si
ſtelle celi ſunt inn̄erabiles quāto magis ange
li. Queſtio qd dicemꝰ de ſanctis: qꝛ euāgeli-
ſta nō loquit̄ niſi de angelis. Quid de patriar
chis: aplīs ⁊c̄. Rn̄deo ꝙ nō ſoluʒ angeli: ſed
etiā oēs ſcti veniēt cū eo: ſʒ de ſctis nihil dī h̄:
qꝛ id dictū fuerat a ꝓpha in veteri teſtō. Stat
ad iudicādū dn̄s ⁊ ſtat ad iudicādum pplos:
dn̄s ad iudiciū veniet cū ſeniorībꝰ populi ſui
⁊ pncipatibꝰ eiꝰ. Jſa. iij. Nō. ſeniores dn̄r ſcti.
Rō: qꝛ ad inſtar ſenū gubernauerūt ſe prudē
ter in hoc mūdo. Principes aūt dn̄r angeli.
Jtē alia auctas. Zach. xiiij. Ueniet dn̄s meꝰ:
oēſq; ſcti eiꝰ cū eo. Dic practice quō xp̄s i die
iudicij qn̄ vult deſcēdē ad iudiciū: dicet ma-
tri ſue. Mat̄ mea hodie ē dies iudicij. Jō de
ſcēdamꝰ: ⁊ vos angeli ⁊ archāgeli pcedatis.
Et vos p̄triarche ⁊ ꝓphe ⁊c̄. ſeqmī. Et ipe cuʒ
matre i medio. Moralr̄. Cogitate hic i q̄ pla
tea ⁊ coraʒ qbꝰ oñdent̄ oīa mala ⁊ pctā ⁊ oīa
bona q̄ fecimꝰ. qꝛ ibi oīa manifeſtabunt̄ v̄tute
diuina vbi boni de bonis laudabunt̄. mali v̄o
deteſtabunt̄. Nā cōis eſt doctrina theologoꝝ
ꝙ oīa mala etiā cogitatiōes ibi manifeſtabū-
tur diuina virtute: ſicut ille qui ponit̄ in ſcala

⁊ oſtēdunt̄ oīa mala ſua. Jta illa die in libro
cōſciētie v̄tute diuina quilibʒ oſtēdit oīa ma
la que fecit. Auctoritas. Judiciū ſedit ⁊ libri
aperti ſunt. Dañ. vij. Secūdo modo cogita-
te quot mala ibi manifeſtabunt̄: quāta mala
occulta ibi apient̄: quot mali clerici religioſi
⁊ laici qui nūc reputant̄ boni: ſʒ ſecrete faciūt
multa: ſed tūc omnia videbunt̄. Nota practi
ce quō dicetur. Et quis eſt ille ⁊ nunqd ē qui.
⁊c̄. Cogitate ſi ego dicerē modo oīa pctā ali
cuius veſtrū q̄ta eſſet ſibi confuſio. Jta tunc
dic de q̄libet ſtatu. Jdeo dicit apl̄s. Nolite an
te tēpꝰ iudicare quoadusq; veniat dominꝰ q
illuminabit abſcondita tenebrarum: ⁊ mani-
feſtabit conſilia cordiuʒ: ⁊ tunc laus erit vni-
cuiq; ſupple bono a deo. i. ad Coꝝ. iiij. Nota
ante tempꝰ. ſ. iudicij iudicare: qꝛ mō multi vi-
dentur boni vel mali: ⁊ eſt oppoſitum. Conſi
lium ſuper hoc do vobis: ꝙ ſi vultis ipſum te
nere in illa die nullum malum ſeu peccatum
veſtrū apparebit in cōfuſionē veſtram. Reci
piatis quadratum. ſ. pniam que hʒ q̄ttuor an
gulos. ſ. q̄ttuor ptes pnīe. Primuʒ eſt cordis
cōtritio. Secūdū eſt emēdādi ꝓpoſitū. Ter-
tium oris confeſſio. Quartū opis ſatiſfactio.
Et in illo iudicio nullū pctm̄ apparebit in cō
fuſionē veſtrā. De hoc ꝓpheta Dauid. Bea
ti quoruʒ remiſſe ſunt iniq̄tates: ⁊ quoꝝ tecta
ſunt peccata. Glo. velo penitentie. ¶ Tertia
cōcluſio dicit: ꝙ illa die iudex vlīs chriſtꝰ erit
collocatus alte: qꝛ ſedebit ſuper ſedē maieſta
tis ſue. Jam ſcitis ꝙ iudex dando ſententiam
ſedet: dicat̄ quomō illa die in are altius xp̄us
ſedebit vt poſſet ab oībus videri. Queſtio: ſi
chriſtus ſedebit quomō ſancti ſtabunt. virgo
Maria ⁊ alij. Quidā credunt ⁊ ita pingunt
pictores ꝙ illa die v̄go Maria ab vna parte
⁊ Jo. ab alia genibus flexis orabunt pro pec
ctoribus: falſum eſt: nec illa die orabūt ꝓ ali-
quo: ſʒ ſedebūt cū xp̄o. Auctas. dixit Petrꝰ
chriſto ꝓ ſe ⁊ ꝓ alijs. Ecce nos reliquimꝰ oīa
⁊c̄. Mat. xix. Rn̄dit chriſtus. Amen amē di
co vobis. Jn regeneratiōe cum ſederit filius
hoīs in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos.
⁊c̄. ſuper ſedes iudicātes: nō dicit iudicādi: ⁊
nō ſolum apl̄i ſedebūt: ſed oēs de vita aplīca
Moraliter. Dic ꝓ religioſis cū q̄ta diligētia
debēt ſeruare vitā aplīcā ꝓ tanto honore ha
bendo. Dic quātū laboraret miles ſi ſciret ꝙ
ex ſuo labore poſſet fieri rex: ⁊ ſacerdos ſi poſ
ſet ex ſuo labore eſſe papa. Jdeʒ de muliere ſi
poſſet fieri regina: vel magna dn̄a alicuiꝰ pa
trie. Si iſte honor ⁊ dignitas a nobis cogita-



retur: oēs labores religiōis nr̄e ⁊ pnīe eſſent
dulciſſimi. Dic qūo reſpic̄ iſeriꝰ. Auctas ⁊ ꝓ
phetia Dauid. Quis ſicut dn̄s deꝰ noſter q
in altis habitat: ⁊ humilia reſpic̄ in celo ⁊ in
terra ⁊c̄. ps. cxij. ¶ Quarta ꝯcluſio dicit ꝙ il
la die totū genus humanū pn̄tabit̄ coraʒ xp̄o
iudice vniuerſali pſonaliter: qꝛ in oī iudicio
criminali: maxime oʒ cōparare pſonalit̄. Jō
dicit: ⁊ ꝯgregabit̄ ad eū oēs gētes. Queſtio
vbi tūc ꝯgregabunt̄. Rn̄deo ꝙ in illis parti-
bus vbi xp̄s fuit ꝓ nobis iudicatꝰ ⁊ ſn̄iatus:
ibi vult facē iudiciū ⁊ dare ſn̄iaʒ. Rō quare:
qꝛ oīs qui ſe humiliat. ſ. pro deo exaltabitur.
Lu. xviij. Jdeo oʒ nos ire illuc. De hoc pro-
phetia Johel. iij. Jn diebus illis: ⁊ in tpe illo
cū cōuertero captiuitatē iuda ⁊ hieruſalē: cō
gregabo oēs gentes ⁊ deducā eas in vallem
ioſaphat ⁊ diſceptabo ibi cū eis. Dic quomō
oues. ſ. boni erūt a dextris: mali a ſiniſtris. Si
ergo illa die vultis eē a dextris ſitis mō oues
xp̄i. Dic ꝯditiōes ouis: ſic qui nō nocēt corni
bus potētie: iuſticie: ⁊ ſcie: nec dentibꝰ vt lupi
mordēdo famā vl̄ reuelādo occultū. Jtē dat
bn̄ficiū lane. i. ſubſtātie tpalis ⁊ lactis corre-
ctionū. Jtē ſunt obedientes. De qbꝰ dic̄ xp̄s
Joan. x. Oues mee vocem meam audiunt.
¶ De eadē dn̄ica. Sermo ſecundus.

# Rguet mundum

de pctō Joā. xvi. Originalit̄ ⁊ re-
citatiue in euāgelio hodierno ſcri
bit̄ pn̄s verbū. Pro declaratione huiꝰ verbi
⁊ itroductiōe mā e predicāde ſciendū ꝙ inter
oēs bonas ꝯditiōes ⁊ neceſſarias pſone que
vult corrigē pctā ⁊ rephendē ē ꝙ ſit ſine pec
catis: ⁊ v̄tuoſus ⁊ bonꝰ. Jſtud fūdat̄ per vnā re
gulā: q̄ dic̄. Cōtraria ꝯtrijs curant̄: qn̄ infirmi-
tas venit ex calore dant̄ medicine frigide: ⁊
ecōuerſo. Jō q iſirmitates pctōꝝ vult corrigē
⁊ rephendē oʒ ꝙ ipſe hēat q̄litates cōtrarias
ſ. ꝙ ſit bonus ⁊ v̄tuoſus. Uerbigr̄a. Qui vult
corrigere iſirmitatē ſupbie pōpe ⁊ vanitatis:
neceſſariū ē ꝙ ſit hūilis: ⁊ ſic de alijs. Si forte
ille q vult alios corrigē vel arguē i iſtis pctis
nō ſeq̄t̄ correctio ſʒ idignatio: ⁊ erit deſpectꝰ
in cordibꝰ audientiū qui ſtatim dicūt. O ille
deberet ſeipʒ tenē pnaſuʒ prio ⁊ poſt ⁊c̄. Jpe
dicit ꝙ ſimꝰ hūiles: ⁊ ipſe eſt ſupbus: ꝙ ſimus
liberales: ⁊ ipe eſt auarꝰ ⁊c̄. Jō dic̄ poeta. Tur
pe ē doctori. i. correctori: cū culpa redarguit
ipʒ. Neceſſariū eſt ergo arguēti pctā vt ſit ſi-
ne pctis. Nō videamꝰ qs eſt ille qui eſt ſine
pctō defectu. Dico ꝙ ſi ꝗſiritis a principio

mūdi vſq; ad finē nō inuenietis niſi xp̄m ieſuʒ
qui nunq̄ peccauit nec pctm̄ hūit: ⁊ hoc ſm
cōem legē. dicit Augu. de nā ⁊ gr̄a ꝙ ſi oēs
pr̄iarche ⁊ ꝓphete aplī: martyres: doctores
⁊c̄. eēnt ſimul interrogati an eſſent ſine pctō:
oēs rn̄derēt. Si dixerimꝰ ꝙ pctm̄ nō hēmus
ipſi nos ſeducimꝰ ⁊ veritas in nobis nō eſt. i.
Joā. i. niſi xp̄s. Qui pctm̄ nō fecit: nec inuen
tus eſt dolꝰ in ore eius. i. Petri. ij. Jō dicebat
xp̄s iudeis qn̄ pdicabat. Quis ex vob̄ arguet
me de pctō. q. d. nullꝰ. Joā. viij. Ergo ꝓprie ſi
bi cōuenit ſoli arguē mūdū de pctō. iō de eo
dicit thema. Jlle. ſ. xp̄s q eſt ſine pctō arguet
mūdū de pctō. Pʒ the. inuenio in ſacra ſcri-
ptura ꝙ decē pctā ſunt de qbus xp̄s ſingula-
riter arguet ⁊ icrepat mūdū ⁊ perſonas mū-
danas: ⁊ oīa iueni in q̄dam auctate Dauid ⁊
in ſex verſibꝰ pſalterij. Pctōri aūt dixit deꝰ:
vſq;: arguam te. ps. xlix. De oībꝰ iſtis arguit
xp̄s mundū p os ſuū qđ eſt ſcriptura. iō dicit
thema. Jlle arguet mundū de pctō. ſ. de quo
libet iſtoꝝ. ¶ Prio tāgit̄ vnū pctm̄ ꝙ eſt in-
iuſticia dn̄oꝝ: ibi. Quare tu enarras iuſticias
meas. Hoc v̄bū dic̄ deꝰ cuilibet dn̄o ſeu pnci
pi vel rectori cōitatis: ⁊ cuilibʒ q hʒ aliqđ offi
cium regēdi pplm̄: quare tu enarras ⁊c̄. Ois
iuſtiᵃ ordinata taʒ in lege q̄ in canone vel in
cōſtitutionibus regū ⁊ ciuitatū a deo eſt: ipſe
enī ordiauit oēs iuſticias. Hoc dicit ipemet.
Per me reges regnāt ⁊ legū cōditores iuſta
decernūt. Per me principes iperāt ⁊ poten
tes decernūt iuſticiā. Prouerb. viij. Oēs gᵒ
leges ⁊ canones ⁊ oēs bone ordinatiōes ſunt
iuſtiᶜ dei. Rephendendo ergo dn̄os qui nō
ſeruāt iuſticiā dic̄ deꝰ cuilibet: q̄re tu enarras
iuſticias meas. ſ. ex̄ i ore: ⁊ opere nihil facis.
Quia hoc ſuat̄ in mūdo: qn̄ intrāt ad regen
dum iurāt ꝙ reſpiciāt honorē dei ⁊ vtilitateʒ
cōitatis ꝙ ſe gubernabūt ſm iuſticiā: ⁊ qn̄ ſunt
intus nihil faciūt. Ubi inuenies rectorē cōitatis
qui ſe gubernat ſm iuſticiā quā iurauit: ſʒ ſm
amorē vel fauorē vel donū vel affectionē de-
clināt iuſticiā. Jō dicit: quare tu enarras ⁊c̄.
Si aūt iuſtiᵃ dei ſuaret̄: totꝰ mūdus hret bo-
nū. Sʒ hodie vidue pupilli ⁊ orphani ⁊ pau-
peres nō poſſūt iuenire nec obtinē iuſticiam.
Si ad minꝰ diceret̄ eis vadatis: qꝛ nō habetis iu
ſticiā: bonū eēt: ſed faciūt eos placitare ⁊ per
dere tp̄s ⁊ labores: ⁊ vexāt paupes q̄ʒdiu ſen
tiūt in eis pecūias ⁊ i fine df̄ eis: nō habebis
bonū tuū. O q̄đ pctm̄ ē ꝓ vna hora q̄ tu ꝓtra
his iuſticiā: ⁊ facis ſtare vnā viduā aut pupil
lū vel aliquē pauperē an̄ portā tuā: tu ſtabis

ad portã padiſi mille ãnis pulſans dicendo.
Diſe diie api nob. Mat.xxv. nec vnq̄ intra-
bis. Dicet tibi xp̄s. Et nõ recordaris ꝺ tali vi
dua ⁊ fac te ibi ſtare: nec itrabis. Ecce q̄re di
cit: q̄re tu enarras ⁊c̄. Jõ dõ in pſ̄. Si ve iu-
ſticiã loq̄mi recte iudicate filii hoim. Tũc ẽ ve
ra iuſticia: qñ ſicut dr̄ ⁊ loq̄r ore ꝑ dñm iudicez
vel aſſeſſorẽ: ſic ⁊ ꝯcordat in opere: q2 nec amo-
re nec fauore ⁊c̄. fit ꝯ iuſticiã. Ecce pmũ pctm̄
de q̄ dic̄ the. Jlle. ſ. xp̄s arguet mũdũ ꝺ pctõ.
¶ Scdm̄ dr̄ ſymonia eccliaſticoꝝ: ibi. Et aſſu
mis teſtm̄ meũ ꝑ os tuũ. Qñ aliqs dñs facit
teſtm̄ vnũ in vita ſua: ⁊ i morte fac̄ aliud. ſcdz
confirmat̄ per mortẽ. ⁊ primũ annullat̄ ⁊l caſ
ſat̄. Jta fecit deꝰ qui fecit pmũ teſtm̄: ordinan
do de bõis huiꝰ mũdi: q dimiſit iudeis q̄diu
fuiſſent obedictes ⁊ nõ idolatrarẽt. Sz de bo
nis padiſi nullũ legatũ fecit ex tunc. Sz exq̄
deꝰ fuit factꝰ hõ ex tũc fecit aliõ teſtm̄: ⁊ ordia
uit de bonis celeſtibꝰ ⁊ nihil de terrenis: q2 ni
hil terrenuz legauit: imo dixit ꝙ deſpicerent̄:
ſed legauit gl'iaz padiſi di. Bti paupes ſpũ:
qm̄ ipſoꝝ eſt regnuz celoꝝ. Mat.v. Jtẽ q ſe
cerit volũtatẽ pr̄is mei q in celis ẽ ⁊c̄. Mat.
vij. Jtẽ Bti qui ꝑſecutionẽ patiũt̄ ꝑp iuſticiã
Mat.v. Ecce legata q̄ fecit in ſcdo teſtõ qd ꝑ
mortẽ fuit ꝯfirmatũ. pmo caſſato ⁊ ãnullato.
Sz eccliaſtici oẽs volũt gaudẽ de pͥo teſtõ
lz ore aſſumãt ſcdz teſtm̄: legẽdo ep'las ⁊ euã
gelia. Sz in corde ex opere nõ curãt de teſtõ
nouo niſi tꝑalia ꝓmitteret. Tu plat' vel cura-
tus ⁊c̄. nõ vis niſi tꝑalia: pecũias ⁊ bõa. Qñ
vacat epatꝰ rectoria vl' bñficiũ: ſtatim dr̄: ⁊ q̄
tũ valz tãtũ iportat̄. O mõ potero tenere tot
ſcutiferos. Jdẽ de iſtis q ꝑdicãt vl' de clericis
qui miſtrãt ſacra. Oẽs vadũt ad pmũ teſtm̄
diuitias ⁊c̄. Quis eſt mõ qui ſoluz ꝓ honore
dei ⁊ ſaluatiõe aiaꝝ intẽdat laborare. nullus.
Ecce q̄re dr̄. Pctõri aũt dixit deus: quare tu
enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis teſtm̄ meũ
per os tuũ: imo dico vobis vnũ magnũ defe-
ctũ clericoꝝ de miſſis ſcti amatoris: que licet
de ſe ſint bone multi defectꝰ tñ circa eas com
mittunt̄. Primꝰ ꝙ dicant̄ ſine interuallo. Jõ
oz dimittere miſſas per eccleſiã ordinatus: q̄
libet die ſunt iã certe miſſe: vt in magnis feſti
uitatibus: ⁊ deſpiciũt tã magnuz cõſiliũ ſicut
eſt ſancte matris eccleſie ordinatũ a ſctõ ſpũ.
Secũdꝰ defectꝰ qui eſt ibi: ꝙ dicat̄ quotidie.
Et vbi inuenies mõ vnũ ſacerdotem qui.xxx.
diebꝰ cõtinuis ſit paratꝰ ad celebrãduz. Apli
⁊ ſancti qui nõ tenebant̄ faciebãt magnas pe
nitẽtias ⁊ orabãt: ⁊ poterãt celebrar̄ quolibz
die. Sed ſm vitã quã mõ tenẽt clerici: come
dẽdo: bibendo: truffando: ⁊ loquẽdo: de mu-
lieribꝰ. forte quolibet die faciũt nõnulli.xxx.
peccata mortalia ⁊ celebrabũt in dãnationez
aie ſue ⁊ illiꝰ qui facit ipm celebrare. Tertius
error ſiue defectꝰ eſt: qñ exq̄ habet cõtinue ce
lebrare petit plus ꝓ illis miſſis. Ecce ſymõia
pura: quã facit: quia vẽdit xp̄m cũ iuda: dicẽ-
te. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eũ vob̄ tra-
dam. Jdeo cũ iuda ibiṫ. Quartꝰ error ſeu de
fectꝰ eſt: q2 vt ſcitis dicunt̄ certe miſſe trinita-
tis: virgis marie: ⁊ apl'oꝝ. Et dicũt: qñ ego di
xero miſſam de trinitate debetis offerre tres
cãdelas cũ tribꝰ denarijs in q̄libz: ⁊ in illa de
btã virgie ſeptẽ denarios ꝑp reuerẽtiã ſeptẽ
gaudioꝝ ⁊c̄. Quītꝰ defectꝰ: q2 vel ſacerdos
erit curatꝰ vl' bñficiatꝰ: ⁊ tũc miſſe ſue ſũt oẽs
aſſignate: ⁊ hz cãtare ꝓ illis quibꝰ tenet̄: quo
mõ ergo poterit cãtare pro te. Sextꝰ defectꝰ:
q2 ſequit̄ error: Credũt cõiter gẽtes ꝙ ex illis
miſſis extrahat̄ vna aia de purgatorio. Uex
eſt ꝙ ſctũs Amator cum.xxx. miſſis extraxit
aiam mr̄is ſue de purgatorio: ſed nõ ſequitur
ꝙ ſi ipſe fec̄ tu facias: quia tu nõ ita ſctũs ⁊ in
ſtus es ſicut ipſe. Licet miſſe habeãt magnaz
virtutẽ: tñ ẽt requirit̄ deuotio celebrãtis. Jtẽ
q2 pctã mr̄is bti amatoris ⁊ mr̄is tue vel pa-
tris nõ ſũt eadẽ. Nũquid eadẽ medicina erit
vtilis in q̄libet infirmitate. Talibꝰ accidit vt
cuidã ruſtico: qui curauit ſe de quadã ifirmita
te ſeu iflatura quã hẽbat in tibia: qui vidẽs h
fecit ſe medicũ ⁊ oibꝰ infirmitatibꝰ miſtrabat
vnã cepã aſſã: ⁊ excecauit aliq̄s qui patiebãt̄ i
ocul'. Jta creditis vos ꝙ ille miſſe que fuerũt
vtiles mr̄i ſancti amatoris: que forte nõ ha-
bebat niſi vnũ pctm̄ veniale: ſint ẽt vtiles pr̄i
veſtro qui fuit magnꝰ vſurariꝰ. Sed hoc fit ꝓ
pecunijs gaudẽtes de primo teſtamẽto i ope
re: ⁊ de ſecũdo in ore. Jõ dicit: q̄re aſſumis te
ſtamẽtũ. ideo Dauid. Nõ cuſtodierũt teſta-
mentũ dei: ⁊ in lege eiꝰ noluerunt ambulare.
pſ̄. lxxvij. ideo ille. ſ. xp̄s qui eſt ſine pctõ ar-
guet mundũ ⁊c̄. ¶ Tertiũ ẽ in pnia pctõꝝ qd
tangit̄ cum dr̄ ibi. Pctõri aũt dixit deus. Tu
võ odiſti diſciplinã ⁊c̄. ſ. pnie q̄ dr̄ diſciplina.
Rõ: q2 diſciplina factã eſt ad ſilitudinẽ ſtelle
habentis radios. Jta recte eſt de pnia: hz eni
ſex radios. Primꝰ eſt cordis cõtritio. Secũ-
dus eſt emẽdãdi ꝓpoſitũ. Tertiꝰ oris ꝯfeſſio.
Jſti radij ſũt multũ pũgẽtes ad modũ diſci-
pline. Jſta diſciplina pnie nõ dz eẽ ociosa ali
cui: q2 de magno pctõre inimico dei: facit iu
ſtũ ⁊ amicũ ⁊ filiũ dei. ideo apl's. Jn diſcipli-



na pſeuerate: tãq̄ filijs vobis ſe offert deꝰ ad
Heb.xij. Jlle. ſ. xp̄s arguet illos qui nolũt fa-
cere pniaz. ¶ Quartũ eſt negligẽtia diuinoꝝ:
ibi. Pctõri aũt dixit deꝰ: proieciſti ſermones
meos retrorſuz. Uos mõ qñ auditis ſmonez
habetis verba dei corã vobis audiẽdo ⁊ co-
gitando: ſed vtinaz facto ſmone nõ ꝓijciatis
retrorſuz: nõ ponẽdo in opere qd audiuiſtis.
ideo dixit: ꝓieciſtis ſmones meos retrorſum
ſ. per negligentiã. Nõ ẽ paruũ pctm̄ maxime
qñ ſmo ẽ correctiuꝰ cõſtat̄ ꝯtra pctã notoria
iõ dicit deꝰ pctõri: proieciſti ſmones meos re
trorſum. Corrumpunt per diuitias vel fauo-
res ⁊c̄. ideo dicit ſapiens Fili mi auſculta ſer
mones meos ⁊c̄. De negligentibꝰ dicit prꝰ
the. Jlle arguet mũdũ de pctõ. ¶ Quītũ eſt
de auariˢ cupidoꝝ: ibi. pctõri ãt dixit deꝰ. Si
videbas furẽ: currebas cum eo. ſ. i ſocietate.
Latro ⁊ fur cũ q̄ oẽs volũt currẽ eſt. vſurariꝰ
q̄libet eniz vſurariꝰ eſt latro: quia ſicut latro
tenet̄ ad reſtitutionẽ ſi vult ſaluari: ⁊ oẽs vo-
lunt currere cuz eo dicẽdo. quid eſt hoc ꝙ tal'
qui erat paup: ⁊ pater ſuus erat ſutor vnꝰ: ⁊
mõ eſt ita diues. O quia mutuat.x. pro.xij. ⁊
ita ponit̄ in charta. Jtẽ mutuat frumentũ ad
lucrũ. Jtem emebat pro pata pecunia ꝓ mi-
nori precio ⁊ vẽdebat plus qñ dabat ad ter-
minũ: ⁊ ſic aſcẽdit ⁊ multiplicauit pecunias
totũ eſt vſura ⁊ dãnatio. Si vultis cenſualia
habeatis duo ꝙ ſit vera emptio. ſecũdo ꝙ ꝑ-
ciũ ſit iuſtũ: ſed modo oẽs volũt currere cuz
latrone. ſ. vſurario dicendo: ſicut ille fecit: ita
ego faciaz: ⁊ multiplicabo pecunias. Ecce q̄
re dicit: ſi videbas furem ⁊c̄. ſed aliqui volũt
ſe excuſare dicẽdo. Nolo eſſe vſurariꝰ: ſed po
nam centũ florenos in manu iudei: ⁊ ille faci
et vſurã: quia iudei: poſſũt facere vſuras: ⁊ da
bit mihi ⁊c̄. Talibꝰ accidit vt pylato qui no-
lens cõdemnare xp̄m: quia ſanctũ ⁊ iuſtũ ipz
inuenit: ſed tradidit ipz volũtati iudeoꝝ: ⁊ la
uit manꝰ ſuas. Jta facis tu ponẽdo pecunias
⁊c̄. cũ tñ nec iudei poſſũt facẽ vſurã: imo deci
piunt̄ in illa auctate. Nõ feneraberis frĩ tuo
ad vſurã pecuniã nec fruges nec q̄ãlibz aliã
rẽ: ſed alieno. Deut.xxiij. Hoc vocabulũ alie
no decipit eos: q2 nõ itelligũt q̄re dixit Moy
ſes aliẽo. Pro rñſiõe nõ hyſtoriã ꝺ Loth. q
recepit in hoſpitio duos angelos. Et homies
illiꝰ ciuitatis ſodome credẽtes angelos fuiſſe
hoies carnales voluerũt peccare cũ eis: ⁊ ob
ſederũt domũ Loth. Quibꝰ obtulit duas fili
as vgines vt abuterent̄ eis ⁊ nõ abuterentur
ſctis angel'. Si illi ſodomite cognouiſſent fili
as Loth fuiſſz vtiq̄ pctm̄: ⁊ qs dicẽt ꝯtrariũ.
O diceres tu. Jlle ſanctus hõ Loth dicebat.
Hoc verꝝ eſt ad vitãdũ maiꝰ pctm̄ ſiue malũ
Jta de moyſe q dixit iudeis. Nõ feneraberis
frĩ tuo ſz alieno: nõ ꝙ nõ eẽt pctm̄: ſz ad vitã-
dũ maiꝰ pctm̄. vñ dicit btũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. lx-
viij. ar. i. in ſolutõe ad ſcdm̄ ꝙ iudeis ꝓhibitũ
fuit ne acciperẽt vſurã. ſ. a iudeis: ꝑ qd dat̄ in
telligi ꝙ accipe vſurã a q̄cũq̄ hoie eſt ſimplr
malũ. Debemꝰ eni oẽz hoiez hr̄e q̄ſi ꝓximũ ⁊
frẽz ꝑcipue in ſtatu euãgelij ad qd oẽs vocãt
Uñ in pſ̄. abſolute dr̄. Qui pecuniam ſuã nõ
dedit ad vſurã. ⁊ Ezech.xviij. Qui vſuraz nõ
accepit. ꝙ ãt ab extraneis vſurã acciperẽt nõ
fuit eis ꝯceſſũ q̄ſi licitũ ſed permiſſũ ad maiꝰ
malũ vitandũ: ne. ſ. a iudeis deũ colẽtibꝰ vſu
ras acciperẽt ꝓpter auariciã cui dediti erant
vt habet̄ Jſa. lvi. Oẽs in viã ſuã declinauerũt
vnuſq̄ſq̄ ad auariciã ſuã ⁊c̄. Ecce q̄re dicit: ſi
videbas furẽ ⁊c̄. De qbꝰ dic̄ Jſa. Pedes eo
rũ ad malũ currũt. Jſa. lix. ¶ Sextũ eſt imũ
dicia luxurioſoꝝ: ibi. Pctõri ãt dixit deꝰ. Et
cũ adulteris portionẽ tuã ponebas. Adulte-
riũ eſt qñ vir vt ꝓditor curat de alia muliere
vel vxor de alio hoie. Jõ vt ꝓditores dãnabũ
tur in iferno: q2 frangũt ſibi fidẽ. Et ſũt multi
q lz nõ faciant adulteriũ: tñ ponũt cũ adulte
ris portionẽ. Nota decẽ portiones: ⁊ vnꝰ po
nit vnã ⁊ alius aliã. Uerbigra. Aliq ponunt
portionẽ ſuã cũ adulteris. ſ. corde: vt aliq re-
ligioſi vel clerici: qui ex timore infamationis
ſeu ꝑiculi vel ſcandali nõ audent facẽ pctm̄
opere: q2 vbi fit ignis: fumꝰ hz exire: ideo nõ
faciunt opus. Sz ponũt cor cogitãdo. O q̄-
lis delectatio eẽt cũ tali ⁊c̄. Jõ dic̄ cũ adulte
ris. Aliq ponũt os turpiter loquendo de illa
mã. ſ. de mulieribꝰ vel cantãdo cãtilenas que
cõtinẽt tot vanitates: vel diſputando de pul-
chritudie mulieꝝ ⁊c̄. Jõ dic̄: cũ adulteris ⁊c̄.
Aliq ponũt oculos ſi poſſent videẽ ꝑtes diſco
opertãs q̄ ꝓuocãt ad pctm̄: vel libẽter reſpici
unt qñ gallꝰ agit cũ gallina: colũbꝰ cũ colũba
aſinꝰ cũ aſina: vl' reſpiciẽdo ſe. Jõ dicebat bñ
dictus ad ſororẽ ſuam ꝙ nũq̄ reſpiceret cor
pus ſuũ. Sed qñ vellet mutare celiciũ ſuum
ꝙ mutaret in tenebris ⁊c̄. q2 mĺte ſũt q̄ qñ vi
dẽt vbera dicũt. O quõ ego habeo pulchra
vbera. Aliq ponũt aures: ſi loquit̄ de deo ſta
tim attẽdiũt audire: ſz ſi loquũt̄ ꝺ illa mã: dñt
qd ẽ h: reſumite ſiue dicat̄ iterꝝ: ⁊ ſic delectãt̄
audiẽdo turpia. iõ dic̄ ⁊ cũ adulteris. Alij po
nũt nares i odoribꝰ ⁊c̄. Alij ponũt gulã bñ co
medẽdo ſalcetes: iſta iclinãt: q2 gᵒ guloſis ꝑ

eſt luxurioſa. Aliq ponūt manꝰ tāgēdo ſe vel
aliū ⁊c̄. Alij pedes ponūt aſſociādo alios di
cēdo. Ego nō faciā pctm̄ ſed ſociabo vos. Jō
cū adulteris ponit ꝑtē veſtrā. Alij ponūt ve/
ſtes: q̄ ē bonꝰ hō vel mulier q̄ hꝫ tātas ſciſſu
ras vel veſtes: ⁊ ornatꝰ oñdūt ꝙ ſunt putane
vel meretrices. Alij ponūt corpꝰ faciēdo pec
catū ope. Ecce q̄re dicit. Cū adulteris portio
nē tuā ponebas. Ju meliori loco ponebat da
uid portionē ſuā dicēs. Tu es dñe ſpes mea:
portio mea dñe i terra viuētiū pſ. cxli. ❡ Se
ptimū blaſphemia iracundoꝝ: ibi. Os tuum
abūdauit malicia. Jſta malicia ē blaſphemia
iu deū q eſt iter xp̄ianos qñ ſūt iurati iurādo
ꝑ caput ꝑ cor ⁊c̄. Scḋo renegādo: maledicar
⁊c̄. Tertio dicēdo v̄ba enormia ꝯ xp̄m ⁊ v̄gi/
nē Mariā ꝙ celū ⁊ terrā deberēt ſubintrare.
Dico ꝙ ſi nō eēnt alia pctā iu mūdo. iſtud ē
ſufficiēs ad deſtruēdū villas cōitates ⁊ totuꝫ
mūdū niſi corrigat̄. Nota h̄ hiſtoriā de ſenna
cherib rege aſſyrioꝝ q venit ꝯ ciuitatē hierl̄ꝫ
regnāte illo ſctō rege ezechia. q ſennacherib
dicebat. Quis deꝰ liberauit vos de manu ſen
nacherib: ex iſta blaſphemia occiſi ſt̄. clxxxv.
milia hoies armorum. Sēnacherib. Auctas.
Egreſſus āt ē angelus dñi ⁊ ꝑcuſſit in caſtris
aſſyrioꝝ. clxxxv. milia. Yſa. xxxvij. ⁊ iſta blaſ/
phemia dr̄ quottidie: ſi ſūt duo ludētes ad ta
xillos. Dicit vnꝰ. Nō pōt deꝰ facere ꝙ ꝑdā lu
dū iſtū: ⁊ēt ſi uō ꝓijcere niſi deꝰ eſ. Si dicat̄.
Quid hoc ad uos q nō ludimꝰ. Rñdeo vo/
bis ꝙ ſuſtinetis: q̄ ſicut ſi lupus intraret villā:
oēs clamarēt ſup eū. Jta ꝯ illos debetis cla/
mare: traditores: ribaldi ⁊c̄. ſꝫ mō totū ponī
tur ad truffaꝫ. Qñ eſt aliqs magnꝰ iurator di
cit ab alijs. Faciamꝰ ſibi aliqd ⁊ irritemꝰ eū:
⁊ iꝑe blaſphemabit. Et q̄ iſtud pctm̄ nō cor/
rigit̄: reuertit̄ in caput illoꝝ q h̄nt corrigere.
Dicit ſcriptura. Dñatores ppl̄i mei inique
agūt dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomē meuꝫ
blaſphemat̄. Propter hᵒ ſciet ppl̄s meꝰ no/
mē meū in die illa: q̄ ego ipſe q loq̄bar. ſ. pre
cipiēdo: ecce aſſū. ſ. puniēdo. Yſa. lij. ❡ Octa
uum eſt fraudulētia negociatoꝝ: ibi. Pecca/
tori aūt dixit deꝰ: lingua tua cōcinnabat do/
los. Cōcinnare dolos. id eſt ſimul cātare falla
cias. hoc fit iter emptorē: q̄ qlibet conat̄ de/
cipere aliū. Prīo icipit emptor dicēs. Pro
quāto dabis mihi iſtud. Vēditor aūt ſi illud
valꝫ tres ſolidos petit decē. Et emptor rñdet
dicēs. Vultis. xviij. ſolidos denarioꝝ. Et truf
fat̄ iꝑe ꝺ altero. Dicit vēditor: ꝑ corpꝰ dei cō
ſtat mihi tm̄ ⁊c̄. Antiqꝰ xp̄iani hēbāt magnā

ꝯſciaꝫ mētiēdi. ⁊ qñ emptor dicebat: ꝓ quā
to dabitis mihi iſtud: rñdebat vēditor: ſecure
cōſtabat tm̄: iō detis mihi tm̄ vt lucrer aliqd
vobiſcū. Sꝫ mō nō fit: imo vnus decipit aliuꝫ
⁊c̄. Jō de iſto tp̄e ꝓphetādo dixit Jeremias.
Docuerūt linguā ſuā loq mēdaciū: vt inique
agerēt laborauerūt. Jere. ix. Jntm̄ mētiūt̄ ꝙ
nō pōt hō credere eis in aliq̄. Jō ille arguet
mūdū ꝺ pctō. nonū ē oblocutia ocioſoꝝ: ibi.
Pctōri aūt dixit deꝰ. Sedēs aduerſus frēm
tuū loq̄baris. Jnfra ebdomadā nullus ſedet
ad portā: q̄ quilibet laborat iu negocijs ſuis
alius in cāpo: alius iu vinea: alius in foro. Sꝫ
iu die feſto tūc ſedēt ocioſi: ad portā iudican
do trāſeūtes: qñ trāſit aliqs diues dicūt. Jſte
eſt magnus vſurarius: dicit alter. Etiaꝫ pater
ſuus erat vſurarius. Jtē de alijs q trāſeūt qli/
bet hꝫ ſuū motiuū de ipſis: vel ꝙ eſt latro vel
homicida. Si trāſeūt religioſi: vel clerici di/
cūt. O quō eſt iſte pinguis ⁊c̄. Jtē ſi trāſeūt
mulieres dicūt. Ecce quō ſociat ſe iſta cū illa
q̄ eſt meretrix. Dicit alter. Jā mater ſua ami/
ca alterius eſt q̄ etiā nō fuit bona. Ecce quare
dicit: ſedēs aduerſus frēm tuū loquebaris de
berēt ſedere in eccleſia ⁊ occupare ſe in bōis
ſpūalibꝰ: audire ſermones: veſpas: cōpletoriū
⁊ ipſi iudicāt. Jō pōt dicere ille q ē ꝑ eos iu/
dicatus. Aduerſum me loquebant̄ q ſedebāt
in porta ⁊ in me. i. ꝯ me pſallebāt q bibebant
vinū pſ. lxviij. Nota q bibebāt. q̄ talis oblo
cutio cōiter fit poſt prandiū. Dico ꝙ plures
dānant̄ ex furto lingue q̄ manuuꝫ. cū lingua
furat̄ fama ⁊ cū manu bona. primū eſt maius
furtuꝫ. Dicit. n. btūs Tho. ſcḋa ſcḋe. q. lxxvij.
arti. iij. ꝙ detractio ſm ſuū genꝰ ē maius pec
catū q̄ furtū: q̄ iter bona exteriora fama pre
eminet diuitijs. Vñ ſalomon dicit. Melꝰ eſt
nomē bonum. i. bona fama q̄ diuitie multe.
Prouer. xxij. Et ſicut latro nō pōt ſaluari ni
ſi reſtituat bona: ſic nec diffamator niſi reſti/
tuat famā corā oībus illis corā qbus diffama
uit: dicēdo ego dixi hoc de tali: nō credatis:
q̄ ego male dixi: etiā ſi ſit verꝫ qḋ dixit: ſꝫ erat
ſecretū. De iſta reſtitutiōe fame quō eſt neceſ
ſaria. vide btm̄ Tho. ſcḋa ſcḋe. q. lxxiij. ar. ij. ⁊
q. lxij. ar. ij. De modo āt reſtituēdi famā. vide
btm̄ Tho. ſcḋa ſcḋe. q. lxij. ar. ij. in ſolutiōe ad
ſecūdū. vbi ponit ꝙ aliqs pōt auferre famaꝫ
tripliciter ⁊c̄. vide doctorē. vbi ſupra. ❡ De/
cimū eſt reſiſtentia bonoꝝ: ibi. Aduerſuꝫ filiū
matris tue ponebas ſcandaluꝫ. Hoc pōt de/
clarari tripliciter: ſi expediat. Primo de iu/
deis q nō ſunt filij alterius mrīs. ſ. ſynagoge



deis qui nō ſūt filij alterꝰ mrīs. ſ. ſynagoge ſꝫ
qñ ꝯuertūt̄ ⁊ baptizant̄ fiūt filij mrīs nr̄e. ſ. ec
cleſie. Sꝫ ſūt aliq miſi ⁊ mali xp̄iani: q aduer
ſus tales ponūt ſcādalū. vituꝑando eos deſpi
ciēdo. O qḋ pctm̄ ē ⁊ ſcādalizāt ⁊ ꝑdūt fideꝫ
Jō dicebat xp̄s: q ſcādalizauerit vnū de puſil
lis iſtis. ſ. in fide: q in me credūt expedit ei vt
ſuſpēdat̄ mola aſinaria i collo eiꝰ ⁊ demerga
tur in ꝓfundū maris. Mat. xviij. Scḋa ꝺcla
ratio ē ꝙ videmꝰ hodie i mūdo ꝙ qñ aliqs re
ligioſus vl̄ clericꝰ ē bn̄ diſſolutꝰ. ⁊ nō ſuat ea
ad q̄ tenet̄ nullꝰ dic̄ ſibi aliqd imo ꝯmēdat̄ ⁊
laudat̄: ſꝫ ſi vult ſuare ſuā regulā quā vouit ⁊
ordinē. tal̄ ſtatiꝫ deridet̄ ab alijs ꝺbigr̄s. ſi in
aliq̄ religiōe aliqs vult incipe bonā vitā ⁊ ſer
tellectu ſolius dei eſt. De quo vide ſcm̃ Tho.
ꝑma parte. q. lvij. ar. v. Mõ iſte liber eſt clau
ſus: qꝛ nullꝰ põt legẽ niſi deꝰ: ⁊ ego in meatu
in tua ꝯſcia: ⁊ ille in ſua ⁊c̄. Sʒ in iudicio quã
do aĩa veniet timẽs ⁊ tremẽs dicet chriſtus.
Uideamꝰ librũ: tũc ꝯſcĩa aperiet ⁊ dabit teſti
monium. Si aĩa receſſit a corpore in gratia:
mala ⁊ pctã nõ apparebũt in cõfuſioneʒ: im
mo in bonũ teſtimoniũ aĩe i gloria. Uñ apo
ſtolus. Gloria noſtra hec eſt: teſtimonium cõ
ſcientie noſtre. ij. ad Chorin. i. Sed ſi vixit in
mala vita peccatis ⁊ finaliter moritur ipeni
tens: tũc nullũ bonũ appebit ſcriptũ in libro
ꝯſcie: qꝛ q̄diu ſumꝰ in pctõ opera nr̄a nõ ſunt
meritoria. Jõ nõ appebũt niſi mala opa ſcri
pta in charta illa: iõ apl's. Teſtimoniũ reddẽ
te illis ꝯſcĩa ipſoꝝ: ⁊ inter ſeinuicẽ cogitatio
nũ accuſantiũ aut etiã defendentiũ in die cuʒ
iudicabit deꝰ occulta hoĩuʒ. Ro. ij. Do vobis
hoc remediũ ⁊ bonũ conſiliũ: qḋ ſi vultis te
nẽ ⁊ mihi credẽ: tunc teſtimonium conſciẽtie
veſtre erit pro vobis: ⁊ nõ contra vos: licet fe
ceritis multa mala ⁊ pctã. Iſtud remedium
capiat ꝑ ſilitudineʒ hãc. In quodã loco erat
hõ quidã male vite: latro: homicida: ⁊ facie
bat multa mala: ſʒ ſecrete timore iuſticie. Sʒ
quãtũcũqʒ ignis fiat ſecrete: ⁊ in abſcondito
fumꝰ exiet. Inde rex ſciẽs illiꝰ hoĩs mala com
miſit iudictũ illius loci: vt faceret ꝓceſſum cõ
tra illuʒ hominẽ taliter ꝙ ille homo nihil ſci
ret. Quo facto ꝓceſſu clauſo ⁊ ſignato ſciens
iudex ꝙ iſte homo cõtra quem fecit ꝓceſſum
eſſet iturus ad regẽ: dixit ſibi ꝙ portaret regi
vnũ librũ qui acceptauit librũ: ⁊ erat ꝓceſſus
cõtra eũ factꝰ. Quãdo aũt latro fuit in via co
gitauit ⁊ timuit an iſta ſcriptura eſſet contra
eum: quia Cõſciꝰ ipſe ſibi de ſe putat oĩa dici.
Dicẽs itra ſe: Quid ſcio: q̄d porto. Iſte liber
ꝓceſſus videt: qui aperuit deniq̄ ꝓceſſũ ⁊ legit
ibi: ⁊ inuenit clare oĩa mala q̄ fecerat: qui ince
pit flere di. O miſer q̄d faciã: ſi ego porto hꝰ
regi: ſuſpẽſus ſũ: volebat cõburẽ ꝓceſſũ: ſed ti
mebat perdere oĩa bõa ſua. Qui acceſſit ad
quendã notariũ amicũ exponẽs ei ſuã neceſ
ſitatẽ ⁊ caſũ. Ad quẽ notariꝰ dixit: Si de cete
ro vultis vos cauere ⁊ emendare vitã veſtrã
ego iuuabo vos. Qui ꝓmiſit emendã. Tunc
notarius fidelis raſit de ꝓceſſu ſubtiliter: vbi
erat affirmatiua poſuit negatiuã: ⁊ vbi erant
teſtes cõtra eum poſuit pro ipſo ⁊ clauſit pro
ceſſum dicẽs: Modo vadatis ad regem: nec
oportet vos timere: imo rex bñ recipiet vos.
Qñ aũt fuit cũ rege: aſſiſtẽtes q erãt cum re
ge dicebãt. Dñe iſte eſt ille malꝰ hõ talis loci
capiat: ⁊ ſtatiʒ rex mãdauit vt ſtatim caperet
⁊ ſuſpenderet. Sed ipſe homo ꝑſentauit pro
ceſſum regi: qui lecto ꝓceſſu: rex oſculatus eſt
eũ ⁊ mãdauit ſibi dari centuʒ florenos. Rex
iſte eſt ille de quo: rex regũ ⁊ dñs dñantium.
Apoc. xix. ſʒ malefactor ẽ q̄libet noſtrũ. Su
mus eni homicide ⁊ latrones ⁊c̄. Si tu dicis
Ego nunq̄ʒ occidi aliquem, ꝓbo ꝙ ſic. Homi
cida occidit corpꝰ: ſed qui peccat mortaliter
occidit animã. quotiẽs eni peccaſti mortalit
totiẽs occidiſti aĩam. Aĩa que peccauerit ipa
morietur. Ezech. xviij. Itẽ occidiſti primũ ho
micida es. Auctas. Omnis eni qui odit fra
trẽ ſuũ homicida ẽ. i. Jo. iij. Itẽ q̄tiẽſcũq̄ʒ in
clinaſti vł induxiſti aliũ ad peccãdũ mortalr
totiẽs aĩaʒ occidiſti. de pe. di. i. dic̃ Aug. No
li te putare homicidã nõ eẽ cũ fr̄i tuo malũ ꝑ
ſuades. Cũ eniʒ. Cũ eni fr̄i tuo malũ ꝑſuades
occidis. Itẽ ſumꝰ fures: quotiẽſcũq̄ʒ furati ſu
mꝰ deo honorẽ vł reuerẽtiã vel obediẽtiã ad
ſua ꝓcepta: totiẽs fecimꝰ furtũ. Itẽ primo ſu
mã ⁊ eccĩe decimas. ſeruitoribꝰ ſolidatum ⁊

mercedē opeꝝ.moꝛtuis legata:furtū cōmitti
mus oēs.Auctas.Quotqt venerūt fures ſūt
ꝛ latrones.Jo.x.c.Et pceſſus ē iā fact⁹ clau‑
ſus ꝛ ſignat⁹.Et qlibet poꝛtat ſuū pceſſuȝ ad
regē xp̄m.Ergo qd fiēdū.Dico ꝙ ſic fecit la
tro.Pꝛio apiaꝛ iſte pceſſus legendo ea q̄ ibi
ptinēt.Scd̄o debem⁹ flere ſic iſte fleuit. Ter/
tio debem⁹ oñdere pceſſuȝ amico ſuo nota/
rio.Quarto fiat ꝙ notari⁹ radat ſubtiliꝛ ꝛc̄.
P° liber ꝯſcie apieꝛ cogitādo malā vitā quā
tenuit.Si es religioſus:cogita ſi ſuaſti regu/
lā ꝛ cerimonias.Si ſacerdos:cogita q̄lr offi/
ciū celebraſti ſi cū pura deuotiōe: vel p pecu
nia ſi vnq̄ᵹ iuraſti vel mētit⁹ fuiſti.ſi vixiſti ca
ſte ꝛc̄.idē de vob̄.qlibet cogitet vitā quā te/
nuit.Jſto mō liber ꝯſcie apiꝛ.Scd̄o ploꝛa.ec
ce ꝯtritio dicēs.O miſer quid erit de me ꝛc̄.
Tertio recurrere debes ad amicuȝ ꝛ dicē ſibi
totū ꝛ oñdere ſibi libꝛū.Amic⁹ iſte ē cōfeſſoꝛ.
amicus plūſq̄ᵹ pr̄ vel mr̄:ꝛ oñdē ſibi libꝛum
debes clare dicēdo pctā. Pater ego ſuȝ ma
gn⁹ pctōꝛ.Pꝛio feci h°ꝛ h°.Et poſt ꝯfeſſiōeȝ
ꝯfeſſoꝛ dȝ q̄rere ppoſitū i coꝛde vr̄o de cetero
cauēdi ꝛ emēdādi vitaȝ vr̄am.Si dicit̄ ꝙ ſic
tūc ꝯfeſſoꝛ radet ꝛ delet pctā de ꝯſcia.ſ.cū lin
gua.Nullus gladi⁹ tm̄ ſcindit q̄tū lingua cō
feſſoꝛis qñ eleuat manū ꝛ dicit.Miſereaꝛ tui
oīpotēs de⁹:ꝛ dimittat tibi oīa ꝛc̄. Fctā abſo
lutiōe oīa pctā ꝛ mala ſūt raſa de libꝛo ꝯſcie.
Jta radit ſubtiliꝛ ꝙ ſic ꝯſcia erat ꝯ te ꝛc̄.teſta
tur p te.Deinde dicet ꝯfeſſoꝛ. mō ſecure va/
das ad regē.Uadit hō ſecur⁹ pniāȝ iplēs da/
tā a ꝯfeſſoꝛe:ꝛ qñ aīa venit coꝛā xp̄o i iudicio
ꝛ pceſſus ꝯſcie apiꝛ oēs teſtes ſūt p aīa.Be
nedict⁹ erit q ꝯſiliū h° ſuauerit.H° de⁹ met
dicit peccatoꝛi.Sume tibi libꝛū grādē: ꝛ ſcri
be i eo ſtilo hoīs velociter ſpolia detrahe:cito
pdare.Jſaye.viij.Nō.Sume tibi:nō alteri.
q2 nullus ali⁹ pōt ibi legere libꝛū grādē. ma/
gnus liber ē decretales maioꝛ decretū ꝛ ma/
ioꝛ biblia.Maioꝛ oīb⁹ his eſt ꝯſcia. Liber ſu
miꝛ cogitādo pctā:vt dixi.Scribiꝛ ſtilo hoīs
q2 ex q̄ de⁹ fact⁹ ē hō dedit hoīb⁹ ptātē remit
tēdi pctā ꝛ nō añ.Audiꝛ velociꝛ ꝛc̄. Nullus
dicat volo ꝯfiteri in q̄dragesima ꝛc̄.foꝛte ho/
die vel cras moꝛieris ꝛc̄.Et ſic pȝ p⁹ ps ſmo
nis.¶Dico ſcd̄o ꝙ ali⁹ teſtis ē angelus bo/
nus celeſtialis.Sciēdū ꝙ qlibet hō vel mu/
lier a natiuitate qūādiu viuit in h° mūdo hȝ
vnū angelū bonū de celo ſūmo ad ſui cuſto/
diā a deo oīpotēti deputatū.Un̄ Jero. Ma
gna ē dignitas aīaꝝ vt vnaq̄q̄ᵹ aīa ab oꝛtu ſue
natiuitatis hēat angelū ad cuſtodiā deputa/
tū.q2 aliꝛ demōes ſuffocarent nos ꝛ ipedirēt
oīa opa nr̄a.Jō de⁹ dat angelū ad cuſtodiaȝ.
ſicut dñs q hȝ oues dat eis cuſtodiā paſtoꝛiſ.
De hac cuſtodia dauid i ps̄. Angelꝭ ſuis de⁹
mādauit de te vt cuſtodiāt te in oīb⁹ vijs tuis
ps̄.xc.Jſte aūt teſtis videt qcqd hō fac ꝛ di/
cit.Jō teſtificaꝛ de viſo ꝛ auditu.Mō ꝯtēpla
te h quātū placeat angelo bono qñ hō facit
bōa opa.oꝛonē deuotā.ieiunuī ꝛc̄.Tūc.n.an
gelus eleuat oculos ad deū dicēs. O dñe au
diatis eū iā videtis quō deuote oꝛat: ieiunat
ꝛc̄.Sic de quolibet bono ope. Et nō ſolū iſte
angelus gaudet:ſȝ oēs alij de celo.Gaudiuȝ
ē angelis dei ꝛc̄.Luc.xv.Per oppoſituȝ qñ
facim⁹ pctā vel aliquā inhoneſtatē.Dicit an
gelus.O de iſto pditoꝛe qd dicā . Cogita ſi
coꝛā aliq̄ deuota pſona tu faceres ihōeſtatē:
qd diceret.Jta angelus.Multi credūt ꝙ qñ
volūt facē aliqd furtū vl luxuriā ſecrete ꝙ nul
lus videat:dīt.o null⁹ videt me.o miſer ape/
ri oclos mēꞇ ꝛ vide ibi āgelū pn̄tē: q dic . O
de iſto pditoꝛe.qd ego dicā iudici. O de iſta
meretrice ſiue putana qd dicā.Etiā ō celo il/
li clamāt ꝯ illū pctōꝛē.ac ſi mō coꝛā nobis ve
niret aliq̄ mlier meretrix nuda:oēs vos dice
retꞇ.O illa vilis meretrix:foꝛas ꝛc̄.Mō cogi
tate q̄lr ſcti āgeli q abhoꝛrēt pctā q̄lr idignā
tur.Auctas.Ecce videntes clamabūt foꝛis.
Angeli pacis amare flebunt. Jſa.xxxiij. Nō.
Ecce vidētes:q2 ſūt nobiſcū h āgeli pacis q ſt
de celo.q2 illi de iſerno ſūt angeli guerre ꝛ di
uiſiōis:amare flebūt quātū ad deteſtationeȝ
pctōꝝ.Nō itelligatꞇ ꝙ ſit talis flet⁹ ſic ꝛ nr̄.q
venit ex triſtitia vel deuotiōe.ſic i deuotꞇ plo
nis.Cogita q̄le teſtimoniū faciet angel⁹ i iu
dicio.Qñ.n.aīa peccatrix ipenitēs venit ad
iudiciū:ꝛ demōes eā accuſāt.Xp̄s iuſt⁹ iudex
vult audire ptes dicēꞇ.Uideam⁹ qd dicitꞇ voſ
āgeli.Qui rn̄dēt.ſ.demōes.Dñe iſta aīa fec
h°ꝛ h°.Jō faciatꞇ iuſticiā p vno pctō dānaſtiſ
nos in ppetuū.ꝛ iſte fecit tot pctā.iō ꝛc̄.Tūc
xp̄s lȝ ſciat totū tn̄ ſm foꝛmā iudicis q̄rit a te
ſtib⁹.Jnterrogat āgelū di. Quid ē h°. tu qd
vidiſti qd dicis. Et angel⁹ q̄ſi cōplāgēdo ex
amoꝛe quē hȝ ad nos dic. Dñe tot āni ſūt ꝙ
mihi cōmiſiſtis iſtū. Uex eſt qd dīt demōes
dedit ſe ſuperbie vanitati.ꝛ ſic de alijs pctis.
Quātūcūq̄ᵹ ego inducerē eū ad celuȝ noluit
mihi credere.Tūc xp̄s auditꞇ duob⁹ teſtib⁹.ſ.
ꝯſcia ꝛ angelo.dat ſnīam dicens.Surge tolle
qd tuū eſt ꝛ vade.Tunc demones recipiunt
aīam.ꝛ ſic duciꝛ ad infernū.Si aūt hō fuit be
ne cōfeſſus ꝛ ppoſuit ſe abſtinere a peccatꞇ.ꝛ



fecit ꝯdignā pniāȝ.qñ venit ad iudi^m ꝛ demo
nes eū accuſant.xp̄s dicit ad bonū angelum.
Quid tu dicis angele.Rn̄det angel⁹ dicens
veꝝ eſt dñe ꝙ iſa fecit h°:vt dicūt demōes.tn̄
recurrit ad medicias ꝛ ad remedia vr̄a.Fuit
eni bn̄ ꝯfeſſus ꝛ ꝯtrit⁹ ꝛ fecit pniāȝ ꝛ cōtcauit
iō vr̄ mihi ꝙ dȝ abſolui. Tūc xp̄s dat ſnīam ꝛ
pcipit angelo ꝛ mādat ſibi vt collocetꞇ in pa/
radiſo in tali ſede vel cathedra.De hoc dicit
ſcriptura ſi fuerit p eo angel⁹ loquēs:vn⁹ de
mill⁹ vt annūctet hoīs equitatē.i.pniāȝ ꝛ bo
nā vitā Miſerebiꝛ ei⁹ ꝛ dicet. Libera eum vt
nō deſcēdat in coꝛruptionē.Job.xxxiij. Re/
mediū ergo ꝛ cōſiliū bonū bti Bernardi eſt
dicētis. Noli pn̄te angelo ſancto facē qd me
pn̄te facē nō auderes.Quātūcūq̄ᵹ eēt tēpta/
tus q̄s pꝑter verecūdiā coꝛā vna bona pſona
nollet facē pctm̄ vel inhoneſtatē aliquā . q̄re
ergo in pn̄tia angeli nō times facē. O q̄le te
ſtimoniū angel⁹ facēt ſi amoꝛe ſuo hō nō pec
caret opoꝛtunitate hita vt placeret ei.¶Di/
co g° ꝙ ali⁹ teſtis eſt ieſus iudex vlis. Dicēt
aliq̄s qūo eſt poſſibile ꝙ xp̄s ſiꝛ ſit iudex ꝛ te
ſtis.Si eſt iudex qūo eſt teſtis.ꝛ ecōuerſo.Di
co ꝙ ppꝛiū ē xp̄o ſimul eē iudicē ꝛ teſtē.Nec
rex nec papa pōt eē ſiꝛ iudex ꝛ teſti:ſȝ xp̄s.Jō
dicit.Ego ſum iudex ꝛ teſtis dicit dñs. Jere.
xxix.Si alij teſtes nō eſſent:ille ſufficeret. Jō
dicit.Accedā ad vos in iudi° ꝛ ero teſtis ve/
lox maleficis ꝛ adulteris ꝛ periuris.ꝛ q calū
niāꞇ mercedē mercēnarij:ꝛ hūiliāt pupilloſ
ꝛ viduas.ꝛ oppꝛimūt pegrinos.nec timuerūt
me dic dñs exercituū.Malach.iij. Nō ſeptē
pctā in dicta auctē.de qbus erit teſtimoniuȝ
xp̄i ꝯ hoīes in iudi°.Pꝛimū pctm̄ eſt malefi/
cuȝ.oēs qui faciūt mala opa dicunꞇ malefici:
ſed ſimplr̄ qui dānificant pximuȝ tollēdo ei⁹
bona vel furādo de vinetis hoꝛtis ſeu cāpis.
Quidā dicūt ꝙ recipe fruct⁹ nō eſt pctm̄.er/
roꝛ eſt.q2 ex furto fruct⁹ humanū genus fuit
exul a padiſo terreſtri.ꝛ xp̄s p eo paſſus eſt.
Tales nō hn̄t remediū niſi ꝙ ſatiſfaciāt ſi vo/
lūt intrare padiſuȝ vel petē veniā debēt. Se/
cūdo ero teſtis velox adulteris.Dicaꝛ qd eſt
adulteriū.qñ eſt publicū niſi coꝛrigaꝛ.ira dei
eſt ſup cōitatem. Tertio ꝛ piuris.Dicaꝛ qūo
p toto mūdo ſaluando hō nō deberet iurare
falſum iuramētū.Quarto qui calūniaꝛ mer
cedē mercēnarij.Jſte mercēnari⁹ eſt xp̄s qui
xxxiij.ānis laboꝛauit in vinea xp̄ianitaꞇ:ſala/
riū qd vult ē de ſepteȝ dieb⁹ hebdomade.ſ.ꝙ
vult vnā.ſ.dñicā.qui vero nō ſeruat dñicā ca/
lūniaꝛ mercedeȝ ꝛc̄.Quinto erit teſtis velox
his qui humiliāt viduas ꝛ pupillos. Uidua
eſt mulier q̄ hȝ viꝝ ſuū in alio mūdo. Jta aīe
nr̄e ſūt vidue q̄ hn̄t ſponſū ſuū in alio mūdo.
Pupilli ſūt coꝛpa.Humiliāꞇ iſti pupilli qñ
inebriāꞇ hoīes in tabernis ꝛc̄.Dicaꞇ ꝯ iſtud
viciū.Sexto ꝛ oppꝛimūt pegrinos. Quilibȝ
nr̄m eſt pegrin⁹ q̄diu viuim⁹ in hoc mundo.
Jō dauid.Aduena ꝛ peregrin⁹ ego ſū.oppꝛiꝛ
miꝛ peregrin⁹ in ludo taxilloꝝ ꝛc̄.Septimo
nec timuerūt me . pcepta dñoꝝ tpaliū timēt
ſed nō dei.Remediū g° ē in oīb⁹ q̄ facim⁹ hr̄e
reſpectū ꝛ timoꝛē ad deuȝ.vt Job q dicebat.
Ecce in celo eſt teſtis me⁹.ꝛ ꝯſcius me⁹ in ex/
celſis.ſbdit.Ad deū ſtillat ocul⁹ me⁹.iob.xvi.
ſic ocul⁹ mulieris ad viꝝ eā reſpicientē p fe/
neſtram.Jō nō ſuſtinet tact⁹ philocapti ꝛc̄.
¶Dñica infra octa.aſcenſionis. Sermo.ij.

I Lle teſtimonium phibe/
bit de me.
Joan.xv.Pꝛo huius ēbi declara
tione ꝛ māe pdicāde itroductiōe
ſciendū ꝙ ſingularis excellētia ꝛ puilegiuȝ ē
de xp̄o dño ſup alios dños oēs : q2 ipſe ſimul
eſt iudex ꝛ teſtis qd nō eſt de aliquo iudice i
aliquo bono iudicio . Rō.q2 teſtificari nihil
aliud eſt q̄ᵹ iudicem de veritate infoꝛmare.
Mō aliud eſt iſoꝛmare ſe ꝛ aliud infoꝛmari.
Judex eni pōt iſoꝛmari.ſ.ab alio:ſed ipemet
nō pōt ſe iſoꝛmare.Jō nō pōt eſſe iudex ꝛ te/
ſtis ſimul.ſed in xp̄o iſta rō nō hȝ locū.q2 ipē
nō idiget iſoꝛmatiōe alteri⁹.Jdeo ipſe infoꝛ/
mat oēs alios de v̄itate.Plus ſcit ipſe de ne/
gocijs meis ꝛ tuis q̄ᵹ nos.Auctas. Oīa eniȝ
nuda ꝛ apta ſunt oculis ei⁹.ad Heb.iiij. Jō
necāꝛio ipſe iudex hȝ eē teſtis.Scd̄a rō.quia
iudicare eſt iter ptes ſnīaliter diffinire.Jn oī
eni iudicio ſūt re⁹:accuſans ꝛ teſtis qui ſemꝑ
eſt alicuius ptis.ꝛ cū iudex nō poſſȝ eē ſimul
iudex ꝛ pars.Jgiꝛ null⁹ iudex pōt eſſe ſimul
iudex ꝛ teſtis. Sȝ i xp̄o iſta rō nō hȝ locū.q2 i
oī bono ope ipſe ē ps. Rō.q2 bona opa ma/
xime fiūt pp deū.ſi vero opa mala : ibi nō eſt
ps.q2 fiūt ꝯ eū.Jō dicebat ipē.q nō eſt mecū
aduerſū me eſt.Luc.xi.Ergo neceſſario ē ps.
Pȝ ergo puilegiū ꝛ excellētia xp̄i.q2 ſimul
ē iudex ꝛ teſtis.De hoc auctas clara.Ego ſū
iudex ꝛ teſtis dicit dñs.Jere.xxix.ꝛ iſta rōnē
ppoſui thē.ꝛ qlibȝ vr̄m pōt veraciꝛ dicē:Jlle
ſ.ieſus xp̄s dñs ꝛ iudex teſtimoniū phibebit
de me.Pȝ thēs.Et ego ſū mō i mā quā volo
ptractare moꝛaliꝛ.Mō videam⁹ quō xp̄s eſt
teſtis ꝛ iudex in iudi° ꝛ ꝯ q̄ pctā.¶De hoc b̄
nem auctatē q̄ dicit clare de qbus pctis phi/

bebit in iudicio teſtimoniũ. Accedaꝫ ad vos
in iudicio. ꝛ ero teſtis velox maleficis ꝛ adul
teris ꝛ piuris. ꝛ q calũniant mercedẽ mercẽ-
narij ꝛ humiliãt viduas ꝛ pupillos: ꝛ oppri-
műt pegrinũ: nec timuerũt me dicit dñs exer
cituũ. Malach. iij. Hoc noiat ſeptẽ ↄditiões
pctõꝝ q̃ ſi vitent habebit in iudiº iudicẽ ꝛ te
ſtẽ xp̃m pro vob. alias erit ꝯ vos. ꝛ poterit di
cẽ thema. Ille teſtimoniũ perhibebit de me.
¶ Primo dic. Accedã ad vos in iudiº tãq̃
iudex. ꝛ ero teſtis velox maleficiis. Quilibet
pctõꝛ faciẽs mala opa põt dici malefic9 gña-
liẽ. Sꝫ ꝓprio ꝛ ſtricto mõ malefici ſũt qui nõ
ſolũ nocẽt ſibi ipſis. ſed toti cõitati. ſicẽ ſũt di-
uini. ſortilegi ↄiuratores ꝛ potionatores ſiue
ſtoxicatores qui ſi ſuſtinent in aliquo loco: to
ta illa pſta deſtruet ex quo eſt notoriũ. qꝛ pro
ceſſionalr gẽtes recurrũt ad eos. ꝛ ſi ſuſtinet
ira dei eſt ſup illã ciuitatẽ ſiue cõitatẽ. Secus
de ſecretis. quos de9 ſecrete dãnabit: ꝛ terra
erit ſine piculo. qꝛ ex quo pctm̃ eſt ſecretũ nõ
cadit in iudicio hoium: ſed i iudicio dei. Dñe
Iudica illos: da illis ſm opa eorũ ꝛ ſm neq-
tiã ad inuentionũ ipſoꝝ. Dicũt id qd volunt ꝛ
neſciũt. qꝛ tenebroſi ſũt. ſed diffamãt aliquẽ
ꝛ oſtẽdunt in ſpeculo ꝛ in amphora ꝛc̃. ſign-
ras ꝛc̃. ꝛ ſequit diuiſio iter vos ꝓpter hoc nõ
eſt petẽda ſanitas ab eis. Si tu hẽres inimicũ
capitalẽ in hac villa recurreres ad eũ in tuis
neccitatib9. claꝝ eſt ꝙ nõ. Ita eſt de ↄuinis qui
cũ dyabolo inimico capitali nr̃o hñt ſua cõſi
lia. Ad dñm ieſum xp̃m recurrat in vr̃is ne-
ceſſitatib9. quia ipſe põt dare ſanitatẽ filijs ꝛc̃.
Precepit de9 antiquit9 dicẽs. Uir ſiue mlier
in quib9 phitonic9 ſiue diuinatiõis fuerit ſpũs
morte moriant. Dñe ꝛ qua morte: an ſuſpen-
ſionis: decapitatõis: vel cõbuſtionis. Rñſio
ꝙ nõ ſꝫ lapidib9 obruent eos. ſanguis eoꝝ ſit
ſup eos. Leui. xx. Quia qui morit ſuſpenſus
vel decapitat9 ꝛc̃. niſi ab vno põt iterfici. Sꝫ
qꝛ diuin9 nocet toti pp̃lo vult de9 ꝙ a toto po
pulo occidat. Ecce q̃re dicit. Accedã ad vos
vſq; maleficis. ¶ Scdo dic. Accedã ad vos
ꝛc̃. Iſta clauſula dꝫ addi cuilibꝫ pctõ. Acce-
daꝫ ad vos ꝛ ero teſtis velox adulteris. Qui
in matrimonio ſũt: actũ matrimonialẽ facere
pñt ſine pctõ ꝛ ẽt qñq; cũ pctõ ꝛ mõtali ꝛ ve
niali. ꝛ qñq; ẽt cũ merito. Sed qñ vir cogno
ſcit de aliq̃ alia mulĩe. vel ecõtra: hoc pctm̃ di
cis adulteriũ. Iſtud pctm̃ ẽ multũ abhoiabi-
le: maxie qñ ẽ notoriũ. qꝛ ẽt nocet toti cõitati
Sec9 ſi ſit ſecretũ. Dicat hyſtoria de corinthijs
qs Paul9 ↄuerterat ad fidẽ ꝛ poſt aliq̃s dies

ira dei fuit ſup eos. qꝛ hẽbãt ſiccitates: ꝛ mor
talitates. Hec dꝛ ira dei q neſcierũt cãm q̃re.
ꝛ ſcripſerũt ap̃lo paulo eoꝝ neceſſitatẽ. Ap̃ls
aũt per lr̃am rñdit eis di. Neſcit qꝛ modicuꝫ
fermẽtũ totã maſſã corrũpit. Et ſeqt. Auferte
malũ ex vob ipſis. i. Coꝛ. v. Pꝫ clare ꝙ ſuſti
nẽ adulteriũ notoriũ eſt deſtructio cõitat. Iõ
vos rectores q portat on9 debet ꝓuidẽ ꝛ facẽ
ordinationẽ. ſtatim cũ ꝑconizatiõe publica ꝛ
cert penis: ꝙ nulla putana ſiue meretrix no-
toria poſſet eẽ niſi in bordello ſiue lupanari.
ꝛ corrigant oĩa iſta pctã. ꝑmo de meretricib9
in hoſpicijs. Lupanaria pñt ſuſtineri. vt dicit
aug. in lib. de ordie ad vitandũ maiora pctã.
Sꝫ lupanaria pticularia q̃ ſunt in laqueũ: nõ
ſũt ſuſtinẽda. qꝛ morb9 ↄtagioſus eſt. Quãdo
vxoꝛ vr̃a vel filia videt meretricẽ cũ hoie gar-
rulare: qd cogitabit: cito erit putana. vel qñ-
q; fieri poſſet putana. Iõ ad pñtẽ in remediũ
maloꝝ ꝛ nõ in laqueũ lupanaria erũt colloca
ta: ne vxorati ꝛ clerici ꝛ religioſi veniẽtes ad
hoſpiciũ incidãt in laqueũ. Cogitate q̃le pec
catũ eſt. qꝛ xp̃us dedit vitã ſuã ꝛ ſanguinẽ vt
ſaluaret aias. Et vos ponit ibi laqueũ vt dã-
nent. Scdo corrigat pctm̃ clericoꝝ de cõcu-
binis ꝛc̃. Niſi hº pctm̃ corrigat dicit dominꝰ.
Accedã ad vos. ꝛc̃. vſq; adulteris. Tertio di-
cit. Accedã ꝛc̃. vſq; piuris. De iſto pctõ de9
reputat ſe valde granatũ qñ notorie ſit. Se-
cus quãdo ſecrete. qꝛ tũc nõ eſt piculum cõi-
tati: ſed qñ notorie iurant renegant ꝛ xp̃m de
ſpiciunt: dicẽdo verba ꝯ xp̃um ꝛ virginẽ ma-
riaꝫ ꝛ ſctõs: credit ꝙ de9 ſurdus ſit ꝛ mut9 ꝛ
cec9. Miruꝫ ẽ ꝙ nõ mittit plagas ad deſtru-
endũ nos. qꝛ talia ſuſtinem9. Si de dño vl̃ re
ge dicerent mala. ſtatim punirent. Et de xp̃o
ſine correctione. Hen oẽs poſſunt dicẽ: imo
iter ſcutiferos aliqui ꝓuocant vt iurent ꝛ blaſ
phement deũ ꝛ beatã virginẽ mariam ꝛ oẽs
ſanctos. ꝛ tunc ridẽt. Et ex peccato iſto vene
rũt ſiccitates: ſterilitates ꝛ mortalitates. ꝛ ira
dei ſuper terrã ꝛ ſup habitatores terre. Sꝫ di
ceret aliqs: q̃re ſup me. qꝛ ego ñ iuro ꝛc̃. Re
ſpõſio licet nõ iurem9 oẽs. qꝛ tñ ſuſtinem9 oẽs
habem9 pctm̃. qñ aliqs iurat ꝛc̃. omnes debe
m9 inſurgere contra euꝫ. O ribaldus interfi-
ciatur ꝛc̃. ac ſi lup9 intraret villã ad deuoran
dum pueros: nõne oẽs clamarẽt ad lupũ: ꝛ
null9 curat de blaſphemia contra deũ: immo
ponunt in truffis: quãdo eſt aliquis magnus
iurator ſciẽter ꝓuocant euꝫ ad iram vt iuret
vt ipſi poſſunt ridere de iuramentis illi9. Iõ
de9 de rectoribus cõquerẽdo qui hoc pecca-



tum deberẽt corrigẽ dicit. Dominatores po
puli mei inique agũt cõtra me dicit dñs. ꝛ iu
giter tota die nomẽ meuꝫ blaſphemat. Pro
pter hoc ſciet populus nomẽ meũ in die illa.
qꝛ ego ipſe qui loquebar. ſupple ꝑcipiendo.
Ecce aſſum. ſic puniendo. Iſa. lij. ¶ Quarto
dicit. Accedã ad vos ꝛc̃. vſq; qui calumniãt
mercedẽ mercẽnarij ſeruitorib9 ꝛ ancillis ꝛ
ſcutiferis. qñ ↄpleto tpe ſeruitij petũt ſalariũ
dñi calũniant. ꝛ faciũt placita ꝛc̃. De iſto pec
cato multũ grauat deus oipotens: intantum
ꝙ ꝑcepit p Thobiã dicẽs. Quicunq; tibi ali
qd operat9 fuerit ſtatim mercedẽ ei9 ei reſti-
tue ꝛ merces mercẽnarij tui apud te oino nõ
remaneat. Thob. iiij. Quinto dicit. Accedaꝫ
ad vos ꝛc̃. vſq; his qui humiliãt viduas ꝛ pu
pillos. Iã qñ mulier vel vxoꝛ aliq̃ ꝑdit ſuum
bonũ viruꝫ: remanet vidua ꝛ filij qñ perdunt
pr̃em remanent orphani: tũc oẽs deberẽt iu-
uare. Sed modo fit totum oppoſitũ. Dicunt
modo nõ habent defenſorẽ: ꝛ cũ tali lr̃a quã
habeo potero habẽ campũ. vineã. domũ ꝛc̃.
ꝛ pater ſatiſfecẽ ſibi de debito: ꝛ nõ curauit de
lr̃a confidens de ſua amicitia ꝛc̃. Sed licꝫ p
diderũt viꝝ ꝛ carnalẽ patrem nõ tñ perdent
verũ patrẽ nec defenſorem. qꝛ de9 pat orpha-
noꝝ ꝛ ſicut iudex viduaꝝ defendit eos q dic.
Uidue ꝛ pupillo non nocebitis. Si leſeritis
eos: vociferabunt ad me: ꝛ ego audiã clamo
rem eoꝝ ꝛ indignabitur furoꝛ me9 ꝑcutiãq;
vos gladio: ꝛ erunt vxores veſtre vidue: ꝛ fi-
lij veſtri pupilli. Exo. xxij. Iõ caueatis ab iſto
peccato. Iõ dicit. Accedã ad vos ꝛc̃. ¶ Sex
to dꝛ. Accedã ad vos vſq; hic. qui opprimũt
pegrinum. Peregrin9 dicit viatoꝛ q portat
modicũ ꝓmiſſionis. Ita in hoc mũdo pegri-
ni dicunt pauperes: quoꝛum quilibet põt dicẽ.
Aduena ꝛ pegrinus ſuꝫ apud te. Cõtra illos
qui pauperes iſtos opprimunt: de9 erit iudex
ꝛ teſtis: maxime cõtra vſurarios q nihil ſciũt
facẽ niſi cũ vſuris. Si habẽt mutuare paupe
ribus ſtatim cũ vſura mutuãt ſi vendũt plus
q̃ eſt ꝑciũ cõdignũ recipiũt ꝓpter dilationẽ
ſolutionis. ſi emunt: min9 dant ꝓpter hoc qꝛ
dant pecuniã promptã. Dicat cõtra illos qui
faciunt vſurã de pannis vendẽdo plus. dein
de ille q emit ſtati vẽdit pannũ min9. Dicat
qd pctm̃ eſſet vendẽ qd nõ ẽ ſuũ. Ita tu ven-
dis neceſſitatẽ alteri9. Itẽ faciũt aliã crudeli
tatẽ ꝯ paupes. qꝛ emũt frumẽtũ ↄtra paupes
ꝛ abſcondũt ſperantes ipſũ vendẽ ad põdus
argenti. Uultis cognoſcẽ qd peccatũ eſt. Di
cit ſcriptura. Qui abſcondit frumẽta maledi

cetur in pp̃lis. bñdictio aũt ſup caput vẽdẽ-
tiũ. Prouer. xi. ¶ Septimo ait. Accedã ꝛc̃.
vſq; hic. nec nõ timuerũt me dicit dñs. modo
audite defectũ q mõ eſt in toto mundo. qꝛ gẽ
tes habent verecundiã ꝛ timorẽ coram gẽti
bus ꝛ nõ timent deũ. ſeruãt ꝑcepta ꝛ ordina-
tiones dñoꝝ tpaliuꝫ. timore pene. ſ. quinq; ſo
lidoruꝫ: ꝛ nõ timent frangẽ ꝑcepta ꝛ ordina-
tiones dei quas ꝑcepit ſeruare: non ſub pena
qnq; ſolidoꝝ: ſed ꝑdendi oia mẽbra: ꝛ corp9
ꝛ aiam: ꝛ dãnationẽ eternã. ꝛ tñ null9 timet.
Iõ dic xp̃s. Nolite timẽ eos q occidũt corp9
aiaꝫ aũt nõ pñt occidẽ: ſꝫ poti9 timete eũ q põt
ꝛ aiam ꝛ corp9 ꝑdere in gehennam. Mat. x.
¶ Dominica infra octauas aſcenſionis.
Sermo tertius.

## Aſumptus eſt in

celũ ꝛ ſedet a dextris dei. Mat. vl
timo. Uerbum ꝓpoſitũ ꝓ funda-
mento ſmonis declarat excellẽtiã ꝛ altitudi
nẽ xp̃i q̃liter inquantũ hõ ſuit recept9 ꝛ collo
catus in celũ dicẽs. Aſſumpt9 eſt in celũ. ꝛ ſe
det a dextris dei. Iſtud verbũ hꝫ magnã dif-
ficultatẽ in theologia q̃liter xp̃us dꝛ ſedẽ ad
dexterã dei inq̃ntũ hõ. Pro cui9 declaratiõe
ꝛ mãe predicãde itroductione ſciendũ ꝙ in
ſubſtantijs ſpũalibus non reputantur partes
dextre vel ſiniſtre ꝓprie loquẽdo. Dicit enim
ſctũs Tho. ꝛ ꝓbat ꝑma parte. q. l. ar. i. ꝙ ange
li ſunt incorporei. qꝛ nõ ſunt diuiſibiles p par
tes. indiuiſibiles enĩ ſunt. Ideo in eis nõ iue-
nitur dña partis dextre vel ſiniſtre. Sed ge-
qd eſt in eis totuꝫ põt dici dextra. qꝛ pars ſini-
ſtra dicit minoris fortitudis ꝛ virtutẽ: ſꝫ in an
gelis totũ ẽ forte ꝛ nihil debile. Sed dña p-
tis dextre ꝛ ſiniſtre ꝓprie ſolũ inuenit in crea
turis corporalib9 ꝛ ſenſitiuis. vt i hoib9 ꝛ aia-
libus. qꝛ arbores ꝛ lapides nõ dicunt habere
partes dexterã ꝛ ſiniſtraꝫ. qꝛ equaliter habẽt
fortitudinẽ in q̃libꝫ pte. hoies vo ꝛ iumenta
habẽt maiorẽ fortitudineꝫ ꝛ ꝟtutẽ in dextra
q̃ in ſiniſtra. Ideo dicit Salomon. Leua ei9
ſub capite meo: ꝛ dextra illius amplexabitur
me tanq̃ res fortis ꝛ firma. Cañ. ij. Ergo di-
cit thema. Aſſumpt9 eſt in celũ ꝛ ſedet a dex-
tris dei. Et etiam eſt articul9 fidei: qui dicit.
Aſcendit ad celos: ſedet ad dextraꝫ dei pr̃is.
Si dicas cũ pater in ſua eſſentia ꝛ diuinitate
ſit ſubſtantia ſpũalis ꝛ indiuiſibilis: quo repe
ritur in eo pars dextra: cũ in eo nõ ſit ſiniſtra,
qꝛ in eo nihil debile: ſed tot9 fortis ꝛ oipotẽs.
Rñdeo ꝙ in deo dextra ſumit ſimilitudine

rie ⁊ figuratiue. Verbigra. Sicut qn̄ ad aliquē magnū dn̄m veniūt magne ꝑſone ⁊ notabiles. Iſte dn̄s cā honoris ad dextrā ſuā facit ſtare honorabiliorē ꝑſonā. Ita legit̄ de maieſtate Salomonis. iij. Regū. ij. Poſit⁹ ē thronus matri regis q ſedit a dextris ei⁹. Et poſt regē erat ꝑſona excellentior: ita ꝙ ſedere ad dextrā ſignificat habere excellētiā: honorem ſeu dignitatē ſup oēs alios. Et qꝛ xp̄s eſt in excellētiori glīa: honore: ⁊ dignitate in paradiſo ſup oēs creaturas. Iō dicit̄ ſedere a dextris dei. Cū ergo dicit thema. Aſſūptus ē in celū. ⁊ ſedet a dextris dei. ſenſus ē. in maiori excellētia honore ⁊ dignitate exiſtit: ⁊ eſt maior oībus creaturis. Sup hoc qḋ dicit̄ in themate. ſedet a dextris dei fundabo mām meā. qꝛ articulus fidei dicit in ſingulari. ſedet ad dextrā dei. ꝓ oppoſitū thema dicit in plurali. ſedet a dextris dei. Rn̄deo ꝙ ad dextrā dei ſedere in ſingulari notat ſummā excellentiā de qua loqt̄ articulus fidei. ſed qꝛ iſta ſumma excellentia triplicatur in chriſto. ſcilicet.

Maieſtas imperialis.
Dignitas pontificalis.
Auctoritas iudicialis.

Ex his trib⁹ excellentijs dicit thema. Aſſumptus ē i celū. ⁊ ſedet a dextris dei. ¶ Prīo ergo excellentia ex q̄ xp̄s dr̄ ſedē a dextris dei ē maieſtas iꝑialis. Imꝑator ē. n. maior dn̄s tp̄alis hui⁹ mūdi. qꝛ eſt ſup oēs reges ⁊ principes ⁊ dn̄os. Iſtā habuit xp̄s in ſua aſcenſiōe. qꝛ oēs creature tā ſpūales q̄ corꝑales ſt̄ ſub eo. De hoc apl's dicit. Cōſtituēs ad dextrā ſuā in celeſtib⁹ ſupra oēꝫ principatū ⁊ ꝑtātē ⁊ virtutē ⁊ dn̄ationē. ⁊ oē nomē qḋ notat̄ nō ſolū i h° ſeculo: ſꝫ ēt in futuro. ſꝫ oīa ſubiecit ſub pedibus eius. ad Ephe. i. De iſta xp̄i iꝑiali maieſtate dixit Dauid i pſ. cij. Bn̄dic p°. Dn̄s in celo parauit ſedē ſuā: ⁊ regnū ipſi⁹ oib⁹ dn̄abit̄. Nō parauit. ſ. in terra humanitate ſua. ⁊ q̄liter parauit. dico ꝙ ꝑ virtutē humilitatis. Voluit. n. humiliari īfra oēs creaturas. ideo meruit exaltari ſup oēs creaturas ſm legē ⁊ regulā dicēs. Oīs q ſe hūiliat exaltabit̄. Lu. xviij. Creature ſūt in triplici gradu. vel qꝛ ſūt in celo vt angeli vel i terra vt hoies. vel i corde terre vt demōes. Sub oibus iſtis xp̄s voluit ſe humiliare. In celo. n. ſūt nouē ordines angeloꝝ. Primus ordo ē altior. ſ. ſeraphin. vbi ſūt plures angeli q̄ hoies in mūdo. Secūdus cherubin. Tertius thronoꝝ. Quartus dominationū. Quintus virtutū. Sextus poteſtatū. Septimus principatuū. Octauus archangeloꝝ. Nonus angeloꝝ. Xp̄s aūt in die incarnatiōis ſue hūiliauit ſe ſub oib⁹ angelis deſcēdēs de cathedra eternitatis ſue: ⁊ nō aſſumpſit nām angeloꝝ: ſed venit in hūc mūdū vt radi⁹ ſolis q̄ nō recedit a ſole. ⁊ aſſumpſit naturā hūanā vt radius ſolis: colorē vitri ⁊c̄. Ideo ait dauid. Minuiſti eū paulominus ab angelis. qꝛ fuit paſſibilis ſm humanitatē. ⁊ angeli ſūt impaſſibiles. Scḋo voluit humiliari ſub hoibus. ſ. in ſua vita ⁊ ꝯuerſatiōe. qꝛ vixit ita paup ꝙ nūq̄ aliqs hō fuit ita paup. Primo in natiuitate. qꝛ nō in domo ſꝫ in porticu. in via publica naſci voluit: nō in lecto: ſꝫ in p̄ſepio reclinatus. Itē nūq̄ voluit hēre domū. nō camerā. nō cellā ꝓpriā ſed inuitabat̄ ad dormiendū ⁊c̄. Itēꝫ in fine vite ſue voluit humiliari. qꝛ ſagionib⁹ ⁊ ribaldis ⁊ latronibus fit ꝓceſſus anteq̄ ſententient̄. ſꝫ nō ſic eſt factū de xp̄o. qꝛ iudicatus fuit ſine ꝓceſſu. Iō Dauid in ꝑſona ſua dixit. Ego autē ſum vermis ⁊ nō hō: opprobriū hoium ⁊ abiectio plebis. pſ. xxi. Licꝫ eēt homo tn̄ nō tractabat̄ vt hō: ſꝫ vt vermis deſpect⁹ calcabat̄: ita xp̄s in ſua paſſiōe. Tertio voluit hūiliari ſub demonib⁹. qꝛ ꝑmiſit ſe tēptari a dyabolo q tēptauit eum de peccato gule. Scḋo de peccato vane glīe. Tertio de pctō auaricie. Mat. iiij. Sed dyabol⁹ fuit vict⁹. Fiat ergo rō. Si ſꝫ legē diuinā. Oīs q ſe hūiliat exaltabit̄. ⁊ q̄nto plus ſe humiliat tāto magis exaltat̄. ⁊ qꝛ xp̄s fuit tm̄ humiliatus. vt dictū eſt. Ideo parauit in celo ſedē ſuā. ſ. ꝑ humilitatē. Auctas. Humiliauit ſemetipſuꝫ fact⁹ obediēs ⁊c̄. vſq̄ dei patris. Ad Phil. ij. Moraliter hic nō ꝑ talē cōſequētiā. Si dn̄s ieſus xp̄s vt cōſequeret̄ tātā glīam voluit in hoc mūdo tm̄ humiliari: q̄to magis nos q reſpectu ſue maieſtatis non ſumus niſi vermes putridi. Si cupimus hēe cathedrā in paradiſo debemus nos humiliare ⁊ obedire. xp̄iani p̄latis: filij parētib⁹: diſcipuli magiſtris: iuuenes ſenib⁹: vxores viris ſuis nō ꝯ deū: ſocius ſocio. ⁊ ſic de alijs. Nō exemplū de euangelio. Xp̄s ſemel venit in quādā domo feſſus ex itinere: ⁊ ſedebat. apli aūt fecerūt ſibi queſtionē dicētes. Quis putas maior eſt in regno celoꝝ. Mat. xviij. Quia nos nō ſcimus eā determinare. Et xp̄s. Bene placet mihi ꝙ de iſtis diſputat̄: ⁊ volēs eis clare determinare queſtionē: vocauit vnū puerum qui erat ibi. Dicit̄ ꝙ fuit ſanctus marcialis: ⁊ ſtatuit eū in medio eoꝝ ⁊ dixit. Quicūq̄ humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: h maior eſt i regno celoꝝ. Mat. xviij. Maioritatē glorie



deus ſtatuit in illo qḋ quilibꝫ pōt hēre. Si aūt cōſtituiſſet in dn̄io dicēdo. Quicūq̄ erit maior dn̄s in hoc mūdo erit maior in ꝑadiſo qd feciſſent paupes. Idē ḋ maioritate in ſcīa qd feciſſent ſimplices ⁊ ignorātes. Idē de maioritate in fortitudine. qd dixiſſent debiles. Sꝫ iſtis dimiſſis maioritatē glīe ꝯſtituit in h° qḋ qlibet pōt hēre. ſ. in hūilitate q̄ maxie in corde ꝯſiſtit. hūiliem⁹ nos ⁊ dimittam⁹ īflatiōes cordis ⁊ diuitias: remittendo iniurias inimicis. Apl's petr⁹. Oēs inuicē hūilitatē īſinuate. qꝛ de⁹ ſupbis reſiſtit. humilib⁹ autē dat grām. i. Pet. v. Iacobi. iiij. ¶ Scḋa xp̄i excellētia q̄ dr̄ ſedē ē dignitas pōtifical̄. Iā ſcit̄ ꝙ īter oēs p̄latos eccl'ie papa ē maior. Iſtā dignitatē hꝫ xp̄s. De hoc Dd̄ pſ. cix. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Subdit̄ ꝓ q̄ eſt. Tu es ſacerdos in ētnū ſꝫ ordinē melchiſedech. Nullus papa hꝫ dignitatē papalē niſi ad vitam. xp̄s aūt i eternū. Nō ſꝫ ordinē melchiſedech nō ſꝫ ordinē aarō: ſꝫ ſꝫ ordinē melchiſedech q in lege nature erat ſil' rex ⁊ ſacerdos valde deuot⁹. q obtulit panē ⁊ vinū in ſacrificio. vt legit̄ Gen̄. xiiij. Nō hyſtoriā de abrahā q cuꝫ ccc. ⁊ xviij. ſcutiferis vicit q̄ttuor reges ꝑꝑ qḋ melchiſedech obtulit panē ⁊ vinū ex q̄ itellexit abrahā ꝙ xp̄s meſſyas debuit īſtituē ſacrificiū i mā panis ⁊ vini. ⁊ flexit genua. ⁊ Melchiſedech bn̄dixit ei ⁊ ait. Bn̄dict⁹ abrahā deo altiſſimo q creauit celū ⁊ terrā. Nō ꝙ ſacrificiū melchiſedech figurabat ſacrificiū qḋ xp̄s īſtituit ⁊ ꝙ melchiſedech nō obtulit ſacrificiū q̄uſq̄ abrahā habuit victoriā de iſtis q̄ttuor regib⁹. inuit̄ h moral'r ꝙ ſꝫ oēs tenemur cōicare in paſca. Tn̄ opꝫ nos p° hēre victoriā de q̄ttuor regib⁹. ſ. de q̄ttuor paſſiōib⁹ ex qb⁹ veniūt oīa pctā q̄ facim⁹. Prim⁹ rex ē amor iordinat⁹: q bellat ⁊ m̄ltos vincit ⁊ captiuat. ſed vincit̄ a nob̄ qn̄ ꝓ nulla re mūdi hō facit ꝯ deū. Verbigra. Parētes diligūt filios. auiſetis vos ꝙ ex iſto amore iordinato nō faciat̄ aliqd ꝯ deū eūdo ad demōes vt ſanent̄. vel faciēdo vſuras vt dicet̄ ⁊c̄. Itē filij diligūt parētes. vir vxorē ⁊ ecōuerſo attēdat̄ ne ꝑꝑ h° faciatis ꝯ deū. Et ſi diligitis diuitias: honores dignitates. attēdatis ne ꝑꝑ h° faciatis ꝯ deū. Scḋs rex ē timor iordinat⁹ de amicis. Verbigra. Si aliqs amic⁹ vel ꝯſanguine⁹ vr̄ ꝓ aliq̄ crimīe ſit capt⁹: ⁊ vos eſtis vocat⁹ ꝑ iudicem ſub iuramēto vt teſtis. ⁊ vos ſcit̄ v̄itatē: ⁊ vos timore punitiōis ei⁹ iuratis falſe. vict⁹ eſtis ⁊ captiu⁹ dyaboli. Si dixeritis v̄itatē eſtis victores. qꝛ nemo timore [illegible] iurare falſe. Plus debetis timē deū q̄ aliq̄d aliḋ. Idē ḋ illis q timore gētiū obloquētiū nolūt parcē inimicis: cuꝫ dn̄s ꝑcipiat oppoſitū. Terti⁹ rex ē placētia corꝑal̄. ſ. comedēdi: bibēdi: ⁊ dormiendi. caueatis ne ex his faciatis ꝯ deū: ſꝫ ſitis victores. Quart⁹ rex ē triſticia. Aliq triſtant̄ de amiſſiōe amicorū vel pueroꝝ inocētiū: ḋ qb⁹ ē gaudēdū qn̄ moriunt̄. qꝛ tales via recta vadūt ad ꝑadiſuꝫ. Aliq triſtant̄ de amiſſiōe bonoꝝ ⁊c̄. tal' triſticia m̄ltos ⁊ m̄ltas captiuat in carcerē iſerni. Iſte rex vicit̄ ꝑ bonā patiētiā. Poſt victoriā habitā de iſtis q̄ttuor regib⁹ poteſtis cōicare ⁊ melchiſedech. i. ſacerdos dei altiſſimi offeret vob̄ panē ⁊ vinū. i. corp⁹ xp̄i: q ē panis angeloꝝ. Iō apl's dicit. Probet aūt ſeipſuꝫ hō. ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ ḋ calice bibat. p° Corinth. xi. ¶ Tertia xp̄i excellētia q̄ ſedet a dextris dei ē auctas iudicialis. Iā ſcitis ꝙ ut in iudicio ſedet iudex eminēter īter ꝑtes. ita xp̄s i die iudicij ſedebit in throno ad iudicādū. De h° Io. Apoc. xx. Vidit thronū magnum cādidū ⁊ ſedētē ſup eū: a cui⁹ ꝯſpectu fugit terra ⁊ celū: ⁊ loc⁹ nō eſt inuētus ab eis. Et vidi mortuos magnos ⁊ puſillos ſtātes in ꝯſpectu throni. Et libri apti ſunt: ⁊ ali⁹ liber aptus eſt q eſt liber vite. ⁊ iudicati ſunt mortui ex his q̄ ſcripta erāt in libris ſm opa ipſoꝝ. Nota q̄ttuor q̄ dicit. P° ibi. Vidi thronū. vſq̄ ſup eū. Qꝛ ieſus xp̄s in die iudicij ſedēs in cathedra iudicabit oēs vnicuiq̄ ſm opa ſua. pctōrib⁹ īpenitentib⁹ dabit dānationē. bonis aūt dabit ſaluationē eternā. Auctas. Fili⁹ hoīs ventur⁹ eſt in glīa p̄ris ſui cū angelis ſuis. ⁊ reddet vnicuiq̄ ſm opa ei⁹. Mat. xvi. Scḋo ibi. cū dic̄ A cuius ꝯſpectu fugit terra: vſq̄ ab eis. Ecce mūdi ꝯflagratio. qꝛ cōis eſt ſnīa oiuꝫ doctoꝝ ꝙ an̄ diē iudicij erit cōflagratio: ⁊ tūc terra ⁊ celū fugiēt. q̄tuꝫ ad q̄litates q̄s mō hn̄t. Vn̄ ait dn̄s. Celū ⁊ terra trāſibūt. Lu. xxi. Tertio vidi mortuos vſq̄ throni. Ecce mortuoꝝ reſurrectio. Poſt ꝯflagrationē ille q de nihilo cūcta creauit mortuos ſuſcitabit: ⁊ veniēt audire ſnīam ſaluatiōis vel dānatiōis. Cogitate in iſta die quātus timor ⁊ met⁹ erit in oib⁹. Ideo orādo dicebat Beat⁹ Greg. Preſta q̄s oīpotēs deus: vt vnigenitū tuū quē redēptorē nr̄m leti ſuſcepimus. veniētē quoq̄ iudicē ſecuri videam⁹. Quarto vt libri apti ſūt. Ecce meritoꝝ retributio. Dicūt doctores glorioſi ⁊ poſtille ꝙ iſti libri ſunt ꝯſcientie: q mō ſunt libri clauſi. qꝛ nullus pōt ibi legere niſi tu met ⁊ deus. ibi. n. ſcribunt̄ oīa bona ⁊ mala q̄ facim⁹: ⁊ in iudicio aperientur ꝙ ꝑtunc diēs

quiſlibet poterit ſibi legē. Boni laudabuntur
dicēt. O q̄ bon⁹ ille fuit: ſȝ ſuperi⁹ iret optie
indut⁹: tñ ad itra portabat ciliciū. ⁊ ſic d̄ alijs
Mali aūt vituꝑabunt dicēdo p⁹ d̄ religioſis.
O de falſarijs videbat deuot⁹: ⁊ ecce totum
erat ypocriſia. ⁊ ſic de alijs. O quāta mala ab
ſcōdita reperient. Jō apls. Nolite añ tp̄s iu-
dicare q̄uſqȝ veniat dñs q illuminabit abſcō
dita tenebraꝝ ⁊ manifeſtabit ꝯſilia cordiū. ⁊
tūc laus erit vnicuiqȝ. ſ. bono: ⁊ vituperiū vni
cuiqȝ malo. i. Coꝝ. iiij. Ecce q̄lr xp̄s hȝ aucta
tem iudicialē. De hoc Dd. Parauit in iudi-
cio thronū ſuū ⁊ ipſe iudicabit orbē terre i eq
tate: iudicabit pplos in iuſticia. ps. ix. Nō pa
ruit. ſ. qñ fuit iudicat⁹. Job. xxxvi. Cā tua q̄-
ſi impij iudicata eſt cauſaȝ iudiciūqȝ recipies
Patet ergo quare dicitur. Aſſumptus eſt in
celum ⁊ ſedet a dextris dei ⁊c̄.

¶ Dñica infra octa. aſcēſionis. Sermo. iiij.

Ui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹ erit. Marci. vlti.
Quia multi ſumūt occaſionē male
viuēdi ex v̄bo ꝓpoſito ipſiꝫ male itelligēdo.
Jō ad corrigēdū vitā ⁊ pctā mala volo ipſuȝ
nūc declarare. Sed p⁹ ſalutet v̄go maria. H⁹
v̄bū eſt de vltimis q̄ xp̄s dixit in h⁹ mūdo in
die aſcēſiōis. Qñ debuit in die aſcēſiōis de h̄
mūdo recedē dixit. Qui crediderit ⁊ baptiza
tus ⁊c̄. Dicūt g⁹ illi q nō itelligūt hoc v̄bum.
Certū eſt q̄ xp̄s ponit ſaluationē in duob⁹. ſ.
i credētia ⁊ i baptiſmo. Cū dixerit. Qui credi
derit ⁊c̄. Quare g⁹ vos frēs ⁊ ſacerdotes tm̄
reſtringitis dicētes q̄ oȝ facē pniam. ꝯteri. ꝯfite
ri. reſtituē. remittē. audire miſſas. ſermōes. ora
re ⁊ hmōi. Quare vos tot ipōnitis: cū xp̄s fece
rit viā paradiſi leuē: cū det itelligē qd̄ ſufficit
ad ſalutē q̄ hō habeat fidē in corde ⁊ ſit ba-
ptizatus. Et ſic dāt ſe pctīs ⁊ male vite dicen-
do: erḡ ego habeo fidē ⁊ ſum baptizat⁹ ſuffi-
cit: ſalu⁹ ero. q̄ꝛ xp̄s bñ ſciebat qd̄ eſt neceſſari
um ad ſaluationē. Ecce quō male itelligūt v̄-
buȝ. Qui crediderit ⁊c̄. Jō ꝓ declaratiōe ſciē
duȝ q̄ iſta duo v̄ba crediderit ⁊ baptizat⁹ fue
rit ſunt futuri tp̄is ꝯiunctiui modi. ⁊ hñt duo
tpa. ſ. p̄teriti tp̄is ⁊ futuri. Si aūt cū dr̄. q cre-
diderit ⁊ baptizat⁹ fuerit itelligat de tp̄e p̄te-
rito ſolū: h⁹ eſt falſuȝ. ⁊ etiā error. q̄ꝛ tūc opor
teret ꝯcedē q̄ iudas eſſet ſalu⁹. q̄ꝛ credidit ⁊
ꝑ xp̄m baptizat⁹ fuit cū alijs aplīs. Tūc poſi-
to q̄ aliqs xp̄ianus habuerit fidē catholicaȝ
in cordē ⁊ baptizat⁹ fuerit: ſed poſt iter agere
[illegible]

imo: ⁊ cui dubiū. Nō g⁹ itelligit de p̄terito: ſȝ
de futuro tp̄e. q crediderit. h⁹ eſt in hora mor
tis: fidē catholicā: ⁊ i corde habuerit. ⁊ bapti
zatus. i. in hora mortis mūdiciā baptiſmaleȝ
habuerit ſalu⁹ erit. Quid. n. eſt eē baptizatuȝ
niſi a pctīs eē mūdatū. Qui ergo i hora mor
tis fuerit i credētia diuinali ⁊ mūdicia baptiſ
mali. ſalu⁹ erit. Nō. n. ſufficit crediſiſſe ⁊ ba-
ptizatū fuiſſe. Oēs nos xp̄iani iā ſum⁹ ꝑ ba-
ptiſmū mūdati: ſed nō ſum⁹ oēs mūdi. Nota
ad h⁹ ſilitudinē de rege q in ſua ciuitate p̄co-
nizauit di. Quicūqȝ mihi fidelis fuerit mecuȝ
prādebit. Et fuit qdā ruſtic⁹ regi fidelis. q au
dita p̄conizatiōe bono mane man⁹ lauit. De
inde iuit ad granū ſeu hortū. ⁊ vſqȝ ad horaȝ
prandij reuoluit hinc ⁊ inde ſterc⁹. Hora autē
prādij qñ audiuit trōbetas: ipſe cito venit ad
prādiū. ſed qñ rex vidit man⁹ ſuas imūdas fe
cit eū punire: ſiue fecit eū ſuſpēdi. Ita in ꝓpo
ſito rex nr̄ dñs nr̄ ieſus xp̄s inuitauit nos oēs
ad nuptias paradiſi: di. Qui crediderit ⁊c̄. ⁊
mane lauam⁹ nos. ſ. cū ſum⁹ pueri in baptiſ-
mo. ſed poſt reuoluēdo ſterc⁹ pctōꝝ ſordida
mur in manib⁹. tāgēdo ⁊c̄. in oculis reſpiciē-
do. in ore loquēdo ⁊ in gula. finaliter in toto
corpe. Jō opȝ iteꝝ ablūere nō ꝑ baptiſmū. q̄ꝛ
niſi ſel hȝ efficaciā. Jō opȝ vt ꝑ pniam mūde-
mur. Jō xp̄s. Pniaȝ agite appropinq̄bit ⁊c̄.
Matth. iiij. Ecce quō ſunt decepti q dicūt h̄.
Qui crediderit ⁊c̄. Jō dic̄ ſcriptura. Qui ba-
ptizat a mortuis. i. a pctō mortali: ⁊ iterū tan
git mortuū. qd ꝓdeſt lauatio ei⁹. Eccl. xxxiiij.
Nō. Quid ꝓdeſt lauatio ei⁹. q. d. nihil. Intel
lect⁹ ver⁹ ē iſte. Qui crediderit. ſ. i fine i hora
mortis. ⁊ baptizat⁹ fuerit. idē de futuro. ſ. i fine
ſaluus erit. Pȝ thema. Et ſic ſum in mā p̄di-
canda. Nō ſuper iſto v̄bo ad Heb. vi. Ba-
ptiſmatū doctrine. ſupple ſunt. tangunt gloſe
quinqȝ baptiſmata ad ſaluationē hominum.

¶ Primus eſt de aqua baptiſmali.
¶ Secundus de gratia ſpirituali.
¶ Tertius de ſanguine martyriali.
¶ Quartus de miſericordia penitentiali.
¶ Quintus de igne purgatoriali.

Et de q̄libȝ iſtoꝝ pōt dici thema. Qui credi-
derit ⁊ baptizat⁹ fuerit. ſ. aliq̄rū iſtoꝝ modoꝝ
ſalu⁹ erit. ¶ Dico q̄ p̄m⁹ baptiſm⁹ ē aq̄ ſacra
lis. Iſte aūt ē prim⁹ ⁊ p̄ncipalior ⁊ cōior alijs
⁊ p̄m eccie ſacrm. Iſti mūdant nō ſolū pueri
a pctō originali: ſȝ etiā iudei adulti ⁊ alij inſi
deles ab oīb⁹ pctīs ⁊ culpa ⁊ pena. etiā ſi ha-
berēt oīa pctā mundi. De h⁹ vide ſctm̄ Tho.
[illegible] vbi dicit q̄ paruuli mūdant ab ori-

ginali. ⁊ dant eis v̄tutes iſuſe. Adultis v̄o ſit
remiſſio culpe ⁊ pene: niſi ficte accedant. De
iſto baptiſmo dicit articul⁹ fidei. Cōfiteō vnū
baptiſma in remiſſionē pctōꝝ. Si aūt dicatur
Uos frat̄ dicitis q̄ ſunt q̄nqȝ baptiſmata arti-
culus fidei nō pōit niſi vnū di. Cōfiteor vnuȝ
baptiſma ⁊c̄. Rñdeo q̄ articulus fidei ſoluȝ
loquit de baptiſmo aq̄ q̄ dr̄ eē vn⁹ triplici rōe
ſ. ꝑꝑ vnitatē materie ꝑꝑ vnitateȝ forme: ⁊ ꝑꝑ
vnitatē vſus. De p⁹ vnitas materie hui⁹ ē aq̄
nālis. q̄ꝛ cū aq̄ artificiali vt roſacia nō pōt da
ri baptiſm⁹ oȝ q̄ det cū aq̄ nāli: ſiue ſit de fon
te: flumine: puteo: vel mari. Hoc oñdit xp̄s in
ſuo baptiſmo q nō cū aq̄ artificiali: ſȝ nāli ba-
ptiſmo batizari voluit. Auctas. Saluator nr̄
age iordāis baptizari voluit. vt tactu ſue mū
diſſime carnis viȝ regñatiuā ꝯferret oīb⁹ ags.
ſupple nālib⁹: ⁊ q̄ non eſt niſi vna ſpē. Scd̄o dr̄
vnū ꝑꝑ vnitatē forme: q̄ eſt iſta. Ego te bapti
zo in noie p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſcti: ibi nō mutādo
nec addendo vel minuēdo. Audiant hic cleri
ci ⁊ etiā vetule q̄ aliqñ baptizant ꝑꝑ periculū
⁊ aliq̄ neſcientes formā dicūt. Ego te baptizo
in noie ſancte trinitatis ⁊c̄. Nō de vetula q̄ di-
xit ſe baptizaſſe illū mgr̄m in theologia. Hāc
formā oñdit xp̄s qñ debuit celū aſcēdē di. Eū
tes docete oēs gētes: baptizantes eos in no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Mat. xxviij.
Tertio dicit vnū ꝑꝑ vſum ſiue p̄cticaȝ quam
ſeruam⁹. q̄ꝛ nō datur niſi ſemel eo q̄ repñtat
paſſionē xp̄i ⁊ mortē q ſolū ſemel fuit mortu⁹
Hāc rōneȝ tangit aplus dicens. Xp̄us reſur-
gens ex mortuis iā nō morit: mors illi vltra ñ
dñabitur. Qd̄. n. mortuus eſt peccato: mortu
us eſt ſemel. q̄ autē viuit: viuit deo. ad Ro.
vi. Ecce q̄re dicit articulus fidei. Cōfiteor vnū
baptiſma in remiſſionē peccatoꝝ. Jō Actuū
ꝑlegit q̄ cū petr⁹ p̄dicaſſȝ: iudei cōpūcti dixe-
runt aplīs. Quid faciem⁹ viri fratres. Rñdit
petrus dicēs. Pniam agite ⁊ baptizet vnuſ-
quiſqȝ vr̄m in noie ieſu xp̄i. in remiſſiōeȝ pctō
rū. i. i fide ieſu xp̄i. De iſto baptiſmo dicit the
ma. Qui crediderit. ſ. in hora mortis: ⁊ baptiza
tus fuerit: ſalu⁹ erit. ¶ Scd̄s baptiſm⁹ eſt de
gr̄a ſpūali. Qñ ifidel cupit baptizari ⁊ nō hȝ
oportunitatē: nec ipſemet pōt ſe baptizare oȝ
tm̄ ab alio baptizari ſiue recipere baptiſmuȝ.
Q̄ꝛ ſicut nullus poſſet ſeipſuȝ gñare: nec etiaȝ
baptizare cū ſit alia generatio. ⁊ morit cū tali
deſiderio. dico q̄ baptizat⁹ ē nō baptiſmo flu
minis. ſȝ flaminis. i. ſpūſſancti baptiſmo ſpūali
in fonte ſpūſſancti. De iſto auctas. Jo. bapti
zauit aqua. Ecce primū. vos aūt baptizamini

ſpūſctō. ecce ſcdm̄. Act. i. Nota q̄ iſte baptiſ
mus ſcd̄us nō ē tante efficacie ſicut p̄m⁹: ſȝ ſal
uat hoieȝ ſm̄ quantitatem fidei ⁊ deuotiōis.
Primus. n. dat characterē idelibilē: q ē qdā
ornat⁹: q̄ſi ſtellā hñs in fronte: ex h⁹ ſingularē
gloriā habēt in paradiſo vbi cognoſcit ſtati dū
aīa intrat celum ſi iſte fuit baptizat⁹ ⁊ non ex
iſto charactere. Itē q̄ꝛ p̄m⁹ baptiſm⁹ remittit
oīa pctā nō ſolū a culpa: ſȝ etiam a pena. Iſte
aūt ſecūdus dat remiſſioneȝ pctōꝝ a culpa: ſȝ
nō a pena: niſi ſm̄ q̄titatē fidei ⁊ deuotionis.
Nota miraculū qd̄ legit in vita bti Martini
de cathecumino mortuo per eū ſuſcitato: q di
xit ſe fuiſſe ductuȝ ꝑ vias tenebroſas ad pur-
gatoriū. Sȝ orōnib⁹ bti Martini fuit ſuſcita-
tus: q ꝓ eo flens orabat dubitādo ne eſſet dā
natus. Iſte ſecūdus baptiſm⁹ gr̄e ſpūalis dat
nobis etiā xp̄ianis magnā cōſolationē. Uñ ſi
aliqs nr̄m dubitaret dicēs. O miſer: qd ſcio
ego ſi ſum bñ baptizat⁹: q̄ꝛ forte fuit baptiza-
tus ab ignorāte ſiue a vetula ⁊c̄. Ideo qd erit
de aīa mea. Ideo ecce cōſolatio. Poſito caſu
q̄ baptizatus errauit in forma vel in intētio-
ne: ſȝ tu neſcis: q̄ꝛ ſi ſcires de cetero faceres te
baptizari: hoc ſufficit: ⁊ iam es baptizatus ba
ptiſmo flāminis. Hec declaratio abſtrahit ab
illa auctoritate apli. ſcd̄a ad Coꝛ. viij. Si eni
voluntas prompta eſt ſm̄ id qd̄ habet acce-
pta eſt non: ſm̄ id qd̄ nō hȝ. Nota. Uoluntas
ꝓmpta eſt. ſ. deſiderādo illud qd̄ nō hȝ: acce-
pta eſt: ſuppl: apud deū: ſm̄ illud qd̄ hȝ. ſ. de-
ſideriū vl̄ ꝓmptitudinē. Jō nullus dȝ iteꝝ ba
ptizari niſi eſſet cert⁹ q̄ non eſſet baptizatus.
Sȝ de pueris ꝑuis q nō habēt liberum arbi-
triū nec volūtatē: ē ꝑiculū. Uñ ſi puer q porta
tur ad baptiſmuȝ moreret in via nō ſaluatur.
Rō. q̄ꝛ nō habet volūtatē. Si dicat. Nunqd
ſaluat in fide parētū. Dico q̄ nō niſi recipiat
baptiſmū: q̄ꝛ nō habet ꝓmptitudinē volūta-
tis. Ideo mltū debēt cauere mulieres ne pue
ri moriant ſine baptiſmo. Sȝ ſi adult⁹ iudeus
vel agarenus vadēs ad baptiſmū recta inten
tione ⁊ nō ficta: morit in via: talis ſaluat pro-
pter ꝓmptitudinē volūtatis. Ideo xp̄s. Ego
ſitiēti. i. ardēter deſiderāti: dabo de fōte aque
viue gratis. Apoc. xxi. De iſto dicit thēa. Qui
crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit. nō ſoluȝ baptiſ-
mo fluminis ſȝ flāminis: ſaluus erit. ¶ Terti⁹
eſt de ſanguine martyriali. Qñ eni nō bapti-
zatus baptiſmo aq̄ interficit propter xp̄m ſal
uat: vt pȝ de rethoribus adductis ad diſputā
dum cum beā katherina. Dic hyſtoriā: ⁊ quō
ſine dolore mortui ſunt. De h⁹ baptiſmo dicit

xpo martyribꝰ. Calicē qdē queꝫ ego bibo bi-
betis: ⁊ baptiſmo q̄ ego baptizoꝛ baptizabi-
mini. Mar. x. Nota. calicē. i. paſſionē: qꝛ ſicut
calix ꝯtinet certā mēſurā: ſic in paſſiōe marty
rū nihil fiebat ſine mēſura: ſꝫ ſm mēſurā certā
a deo oꝛdinatā. Iſte baptiſmꝰ eſt minoꝛ i aliq̄.
Minoꝛ ē in hoc: qꝛ nō dat characterē vt pmꝰ.
Vñ illi. i. rebetoꝛeſ nō hñt characterē: ſꝫ ē ma
ioꝛ in hoc: qꝛ nō ſolū purificat vt baptiſmꝰ aq̄ a
culpis ⁊ penis: ſꝫ etiā ſcificat creaturā: ita vt ꝯ
es fiat ſcītū. Iō Io. Bti q lauāt ſtolas ſuas i
ſanguine agni: vt ſit ptās coꝝ in ligno vite: ⁊
ꝑ poꝛtas itrēt ciuitatē. Apo. xxij. Nō. Bti q
lauāt ſtolas ſuas. i. coꝛpa ſua. Rō. qꝛ ſic veſtis
coopit cōpꝰ: ita coꝛpꝰ coopit aiaꝫ: in ſanguie
agni. Quare nō dicit in ſanguie ꝓpꝛio. Rñ-
ſio. qꝛ modicū valet effundē ſanguinē ꝓpꝛiū
qꝛ cū ſit īfectꝰ pctis: nō poſſet lauare aiaꝫ: opꝫ
ergo lauare in ſanguie agni. Iō de martyribꝰ
dr̄. Hi ſūt q venerūt ex magna tribulatione: ⁊
lauerūt ſtolas ſuas: ⁊ dealbauerūt eas in ſan-
guine agni. Apoc. vij. Sed qd ſi aliqs ꝓ xpo
moꝛif: ⁊ nō occidit ⁊ nō effundit ſanguinē: qꝛ
ſuſpēdif vel ſubmergif vel ſuffocaf vel fame
moꝛif: nunqd ē martyr. Dico q ſic: qꝛ in ſan-
guine. i. ꝓ fide xpi moꝛif. Itē: vt ſit ptās coꝝ
in ligno vite: ſupple: ad accipiēdū fructꝰ ē.
Lignū vite eſt xps: qꝛ facit fructꝰ totiꝰ ſciētie
gaudij ⁊ leticie charitatis ⁊ ſctitatis ⁊ eterne
vite. Et ꝑ poꝛtas. i. ꝟtutes itrēt in ciuitatē. ſ. ce
leſtē. Nō dr̄ ꝑ poꝛtā in ſingulari: ſꝫ ꝑ poꝛtas i
plr̄. ad oñdēdū q nō ſolū fiūt martyres illi q
occidunf ꝓ fide xpi: ſꝫ etiā q q̄cūqꝫ ꝟtute vel
iuſticia manu tenēda. Vñ Io. baptiſta mar-
tyr eſt: qꝛ eccia dicit. Pꝛepotēs martyr hēmi
q cſtoꝛ tñ nō ꝓ fide: qꝛ nulla qō ſibi fiebat de
fide: ſꝫ ꝓ ꝟtute caſtitatis: qꝛ repꝛhēdit Herodē
de luxuria: moꝛtuꝰ eſt ⁊ decapitatus Mar. vi.
O quot martyres eſſent in hoc mūdo ſi vellēt.
Verbigra. Oñ aliqs videret aliquē deū blaſ
phemātē: etiā dñm vel regē: ⁊ aliqs repꝛhēde
ret eū: ſi occideref: martyr efficeref cū ioāne:
qꝛ maioꝛē rōnē hꝫ martyrij q̄ io. qꝛ plus pec-
cat blaſphematoꝛ q̄ȝ foꝛnicatoꝛ. Itē: ſi qs oc-
cidif: qꝛ defendit cōitatē iuſte martyr eſt. Itē
ſi dña occidit ſcutiſeꝝ qꝛ nō vult vocare mere
tricē ⁊c. martyr eſt: ⁊ ꝑ poꝛtā caſtitatis intrat
ciuitatē paradiſi. Idē de mulię maritata no
lēti ꝯſentire viro: eā īdebite ⁊c. Itē de noto-
rio vł teſte nolēte facē falſū iuſtm ⁊ occidif:
martyr efficeref ⁊ ꝑ poꝛtā iuſticie itrat ciuita
teꝫ celeſtē. Ecce q̄lr̄ dicit ꝑ poꝛtas. i. ꝟtutes.
De iſto dicit xps. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ
fuerit ⁊c. ¶ Quartꝰ ē ꝯ mīa pn̄iali. Iſto opoꝛ
teret nos baptizari: qꝛ ſꝫ fuerimꝰ baptizati ba
ptiſmo flumis: tñ ꝟpoſt facimꝰ tot pctā: q ma
culamꝰ nos turpiꝰ: tā coꝛpꝰ q̄ȝ aiam. Iō non
hēmus aliū remediū niſi mie pn̄ialis. ſ. in coꝛ
de ꝯteri de pctis: recipe ꝓpoſitū de cetero nō
peccare ⁊ debemꝰ recipe ꝓpoſitū ꝯfitēdi. Et
cū vna gutta lachrymaꝝ plꝰ faciet ⁊ lauabit
q̄ cū tota aq̄ maris: ⁊ tūc reſtat pena in pur-
gatoꝛio. Dr̄ baptiſmꝰ mie pn̄ialis: qꝛ iſta aia
peccatrix lauaf in fonte mie dei. De iſto dicit
ſcptura i figura Iudith. Exibat iudith nocti
bus i vallē bethulie ⁊ baptizabat ſe i fōte. Iu-
dith. xij. Nō. Iudith. i. ꝯfeſſio ſꝫ īterptationē
hebꝛaicā: exibat noctibꝰ. Noctes i ſcriptura
ſignificāt pctā: ſꝫ dies grās ⁊ bonā vitā. Qui
ambulat i tenebꝛis neſcit q̄ vadit. Ergo ābu-
late dū lucē hētis: vt nō tenebꝛe vos ꝯphen-
dāt. Io. xij. Exibat go noctibꝰ. ſ. ad cogitādū
pctā cū doloꝛe ⁊ ꝯtritiōe. Et ꝯcoꝛdat Dd dr̄.
Laboꝛaui in gemitu meo: lauabo ꝑ ſingulas
noctes lectū: gloſa: ꝑ ſingła pctā. Nō: qꝛ ſi qs
penitēt de vno pctō ⁊ nō de alio: nihil valet.
Iō ꝯfeſſoꝛ dꝫ iterrogare a ꝯfitēte ⁊ pctōꝛe: ⁊
penitemini de oībꝰ iſtis pctis: ſi dicit ſic: niſi
de tali ⁊ tali: nihil valet: nec ē abſoluēdꝰ. Nō
in vallē bethulie. i. pn̄ie: nō dicit i mōtē: qꝛ pe
nitētia regrit hūilitatē: vt pꝫ in opibꝰ pn̄ie. pº
in ꝯtritōe i q̄ coꝛ leſū ꝑ ſupbiā reſtringif per
hūilitatē: ⁊ pctōꝛ ꝯtritꝰ dicit. O miſer. Quid
erit de me. Cōtritio ſi va ē nō ē ſine hūilitate.
Scđo in ꝯfeſſiōe hūiliādo ſe: q̄ntūcūqꝫ ſit ma
gnus dñs: flexis genibꝰ dꝫ ꝯfiteri. Itē dicēdo
mala ⁊ pctā ſua q̄ſi ſe diffamādo. Ecce i val-
le bethulie. Idē de aliis opibꝰ mie: q̄ oia hūi-
litatē ipoꝛtāt: vt ofo genibꝰ flexis. Ieiuniū
hūiliat coꝛpꝰ: elemoſyna burſaꝫ remiſſio iniu
riā ⁊c. Ecce q̄lr̄ hūilitas pn̄ie ē fons diue mie
aiam purificādo: go lauamini. ſ. ꝑ pn̄iaꝫ. mūdi
eſtote: auferte malū cogitatōnū vrārū ab ocu
lis meis. Iſa. i. De iſto dicit xps. Qui credide
rit ⁊c. ¶ Quitꝰ ē de igne purgatoꝛij. Dicunt
aliq ignoꝛātes q vltra mare ſunt gētes q̄ ba-
ptizanf igne. Hoc nihil valet: qꝛ ds in hoc mū
do nō īſtituit baptiſmū ignis ſꝫ aq̄. Sꝫ ex ſua
nimia mīa in alio mūdo inſtituit baptiſmum
ignis purgatoꝛij: vbi baptizanf penitētes qui
nō paracta pn̄ia ꝯdigna decedūt. Verbigra:
qñ moꝛif penitēs q de pctis habuit ꝯtritionē
ſed nō tātā ſicut pctā ſua regrūt ad dimiſſio-
nē culpe ⁊ pene q̄ fuit ꝯfeſſus ⁊c. ⁊ moꝛif ſta-
tim aia ducif ad iudiciū ⁊ dicit xps angelo.
Baptizef in fonte ignis purgatoꝛij: vt mun-



detur a maculis. Nō modū q̄lr̄ ab angelo
tanq̄ a ſacerdote imergif ⁊c. De iſto auctas
dicebat Io. Ego qdē baptizo vos in aq̄. q āt
poſt me vēturꝰ ē foꝛtioꝛ me ē. Ipſe vos bapti
zabit i ſpūſctō ⁊ igni. Mat. iij. Nō. foꝛtioꝛ: qꝛ
iſte baptiſmꝰ ignis valde ē penaꝉ. Ipſe. ſ. xps
vos baptizabit in ſpūſcō: qꝛ grā eſt ſpūſſcti q
in alio mūdo habeamꝰ locū pn̄ie ignis ⁊ per
ignē. Scđm grāmaticā antiquā dicebaf igne
vł igni i ablatiuo. Iō pñt dicere aie qñ exeūt
de iſto baptiſmo ignis purgatoꝛialis. Trāſiui
mus ꝑ ignē ⁊ aquā: ⁊ eduxiſti nos in refrige-
riū pſ. lxv. Nō ꝑ ignē ⁊ aquā: q̄re pº pōit ignē
cū pꝰ baptizenf aq̄. Rñdeo: qꝛ ignis ē foꝛti-
oꝛ ⁊ pncipalioꝛ. Iō de poꝛibꝰ poꝛ ē ſpeclatio.
Nō. q ſolū xpiāi itrāt purgatoꝛiū. De iſto diē
xps. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit ſalnꝰ erit.

¶ Dñica infra octa. aſcenſionis dñi. Ser. v.

In oibus honorificef deꝰ. Habef ꝟbū iſtō
orginaliter. i. Pe. iiij. ⁊ recitatiue i
epła currētis dñice. Hoc ꝟbū indi-
get vna breui declaratiōe. Pro q̄ ſciēdum q
dicūt oēs ſcti doctoꝛes loquētes ꝯ mūdi crea
tiōe. Deꝰ creauit mūdū duplici rōne. Pº ex
pte hoium fuit neceſſitas ⁊ vtilitas. Scđa ex
pte dei ⁊ pncipalis fuit ꝓ honoꝛe ⁊ glīa ſua.
De pª ſciebat deꝰ q hoies indigebāt loco fir
mo: ad hitādū: laboꝛādū: ſeminādū: colligen
dum: nutriēdū iumēta: ꝑꝑ hoc creauit deꝰ trā.
Itē ſciebat q hoies idigebāt aq̄ ad lauādum
bibēdū: nauigādū ⁊c. Iō creauit deꝰ mare ⁊
fontes ⁊ flumia. Itē qꝛ habebāt reſpirare: iō
fecit aerē. Idē de igne ad calefaciēdū: ⁊ ad ꝑ
parādū alimēta ⁊c. Itē qꝛ idigebamꝰ lumine
fecit ſolē ꝓ die: lunā ⁊ ſtellas ꝓ nocte. Itē ſci
ens q terra nō germinaret ſine īfluētijs: iō fe-
cit planetas. Itē ſciēs q moꝛimur: fecit celuꝫ
ꝓ bonis: ⁊ carcerē īferni ꝓ malis. Iſtā pmaꝫ
rōnē tāgit ſcriptura dī. Siue mūdus ſiue vita
ſiue moꝛs ſiue pñtia ſiue futura: oīa. n. nr̄a ſūt
i. Coꝛ. iij. O q̄tū deberemꝰ ipſū diligē: qꝛ trīa
fecit ꝓ nob. De ſcđa rōne pncipali. ſ. ꝓ hono
re ⁊ glīa ſua vt i mūdi creatiōe cognoſcaf eiꝰ
potētia diuina: qꝛ q talia ex nihilo fecit potēs
eſt. Itē. vt cognoſcaf eiꝰ ſapīa in mūdi guber
natiōe. Itē eiꝰ clementia in omni pꝛouiſione.
Item eius mīa in bonoꝛum pmiatione. Et eiꝰ
iuſticia in maloꝝ dānatiōe. Ecce ſcđa rō pnci
palis: q̄re creauit deꝰ oīa vt a nobis laudef ho
noꝛef ⁊ gloꝛificef. Nō ad hoc ſilitudinē ꝯ po-
tētiſſimo rege hñte palatiū ꝓ ſe: ſꝫ gentes ſue
nō habebāt domos villas vel ciuitates: ſꝫ vi-
uebāt in nemoꝛibꝰ: q ſuis ꝓpꝛijs ſūptibꝰ ediſi
cauit eis vnā pulchꝛā ciuitatē. Duplici rōne.
Pª ꝑꝑ neceſſitatē ⁊ vtilitatē gētiū ſuaꝝ. Se
cūda ꝓ honoꝛe ſuo. Ita etiā de deo dicimꝰ q
habebat palaciū ſue eternitatꝭ: vbi habitabat:
ſꝫ ꝓ nobis creauit celū ⁊ terraꝫ ⁊c. ꝓ honoꝛe
talis pōt dicere ꝙ cōplet legē ði. Nō q̄ꝛ ge

qd̄ fit i hoc mūdo totū fit amore. ſiue fiat ti
more vel alia rōne.amore fit. Verbigrā.q̄re
fugis inimicos. O diceres tu tiore. Immo
poti⁹ amore:q̄ꝛ diligis vitā tuā.iō ⁊c̄. Itē ſi
dat̄ tibi cib⁹ potionat⁹:ħ ē veneno plen⁹:illū
comedē nō vis. Et q̄ hui⁹ ē cā dices ꝙ timor
mort̄. Sꝫ dicēdū ꝙ potior ē amor vite. Si g°
amor ē fundamētū ⁊ ꝑmū oim̄ bonoꝝ.g° q̄ ē
bñ ordiat⁹ i amore ꝓximi totā legeꝫ cōplet.
Propt̄ hoc btūſ Joānes ſenex.poſtq̄ dūs ſi
bi reuelauit ꝙ moreret̄:vocauit ppl̄m ⁊ dice
bat. Filioli mei diligite iuicē.⁊ multotiēs re
plicabat iſta ðba:nihil addēdo. Propter ħ
aliq̄ dixerūt ſibi. O pr̄ vos ſolēnit̄ ꝯſueuiſtis
ꝑdicar̄:eſtis vos oblit⁹ ð illo pulchro ſmone
quē nob̄ feciſtis ð ꝯtēplatiōe. Rñdit:q̄ꝛ mā
datū dñi ē.⁊ in eo oē mandatū ipleri pōt. Iō
btūs paul⁹ ꝯcordās cū btō Joanne.dicebat.
Qui diligit ꝓximū legē iplebit. Dilectio ꝓ
ximi malū nō opat̄. Plenitudo g° legis ē di
lectio.ad Ro.xiij. Iō dicit thema. Diliga
m⁹.ſ.ordinate.ope.⁊ ðitate. Patet thema.
Inueni in ſacra ſcriptura ꝙ dilectio ꝓximi
ordinata debet habere q̄ttuor conditiones.
¶ Quia ꝓxim⁹ dꝫ diligi ðacit̄ ſine fictione.
¶ Prudenter ſine corruptione.
¶ Temperanter ſub diuina dilectione.
¶ Generaliter ſine exceptione.
In dilectōe ꝓximi i vita ſua ꝯplet hō legē di
Iō dic̄ thema. Diligam⁹ ope ⁊ ðitate. ¶ Di
co ꝑmo ⁊c̄.ðacit̄ ſine fictiōe. Vñ Auctoritas.
Dilectio.ſ.ſit i vob̄ ſiñ ſimlatiōe. Qui has q̄t
tuor ꝯditiōes ſuat:legē iplet. Nō videam⁹
quō poſit hoc ðclarari. Dic ſuiet phia q̄ dic̄
ð ðitate ꝙ ðitas ē adeq̄tio ſiue ꝯformitas rei
ad itellectū q̄ꝛ tūc ꝓpoſitio ē ða qñ res ad ex
tra ꝯcordat. Ad ðitatē ei⁹ reqruut̄ ħ.ſ.factuꝫ
vl̄ res ad extra.ſcd̄o ðbū ſignificatiuū.ttio ſi
gnificatū itellect⁹. Sic ad ðitatē amoris tria
reqrūt̄.ſ.cor ſiue bona volūtate ðbum ⁊ op⁹
ad extra. Tūc ēt amor ꝓximi hꝫ fundamētuꝫ
i corde qñ hō ꝯſiderat bonū tꝑale vl̄ ſpūale ꝓ
xīo vt ꝑ ſe:⁊ gaudꝫ ð bono ſuo ⁊ orat vt ꝯſuet
i illo ⁊ triſtat̄ ð malo ꝓximi.⁊ ꝯpatit̄ ſibi. Niſi
iſtd̄ fūdamētū ſit i corde nihil valꝫ:dilectio ſi
mulata erit. Iō dd̄ ꝯ̄ tales dic̄. Qui loquūt̄ pa
cē cū ꝓxīo ſuo.mala aūt i cordib⁹ eoꝝ. Da illi
ꝓ̄ꝫ opa eoꝝ ⁊c̄.ps.xxvij. Qui diligūt falſe cū
iuda māſionē habebūt.q̄ ſalutādo ⁊ oſculau
do tradidit ſaluatorē. Et reqrit̄ ðbū ſignifica
tiuū. Si dicat̄. Diligo ꝓximū i cōde:ſꝫ ñ loq̄r
ei.ñ ē vbi ðitas dilectiōis. Iō oꝫ ſibi loq.q̄ꝛ ð
bū ē ſignū illi⁹ qd̄ ē i mēte.cā oñ q̄ ſſt i voce ſſt



note.i.ſigna eaꝝ q̄ ſſt i aia paſſionū.vt dic̄ phs
ꝑmo Periermenias. Idō ē magn⁹ defectus
maxie mlieꝝ dicētiū. Nolo ſibi malū:ſꝫ nō lo
quor ſibi q̄ꝛ dixit mihi malū. Alij dicūt ſi ipſa
icipit mihi loq loq̄r. Nec grates:nec gr̄as ha
beo.q̄ꝛ ēt iudeū ſalutātē ſalutabit. Iō dicebat
xp̄s. Bon⁹ hō ð bono theſauro cordis ꝓfert
bōa.⁊ mal⁹ hō ð malo theſauro ꝓfert mala.
Mat.xij. Tertio reqrit̄ opus vl̄ res ad extra.
q̄ꝛ ab eo ꝙ res ē vl̄ nō ē.oro ða vl̄ falſa dr̄.pu
ta iuuat̄ ſe mutuo:⁊ i ullo ſe fraudat̄ nec dāni
ficare:nec i bōis furādo bōa:nec fruct⁹ ⁊c̄. q̄ꝛ
ex furto fruct⁹ vēit oīe malū nr̄m.⁊ niſi xp̄s
iuuiſſꝫ nos ⁊c̄.oēs eram⁹ dānati:nec ipꝫ diffa
mādo directe vl̄ idirecte:dicēdo.ñ ſuꝫ ego la
tro vl̄ ebri⁹ ⁊c̄.q̄ſi dicat ſic vos. Et q̄ꝛ ñ dicūt
clare:ñ faciūt ſibi ꝯſciaꝫ:ſꝫ oꝫ ꝛuocare: ſi vulꝫ
ſaluari.nec ipꝫ i pſōa tāgēdo:feriēdo:vel ali
ter. Si g° diligis ꝓximū i corde:⁊ ēt loq̄ndo
oꝫ ꝙ ipꝫ diligas ēt ope ñ tāgēdo bonā famā
nec pſonā ei⁹. Immo ei⁹ bōa ꝯſuando:famā
ðfendēdo ⁊ pſonā. Tal̄ amor ē ver⁹ ⁊ ſiue fi
ctōe. Iō dicebat Joānes. Filioli mei ñ diliga
m⁹ ðbo neqꝫ ligua.ſ.tm̄ ſꝫ ope ⁊ ðitate.i. Jo.
iij. Nō Nō diligam⁹ ðbo. Verbū ē ꝯceptus
mētis ⁊ ſigt̄ dilectionē q̄ ē i corde:vl̄ ibi dꝫ eē
neqꝫ ligua.i.ðbo ſignificatiuo tm̄:ſꝫ ope ⁊ ve
ritate. ¶ Dico ſcd̄o ⁊c̄. prudēter ſine ꝓpria
corruptiōe. Diſcrete aūt diligēdus ē ꝓxim⁹
ne i loquēdo:aut opādo:truffādo:vel viſitā
do:vel alia familiaritate ſeqnat̄ aliq̄ peccati
corruptio. Qui.n.nimis igni approxiat̄ cale
ſit ⁊ ꝯburit̄. Iō apl̄s. O diētes malū:adherē
tes bono. Charitatē fraternitatis iuicē diligē
tes.ad Ro.xij. Illa ē diſcreta dilectio:qñ hō
ſcit extrahere bonū ð malo:⁊ ecōuerſo. Quō
aūt h° dꝫ fieri oñdit xp̄s dicēs. Si manu⁹ tuas
vel pes tu⁹ ſcādalizat te:erue eū ⁊ ꝓijce abs
te. Mat.xviij. ꝓijce.i.procul eijce hoc qd̄ tibi
nocet. Ecce doctrinaꝫ xp̄i. Semel Leo papa
ſanct⁹ ⁊ bon⁹ itelligēs hāc doctrinā ad lr̄aꝫ:
abſcidit ſibi manū. Cū dicēt miſſaꝫ mulieres
oſculate ſſt ſibi manū:exq̄ ſecuta fuit tēptatio
carnis. Iō poſt miſſam abſcidit ſibi manū ſe
crete. Cū āt ñ celebraret:oēs mirabant̄ q̄ꝛ pa
pa ñ celebraret vt ꝯſueuerat. Ipſe āt cognito
ſuo ðfectu.dñ ore ⁊ cū lachrymis orauit ðgi
nē Mariā q̄ ſibi manū rſtituit. Hoc miracu
lū ðclarat ꝙ xp̄s nō ad lr̄aꝫ itellexit: ſꝫ itelle
ct⁹ ver⁹ habet̄ ex officijs iſtoꝝ mēbroꝝ. Ma
nib⁹ āt opamur ⁊ facim⁹ oia. Iō dixit phus
ꝙ manus ē organū organoꝝ. Iō ſic itelligitur.
Si vos habet̄ ali quā pſonā q̄ fac̄ veſtra ne

gocia:⁊ vos diligit̄ illā.⁊ illa ſcādalizat vos
q̄ꝛ vob̄ occaſio peccādi ē. tal̄ man⁹ abſcidat̄
⁊ ꝓijciat̄.i.ꝓcul eijciat̄. Bonū eſt tibi ad vitā
igredi ðbilē vl̄ claudū q̄ꝫ duas man⁹ vl̄ duos
pedes habētē mitti i ignē eīnū. Si g° aliqs
vīm hꝫ i domo vl̄ i amicitia aliq̄ꝫ pſonā q̄ ſcā
dalizat vos:⁊ fac̄ ꝑdere aiaꝫ.famā ⁊ bona.eij
ciat̄ foras ⁊c̄. Idō rectores cōitat̄ ðbēt ꝓuidē
i pctis notorijs.q̄ꝛ ex peccat̄ ſecret̄ nō iminet
ꝑiculū tm̄ cōitati. Si dicat̄ quō ꝓuidebit̄. Di
co ꝙ ꝑ ꝯſiliū ⁊ ſtatutū gñale ⁊c̄. Idē ð pede.
Officiū pedis ē ſuſtinē pſonā. Qui g° ſuſtiet
vos dādo vob̄ neceſſaria:ille dr̄ eē pes tu⁹: ⁊
iā ſcādalizat te. Idō ꝓijce ⁊c̄. Verbigrā.ð ſcu
tiferis q̄ ſuſtinent̄ a dñis.dñi ſſt pedes eoꝝ ſed
ſi ſcādalizāt te:q̄ꝛ faciūt te eē homicidā: furē
vel leonē.ꝓijcias eos foras. Idē ð viduis q̄
ſuſtētant̄ ab aliq̄b⁹. Sꝫ ſi ſcādalizant̄ ab eis:
abſcide. Itē officiū ocli ē oñdere viā ⁊ dirigē
i agēdis. Ocul⁹ tu⁹ ē aduocat⁹:ꝯfeſſor: ma
giſter:vl̄ ꝓcuratō. Si ocul⁹ ſcādalizat te:erua
tur ⁊ ꝓcul eijciat̄ cito.⁊ tūc amor ē diſcretus
Talit̄ g° ſe dꝫ hō gubernare: vir cū muliere:
mulier cū viro.maſculus cū maſclo. feia cuꝫ
feia:ꝙ nō ſeq̄tur peccatū nec ꝓpria corruptō.
Vñ poue. Que nocitura tenes q̄uis ſint cha
ra relique. Ergo diligam⁹.ſ.prudēt̄ ⁊c̄. ¶ Di
co tertio ꝙ ðbem⁹ diligere ꝓximū tꝑant̄ ſub
diuinali dilectiōe.ſ.vt ſup amorē dei nullum
aliū amorē ponam⁹. Videt̄ vos i lāpade quō
oleū natat ſup aquā.⁊ ſic illumiat̄ lāpas. ita
dꝫ eē i corde hois.ꝙ amore ði dꝫ natare ſup
amorē creaturaꝝ.amor creaturaꝝ dꝫ eē vt aq̄
frigida.⁊ iſto mō ꝯſuat̄ ibi lumē grē ði. Iō
xp̄s loquēs ð amore quē debem⁹ hr̄e ad ðnꝫ
⁊ ad creaturā dixit. Diliges dñꝫ deū tuū ex to
to corde tuo:⁊ ex tota aia tua:⁊ ex tota mēte
tua. Hoc ē maximū ⁊ ꝑmū mādatū ſeu ꝑce
ptū. De amore aūt ꝓximi nō dixit. Diliges
ꝓximū tuū ex toto corde tuo ⁊c̄. Sꝫ dixit. Di
liges ꝓximū tuū ſic̄ teipꝫ. Mat.xxij. Nō. Di
liges dñꝫ deū tuū ex toto corde tuo.ſ.fidelit̄:
Iā ſcitis ꝙ cathedra fidei i corde ꝯſiſtit.iō cū
corde tenemur ipꝫ diligē fidelit̄. Cōtra hoc
faciūt q̄ recurrūt ad diuinos vl̄ ad ſortilegos
⁊c̄. Tales frāgūt ſibi fidē. Sic̄ miles q̄ dimiſſo
rege cui ꝓmiſit fidē vadit ad regis inimicuꝫ.
ifidelis ⁊ ꝓditor ē. Ad xp̄m g° recurrēdū ē in
oib⁹ neceſſitatib⁹ dicēdo. Nolo eē ifidel̄. Er
go ꝑdidi hoc.vos ſcit̄ q̄s hꝫ ⁊c.vel idigeo ſa
nitate ꝓ me vel filio ⁊c. Prebe fili mi cor tuū
mihi:⁊ oculi tui vias meas cuſtodiāt. Pro
uerb.xxiij. Scd̄o ex tota aia tua.ſ.reuerenter

q: cū reuerētia ꝺbem⁹ loqui de deo. Verbū
cū initiū hz ab aīa. Pħs dicit. Voces ſſ no-
te.i.ſigna earū q̄ ſunt i aīa paſſionū. Qñ no-
minaꝭ ieſus vł maria ꝺbem⁹ facere reuerētiā
ꝛc. Cōtra hoc faciūt iuratores: ſuegatores ꝛ
blaſphematores: q ꝓ nihilo renegāt: tales ꝓ
ditores ſſ. Cogita q̄lis dānatio ē talib⁹ ꝑpa-
rata: cū ꝓditores i hoc mūdo tā grauiꝭ puni
ūꝭ. Jō eēt bonū q rectores ſtatuerūt ſub cer
tis penis q nullus iuret ꝛc. Et pp hoc ēt ne-
ceſſariū ꝛ bonū eēt amouere ludū. qꝛ ibi eſt
fons ꝛ origo iurādi ꝛc. Cuſtodi ergo temet-
ipm ꝛ aīaꝫ tuā ſollicite. Deuꝭ. iiij. Tertio. Di
liges dñm deū tuū ex tota mēte tua. ſ. diligē-
ter. Poſtq̄ eñ laboraſti feria ſcḋa ꝛ tria ꝛc.
diligēter i mēte tua ſis memor q i dñica nul-
lū opus ſuile tēporale facias. nō ire ad ferias
vł forū. nō aperire laboratoria: nō facere raſu
raꝫ ꝛc. Memēto vt diē ſabbati. i. getis ſctifi-
ces. Exo. xx. Ex obſeruātia feſti venit oē bonū
qꝛ pl⁹ ꝓficiūt bōa tua tūc q̄ ex omnib⁹ labo
rib⁹ tuis. Et per oppoſitum ex fractione feſti
vēit oē malū. Qui bñ vſt ſuare feſta dꝫ obſer
uare q̄ttuor. Pᵒ abſtinere ab oī negocio tē
porali. nō ſolū nō facere nec etiā loq nec cogi
tare. Scḋo ire ad miſſaꝫ ieiunus. Multi excu
ſanꝭ a ieiunijs eccl'ie: ſꝫ ab iſto ieiunio i audiē
tia miſſe nō ſic ſe pñt excuſare. Tertio q ſitis
a ꝑncipio miſſe vſqꝫ ad finē qñ daꝭ bñdictio
oēs debetis eſſe i ꝯfeſſiōe. Quarto nō loq in
miſſa. ꝛ poſt miſſam poteris dicere. O bñdi-
ctus deus modo cōpleui ſeruitiuꝫ dño meo.
Hoc ē maximū ꝛ ꝑmū mandatū. Sꝫ aliq de
cipiūt ſe: qui ſup amorē creatoris ponūt amo
reꝫ creature. De quib⁹ dicit xp̄s. Qui amat
patrē ꝛ matrē plus q̄ me nō ē me dignus. Et
qui amat filiū vel filiā plus q̄ me: nō ē me di
gnus. Matth. x. Sup deū diligit qui creatu
ram qñ ꝓ creatura facit contra deū. Grego-
rius. Probatio dilectiōis exhibitio ē operis.
¶ Dico quarto q debemus diligere ꝓximū
generaliter ſine exceptiōe: q cor ſit ita latū q
omnes gentes mundi recipiat in ſua dilectio
ne. Bñdictus qui pōt dicere: omnes gentes
diligo. quia ſi vos dicitis. diligo omnes gen-
tes: niſi talem qui occidit patrem meū vel fra
trē ꝛc. Jam non diligitis generaliter. Naꝫ ſi
cut de⁹ diligit generaliter omnes creaturas
etiam inimicos ſuos: non ſubtrahēdo eis be
neficia generalia. Jta vult etiam q nos gene
raliter diligamus omnes gentes. Hanc ratio
nem tangit Joannes dicēs. Chariſſimi. ſi ꝓ
q. deus dilexit nos. ſ. generaliter: ꝛ nos ꝺbe-
mus alterutrū diligē. ſ. gñalit̄ ſine exceptiōe
i. Jo. iiij. Jō apl's orādo dicebat. De⁹ habū-
dare faciat charitatē vraꝫ in inuicē ꝛ i oēs. i.
Theſ. iij. Nō i oēs tā inimicos q̄ amicos. tā
viuos q̄ mortuos. tam xp̄ianos q̄ īfideles. ꝛ
ſic tenebimus xp̄i conſiliū dicentis. Ego dico
vobis diligite inimicos veſtros. Matthei. v.

¶ Dñica. iij. p⁹ feſtū trinitatis. Sermo ꝑm⁹.

Humiliamini ſub potēti manu dei. vt vos exaltet. Verbū iſtud
hꝫ textualiꝭ. pᵃ cāti. Pe. v. Et reci
tatiue i epl'a currētis dñice. Pro declaratio
ne hui⁹ ꝺbi ꝛ itroductiōe mãe ꝑdicāde ſcien
dū q ſi hō vult cōpaꝭ vitā hui⁹ mūdi ad vitā
alteri⁹ mūdi iueniet hō magnā diſtaꝫ ꝛ ꝯtrarie-
tē. Nā ꝑſona tā regularis q̄ ſecularis q̄ i hᵒ
mūdo vult exaltari i honorib⁹: officijs: digni
tatib⁹: ꝛ ſupbia. in alio mūdo hūiliabiꝭ. Qui
āt i hoc mūdo vult hūiliari: i alio exaltabiꝭ.
Hoc pōt declarari exēplo ſtatere. qꝛ q̄nto ps
ſiniſtra plus exaltabiꝭ: tāto dextera pl⁹ humi
liabiꝭ ꝛ ecōuerſo. Mō cogitate q man⁹ dei
i ei⁹ dītus īfinita teneat ſtaterā i manu quēad
modū michael depingiꝭ cū ſtatera i manu ſua.
Pars ſiniſtra ē pñs vita. Pars āt dextera
vita futura. Qui gᵒ i ſiniſtra hui⁹ vite exaltaꝭ
i alia hūiliaꝭ. ꝛ q humiliaꝭ in alia exaltaꝭ. Au
ctoritas. Oīs q ſe exaltat: hūiliabiꝭ. ꝛ q ſe hu
miliat: exaltabiꝭ. Lu. xviij. Nō oīs viꝛ. Jō di
cit thema. Humiliamini. ſ. in hac vita ſiniſtra
ſub potenti manu dei: q tenet ſtaterā iuſtā vt
vos exaltet. ſ. i dextra gl'ie. pꝫ the. Jn ſacra ſcri
ptura iueni q̄nq ſpēs de hūilitatis: q̄ ſūt. ſ.
℣ Hūilitas reuerētie q̄ oñdiꝭ in oratione.
℣ Hūilitas obediētie: q̄ oſtēdiꝭ in operatiōe.
℣ Hūilitas pnie q̄ manifeſtaꝭ in confeſſione.
℣ Humilitas patiētie: q̄ opaꝭ in tribulatiōe.
℣ Humilitas ſapiētie: q̄ relucet in ꝯuerſatiōe.
Et de q̄libet iſtaꝝ itelligiꝭ thema. Humiliami
ni ſub potēti manu ꝛc. ¶ Prima ſpēs bone
ꝛ vere humilitatis ē humilitas reuerētie. que
maxime oſtenditur in oratione: que venit ex
cōſideratione illius maieſtatis dei incompre
hēſibilis ꝛ infinite potentie: reſpectu cui⁹ to-
tus mūdus non eſt niſi vna fauilla ꝛ quaſi ni
hil. Et ex alia parte ꝯſiderādo ꝓpriā modici
tatē. ꝛ ſic cor reſtringiꝭ ꝛ humiliaꝭ. Sicut ca-
nis lꝫ terribilis timet ꝛ tremet ad preſentiaꝫ
leonis. Et ruſticus corā rege vł iperatore. Jta
de nobis q̄ntūcūq tu ſis terribilis. ſupb⁹ ꝛ
preſumptuoſus. pone te intellectualiter corā
leone. ſ. deo vel imperatore cū piētē ꝛ ſic humi-



liaberis. Jō qñ volueriꝭ facē orōnē nō ſtatiꝫ
icipiaꝭ ſicut ſtult⁹ baliſtari⁹ fac qui ſine ſigni
ꝯſideratōe emittit ſagittā. bon⁹ aūt baliſtari⁹
reſpicit ad ſignū. Jta qui vult orare facē dꝫ.
Jō apl's. Humiliami in ꝯſpectu dñi ꝛ exalta
bit vos. Jac. iiij. No. Hūiliami i ꝯſpectu dñi
hoc dꝭ ſpālit̄ clericis. gñal. ē aūt laycis ꝛ cleri
cis. Clerici aūt qñ faciūt offīm debēt hūiliari
in ꝯſpectu dñi qui eſt ibi pñs: ꝛ ſm qḋ ipſemet
diē. Ubi ſūt duo vel tres cōgregati in nomie
meo. in medio eorū ſuꝫ. Mat. xviij. Jō humi
liaꝭ chor⁹ ꝯ choꝝ: nō ſibiinuicē. ſed xp̄o in me
dio exiſtēti. Jō ꝓfunde eſt humiliādū vt exal
tet vos. Scḋo eū diē. Humiliami ꝛc. tangit
oēs gñalꝭ. qꝛ in eleuatiōe corpis xp̄i oēs de-
bēt hūiliari ꝛ genua flectē. qꝛ in hoſtia ē xp̄s
ver⁹: vt eſt in celo. Nota ꝯ aliq̄s miſeros q ñ
flectūt genua nec amouēt caputiū. Ecce q̄re
dicit thema. Humiliami. De hoc ꝓpħia Dō.
Exaltate dñꝫ deū vrm hoc dꝭ ſacerdotib⁹. Et
adorate ſcabellū pedum ei⁹. i. hoſtiā qm̄ ſcīn
eſt. hoc dꝭ oīb⁹ gñalꝭ. ps. xcviij. qm̄ ſanctū eſt
corp⁹ xp̄i qḋ eſt intus. Ergo humiliamini ſub
potēti manu dei ꝛc. ¶ Scḋa ſpēs vere humi
litaꝭ eſt humilitas de obediētia. que oñditur
in opatiōe q̄ venit ex ꝯſideratiōe ſalarij. ſicut
bos humiliaꝭ ad iugum. qꝛ dñs ꝓuidet ei. Et
portator ad on⁹ rōne mercedis. Jta de nob.
xp̄s tāq̄ bon⁹ mercator fecē vnū ferdellū pui
pōderis: ſꝫ magni ꝑcij ꝛ lucri. Jſtḋ ferdellū ē
obediētia ad decē ꝑcepta. Primū ꝑceptum
eſt q in tuis neceſſitatib⁹ nō recurras ad di-
uinos: ſed ad deū. Scḋm q eū honore ꝛ reue
rētia loq̄mur de deo nō iurādo: nec blaſphe-
mando. Tertiū poſtq̄ laboraſtis feria ſecūda
ꝛ tertia ꝛc. ſuiaꝭ in dñica ſibi. qꝛ nullus dñs
daret ꝓuiſionē ſuitori niſi faciat ſibi aliqḋ ſer
uitiū. Quartū honora parētes: nō ſolū ore: ſꝫ
corde ꝛ ope ſuiēdo: ꝛ eos iuuādo ſi idigent
qꝛ nā docet. Quītū ne occidas inimicū: ſꝫ ſicē
xp̄s in cruce remiſit ꝛ pepcit: ita exēplo eius
pce. Sextū. qꝛ ſicut xp̄s amor nr̄i recepit car
nē: ita amore ſui cuſtodiam⁹ nos a luto luxu
rie. Uir ꝛ vxor ſuantes modū nō faciūt luxu
riā: ſꝫ alit ꝛc. Septimū nec recipias aliqḋ ab
aliq̄: ſꝫ labora in tuo offō diligēt: ꝛ ſis ꝯtent⁹
de pte tibi data a deo. Quilibꝫ pꝛ vult q filij
ſint ꝯtēti de pte eis data. Alias pꝛ nō hꝫet pa
tiētiā q vn⁹ ſcipet ptē alteri⁹: ita ḋ dō. Octa
uū refrena linguā tuā a diffamatiōib⁹ ꝛ falſis
teſtimonijs. Nonū. qa ſicut debem⁹ cuſtodi-
re corpa nr̄a a luxuria: ita ꝛ aīaꝫ nō cogitare
de illo. Decimū caue a ꝯcupiſcētia bonoꝝ tē-
poraliū. de q̄ diē apl's. Radix oīuꝫ maloꝝ eſt
cupiditas. j. Thymo. vi. Ecce hic ferdellū de-
cē librāꝝ mercatoris xp̄i qui diē cuilibꝫ viꝫ.
Porta mihi hᵒ on⁹ vſqꝫ ad portā dom⁹ mee.
Porta padiſi eſt mors. Hec porta dñi iuſti:
nō ſolū petōres trāſibūt p eā. Et nō promittit
duodeci denarios vel vnū florenū. ſed regnū
celeſte cui nihil ē ꝯpabile. Auctas xp̄i dicenꝭ
Tollite iugū meū ſuper vos: ꝛ diſcite a me. qꝛ
mitis ſuꝫ ꝛ hūil' corde: ꝛ iueniēꝭ requiē aīab⁹
vr̄is. Jugū. n. meū ſuaue eſt ꝛ onus meū leue.
Mat. xi. No. Tollite vt bos vł portitor pp lu
crū. Si dicaꝭ. Dñe ꝛ quō portabim⁹. diē Di-
ſcite a me: qꝛ mit̄ ſū ꝛc. Dñe qḋ ſalariū dabiꝭ
nob. Rñdet. Jnueniēꝭ regeꝫ aīab⁹ vr̄is. Dñe
ꝛ ē magni pōderis. nō. Nā iugū meū ſuaue ē
ꝛ on⁹ meū leue. ¶ 3ᵃ ſpēs ē de pnia. ꝛ iſta oñ
diꝭ in ꝯfeſſiōe. Jſta venit ex ꝯſideratōe ꝛ me-
moria petōꝝ. ꝛ penarū ex petis debitoꝝ. Qñ
eñ hō magn⁹ dñs vł paru⁹ religioſus: vł ſecu
laris cogitat de petis ſuis dī. O miſer gētes
honorāt me. ꝛ ego ſū talꝭ ribald⁹ q feci h̄ ꝛ h̄
ſic cor humiliaꝭ ad pniaꝫ. ꝛ ſic venit ad ꝯfeſſo
rē ꝛ flectit genua. qꝛ ita dꝫ fieri dī. Pꝛ ego ſū
vn⁹ magnus petōr ꝛ ꝓditor ꝯ deū q fregi ſibi
fidē ꝓmiſſā in baptiſmo: feci volūtatē dyabo
li: ꝛ cōfeſſor ſtat p tribūali. Ecce hūilitas pnie
Nota de hoc ſilitudinē in nā de pauone ſup
bo: qui ſupbit qñ videt plumas ſuas: ſꝫ qñ vi-
det ſuos pedes turpes humiliaꝭ ꝛ depōit cau
dā eleuatā. Sic eſt de nob qñ reſpicim⁹ plu-
mas nr̄as pulchraꝭ cor ſupbit. qñ hō cogitat
gen⁹ ſuū vel corpalē pulchritudinē: vel forti-
tudinē: vel ornatū veſtimentoꝝ ſicē mulieres:
vel diuitias ꝛ honores. Jſte plume dāt cordi
ſupbiā. ſꝫ reſpiciaꝭ modicū pedes corruptos
quot petā ꝛ corruptiōes feciſtis. q̄ ſi ad lumē
veniſſent ꝛ fuiſſet fact⁹ ꝓceſſus: iā fuiſſetis to-
tiēs cōbuſtus. ꝛ ſic hūiliabiꝭ cor ad cōfitēduꝫ
petā. Jō diē ſcripta. Humiliem⁹ illi aīas nr̄as
ꝛ i ſpū ꝯtrito. ꝛ humiliato ſuiētes illi dicam⁹
flentes dño: vt ſm voluntatē ſuā ſic faciat no
biſcū cito miāꝫ ſuā. Ut ſicut ꝯturbatū eſt cor
nrꝫ in ſupbia coꝝ: ita ēt de nr̄a hūilitate gl'ie
mur. Judith. viij. Nō humiliem⁹ illi aīas no-
ſtras. qꝛ hūilitas corpis ſine hūilitate aīe po-
tius ē hypocriſis q̄ hūilitas. Et in ſpū ꝯtrito
Ecce ꝯtritio cordis ꝛ hūiliatio. Ecce cōfeſſio
oris ſuientes illi. ſ. in pnia: ieiunādo. abſtinē-
do. orādo ꝛc. qꝛ meli⁹ ē corrigē ſiliuꝫ. ſ. corp⁹
ꝓpriū ꝑ ga pnie q̄ſ ſi fagiōes iferni ꝛc. Jō xp̄s
Dico vobis q niſi pniam egeriꝭ: oēs ſiꝭ pibiꝭ
Luc. xiij. Ergo hūiliami ꝛc. ¶ Quarta ſpēs

ē humilitas de patiã:q̄ oñdit in tribulatione. Iſta venit ex ↄſideratõe ipoſſibilitatꝭ fugiēdi manꝰ dei:qñ deꝰ dat aduerſitatē imittēs infirmitatē:paupertatē:ꝛ ꝑditionē bonoꝝ vel filiorũ:nõ debet murmurare ↄ deũ.ſꝫ dicē patiēter. Dñe ſit in remiſſionē pctõꝝ meoꝝ. Dñe ex q̄ placet vob ego recipio patienter. ꝛ ſic hõ facit de neceſſitate virtutē. Ita fecit ille ſanctꝰ Iob:qui in vna die ꝑdidit ſeptēz milia oues: tria milia camelos:qngēta iuga boũ:ꝛ qngēta aſinas.ſeptē filios ꝛ tres filias.q̄s dñs optas ꝑceſſit. Et qñ nunciatũ fuit ſibi:dixit. Dñs dedit.dñs abſtulit:ſicut placuit dño:ita factũ ē. ſit nomē dñi bñdictũ. Iob.i. Iſta eſt hũilitas patie. De iſta ē exēplũ in nã de caniculo qui fecit aliqd.ꝛ dñs recipit virgã ↄ eũ:ꝛ canis ꝓſternit ſe in terrã:q̄ſi iſtinctu nãli cogitaret.q̄ fugerē:q̄s daret mihi vitã. Secꝰ de magᵒ caneruſticali q fugēt ad macella. Ita de nobis. Deꝰ tꝫ ṽgã correctõis ↄ nos: ꝛ ꝑcutit ꝛ ferit te qñ dat tibi aliquã tribulatiõez ꝛc̄. Iõ hũilia te vt caniculꝰ:ꝛ ſic dulcoraꝭ cor dñi ꝛ ꝓijcē ṽgã. Sꝫ caucte ne faciaꝭ vt modeſtinꝰ ſeu alanꝰ q qñ dat ſibi pãis a ſuo dño facit ſibi ludũ ĉ cauda. Sꝫ ſi dñs recipiat ṽgã ↄ eũ ſtati mõſtrat ſibi dētes ꝛ nõ vult ridē ad dñz ſuũ. Sꝫ tūc dñs dimiſſa ṽga cũ enſe ꝑcutit eũ. Iõ dicꝭ ſcriptura. Oē qd tibi applicatũ fuerit:accipe ꝛ in dolorē ſuſtie ꝛ i hũilitate tua patiãz habe. Eccꝭ.ij.

¶ Multa ē hũilitas ſapie:q̄ oñdit i cõuerſatõe. Iſta vēit ↄſiderãdo ſupbie ꝑiculũ: ꝛ hũiliatiõis ſecuritatē:iõ mag̃ ſapia eſt viuē hũilit in hᵒ mũdo.ꝛ mag̃ ſtultiᵃ viuē ſupbe ꝛ cũ põpoſe. Hoc declaro ꝑ talē caſũ. Ponaꝭ caſus q̄ rex vel papa faciat magnũ ↄuiuiũ i palatio ſuo:ꝛ oēs initati hēant itrare per portã puulã ꝛ baſſam. Nũqd eēt ſtultꝰ ſi aliqs vellet itrare capite erecto nolēs ſe hũiliare.talis eni ledēt caput ſuũ.ita in ꝓpoſito oēs ſiꝭ iuitati ſumꝰ ad ↄuiuiũ regis xp̄i ꝛ pape in palaciũ padiſi. Dicit eni xp̄s. Venite ad me oēs q laboraꝭ ꝛ onerati eſtis:ꝛ ego reficiã vos. Mat. xi. Et porta ꝑ quã hēmus itrare eſt ↄſtricta.vt dicit xp̄us. Qꝛ anguſta eſt porta ꝛ arta via q̄ ducit ad vitã.ꝛ pauci ſꝭ qui iueniũt eã. Mat. vij. Ergo ſi volumꝰ illuc itrare oꝫ nos hũiliari de põpis.vanitatibꝰ ſupfluitatibꝰ.ꝛ inigtatibꝰ.ſolũ recipiēdo neceſſitates: nõ delectari debemꝰ nimis in negocijs huiꝰ mũdi.iõ dicit ſcriptura. Quãto magnꝰ es.ſ.in gr̃ie.honore ſcia.vel dignitate.hũilia te in oibus ꝛ coram deo iuenies grãm. Eccſs.iij. Nota. Humilis te in oibꝰ.

¶ De eadē dñica. Sermo.ij.

b

Hic pctõres recipit ꝛ manducat cũ illis. Lu.xv. Nõ q̄ euangeliũ hodiernũ oñdit nob q̄ttuor de xp̄o.de q̄ loquiꭍ thēa di.h̄ pctõres ꝛcipit.i.xp̄s i ſua cura:vt medicꝰ ifirmos.

- Primo q̄ eſt magiſter celeſtium.
- Scdo q̄ eſt medicus ſpũalis.
- Tertio q̄ eſt paſtor humane nature.
- Quarto q̄ eſt dñs totius vniuerſi.

¶ Primo igiꭍ oñdiꭍ nobis in ſctõ euãgelio q̄ ieſus ē ꝛc̄.hᵒ oñditur in ꝑma clauſula cũ dĩ. Erãt appropinq̄ntes ad ieſuꝫ ꝛc̄. Publicani ſũt publici pctõres. Pctõres ſunt qui veniebãt ad deũ:ſꝫ lꝫ pctõres ſecrete peccabãt: tñ volebãt xp̄m ſeq ꝑꝑ ſuã ꝑdicationẽꝫ.ꝛ hᵒ oñdiꭍ cũ dicit:vt audirēt illũ. Et in hᵒ dico q̄ innuiꭍ de eo q̄ eſt mgr̃ celeſtis. Tres eniꝫ mgr̃i fuerũt ſed xp̄us fuit mgr̃ celeſtis. Primꝰ fuit terrenaꭍ.ſ.moyſes q dicit terrenꝰ.qꝛ intellectꝰ põt cape q̄ docuit.vt cũ dĩ Deuꭍ.vi. Audi iſrꝭ dñs deꝰ tuus vnꝰ eſt.diliges dñm deũ tuũ ꝛc̄. ois eniꝫ creatura cõcedit q̄ eſt vnꝰ.ꝛ iõ dicit terrenꝰ.qꝛ terrena ꝓmittebat:ꝛ nihil celeſte. Vñ Ioã.iij. Qui de terra eſt de terra loquiꭍ Scds magiſter fuit celeſtis.qꝛ eſt de eo vt de doctore pariſienſi vꭍ coloñ. Xp̄s i celo eternꝰ cũ p̄re exñs:ſꝫ veniēs i hũc mũdũ īdutꝰ hũanitate icepit legere ſecreta magna videlicꝫ q̄ ille de q̄ deꝰ fuerat locutꝰ moyſi:eſſet trinꝰ in ꝑſõis ſiue tres ꝑſõe.cũ dicit. Tres ſũt q teſtioniũ dãt i celo.pr̃.ṽbũ.ꝛ ſpiritusſctũs.ꝛ hi tres vnuꝫ ſũt.i. Ioã.v. Itē moyſes ꝓmiſit terrēa: ſꝫ i doctrina xp̄i nõ iuenieꭍ q̄ ꝓmiſit ꭍrena:ſꝫ tñmodo celeſtia. Et hoc cũ dicit. Beati pauperes ſpũ:qm̃ ipoꝝ ē regnũ celoꝝ. Matth.v. Hic icipit nouũ teſtamētũ. Qui fecerit volũtatē p̄ris mei q i celis eſt:ipe itrabit in regnũ celoruꝫ. Matthei.vij. Itē nõ ordiabat ſacrificiũ ꭍreſtre:vt faciebãt ſacerdotes ãtiqꝰ:ſꝫ ipe ſemetipꝫ i hoſtia ↄſecrat. Facta eñ ↄſecratione ꝛ ṽbis ↄſecratiõis a ſacerdote ꝓlatꭍ eſt ibi verꝰ deꝰ ꝛ hõ. Eſt eñ i ſacramēto eucharistie totꝰ xp̄s. Nã ibi eſt corpꝰ xp̄i.diuinitas xp̄i.ꝛ aia xp̄i.ꝛc̄. De q̄ vide ſanctũ Thomã.iij.ꝑte. q.lxxvi.ar.i. Ideo de veteri ſacꭍo ſiue ſacrificio dicit. Nõ eſt mihi volũtas in vobis.dicit dñs exercituũ.ꝛ munꝰ nõ ſuſcipiã de manu veſtra. Malachie.i. Ab ortu eñ ſolis vſque ad occaſũ magnũ ē nomē meũ i gētibꝰ:ꝛ i oi loco ſacrificaꭍ ꝛ offerꭍ noi meo oblatio mũda. qꝛ magnũ ē nomē meũ i gētibꝰ dicꭍ dñs exercituũ. Et vos polluiſtis illud in eo qd dicitis. Menſa dñi ↄtaminata ē.ꝛ qd ſuppoñꭍ ↄtēptibile ē cũ igne q illud deuorat. Iõ dĩ mgr̃ celeſtis:iõ dixit illi Nicodemꝰ. Rabi ſcimus qꝛ a deo veniſti mgr̃.nemo eni ꝛc̄. Ioã.iij. Tertiꝰ fuit mgr̃ iferna
ꭍ. Rex ſuꝑ oēs filios ſupbie. Et iſte venit ad ↄſiliãdũ machometũ q oñdit ei ifinita mala:maxie de luxuria: ita q̄ ſi ñ ꝑt hr̃e mulierē q̄ hr̃et viꝝ. Et ecce mgr̃ iferna
ꭍ. Nota hyſtoriã de hoc. Mat.xxij.de ſecta ſaduceoꝝ:q ex vna ꝑte erãt iudei. ꝛ iõ tenebãt ſectã ſarraceno
ꝝ q̄uis adhuc ñ eēnt ſarracēi ꝛ acceſſeꭍt ad xp̄m faciendo q̄ſnē de mulie q̄ habuerat ſeptē viros. Quibꝰ dixit rñdendo. Erratis neſciendo ſcripturas neq̄ ṽtutē dei. In reſurrectiõe eni nõ nubent:neq̄ nubenꭍ. Iõ poterat dicē. Nemo aſcēdet in celũ niſi q deſcēdit de celo. Ioan.iij. Nemo aſcendit in celum.ſ.ꝓmittendo celeſtia:ſed terrena. Iõ ſi terrena dixi vobis ꝛ nõ creditis ꝛc̄. ꝛ hoc per Moyſen.

¶ Scdo oſtendiꭍ in euangeᵒ q̄ xp̄s ē medicꝰ ſpũalis dando medicinã plagis ꝛ vulneribꝰ pctõꝝ nr̃oꝝ.qd oñdiꭍ cũ dĩ. Scribe ꝛ phariſei murmurabãt dicētes.qꝛ h̄ pctõres recipit:ꝛ mãducat cũ illis q reph̄endebãt iniuſte eũ. Medicꝰ eni cũ quibꝰ dꝫ habitare:cũ ſanis vꭍ cũ egris. Nulli dubiũ q medicus ifirmis neceſſariꝰ eſt. Vñ Aug. Magnꝰ ad nos venit de celo medicꝰ.qꝛ in mũdo vbiq̄ iacebat egrotus. De hoc dĩ. Hic.ſ.xp̄s peccatores recipit. Quõ iſte medicꝰ curat vulnera qñ.ſ.recipit in ſua cura aliquē. Et de hᵒ hꭍ ſermo in die cineꝝ. Cum ieiunas:vnge caput tuũ:ꝛ faciē tuã laua ꝛc.

¶ Tertio oñdiꭍ i euãgelio:q̄ xp̄s eſt paſtor hũane creature.ꝛ hoc oſtēdiꭍ in ſollicitudie oniũ cũ dicit. Erat qdã hñs centũ oues ꝛ ꝑdidit vnã:ꝛ dimiſit nonagintanouē. Iſte paſtor eſt xp̄s:qui dicit. Ego ſũ paſtor bonꝰ. Ioã.x. Tũc ꝑdiꭍ vna ouis qñ vnꝰ hõ ꝑꝑ pctm̃ aliqd ꝑdiꭍ.vtputa qñ vides vnã mulierē quã cõcupiſcis ꝛc. Vñ maxime ſunt duo pctã que faciũt ꝑdere ouē. Primũ eſt iurare enormiter. Scdm̃ eſt ludus taxillorũ. Per iſta duo pctã ꝑduntꭍ q̄plures oues: veniunt ex iſtis mortalitates ꝛ fames. Iõ dicebat dauid. Erraui ſic̄ oues q̄ perijt.ꝛ iõ qñ ouis redit ad ouile:eſt magnũ gaudiũ i celo.

¶ Quarto oſtēdiꭍ i euãgelio q̄ xp̄s eſt dñs vlis cũ dĩ. Que mulier.vſq̄ ibi. Poniãꝫ agēte Iſta mulier dña decē dragmarum eſt mia xp̄i. Et mia xp̄i vocaꭍ mulier.qꝛ cõiter mulieres hñt cor piũ:ꝛ miſericordiores ſũt viris.et iõ xp̄s cõparat ſuã miam mulieri. Nota decē dragme ſũt decē creature:i qbꝰ ē imago diue bõitatis.ꝛ ſũt nouē ordies angeloꝝ.ſ.ãgeli. archãgeli ꝛc̄.ꝛ natura hũana.ꝛ ſicut in dragma eſt imago regis:ſic in iſtis ſimiliter. Nã deꝰ nõ poſuit imaginēꝫ ſuã in aq̄:nec in terra nec in aere.ſed in creatura hũana. Sed decia dragma fuit ꝑdita.ſ.natura hũana:ꝓpter peccatũ ꝑmi hoīs. Nõ ſic fuit ſic̄ ſi tu haberes captiuũ ꝛ captiuã ſiꭍiter oēs filij eſſent captiui. Sic ſiꭍiter qñ adã ꝛ eua vēdiderũt ſe dyabolo:ita ꝛ oēs coꝝ ſeq̄ces. Iõ mꭍier.ſ.mia dei accēdit lucernã.ſ.xp̄ꝫ. Nã ſicut i cãdela ſũt tria ſ.cera:filũ:ꝛ lux.ita in xp̄o ſũt tria.ſ.cera hũilitaꭍ.filũ aīe ſenſitiue ꝛ lux diuinitaꭍ. De iſta cãdela dicꭍ Dauid i pſal. Qm̃ tu illumias lucernã meã.dñe deꝰ meꝰ illũina tenebras meas. Iſta cãdela euertit domũ in mũdo:ꝑdicãdo ieiunãdo:ãbulãdo ꝛc̄.ꝛ inenit eã i die veneris ſctã.iõ dicꭍ vicis ſuis.i.ãgeꭍ.creatis ꝛc̄. Cõgratulami mĩ:qꝛ inueni ouē quã ꝑdiderã ꝛc̄.

¶ De eadem dñica. Sermo tertius.

q

Que mulier hñs dragmas decē Lu.xv. Sermo nr̃ erit de ſctõ euangeᵒ qd ↄtinet mag̃ ſecreta ſacre ſcripꭍe ꝛ mꭍtas bonas doctrinas notabiles. Sꝫ pᵒ ſaluteꭍ ṽgo Maria. Sequiꭍ. Que mulier ꝛc̄. In iſto euãgeᵒ oſtēdiꭍ xp̄s excellē in q̄ttuor excellētijs ſiue modis.

- Primo oſtēdiꭍ vt magiſter celeſtialis.
- Scdo vt medicus ſpũalis.
- Tertio vt paſtor virtualis.
- Quarto vt dominus vniuerſalis.

De iſtis excellētijs dicꭍ thē. Que mulier hñs ꝛc̄. Pᵒ oñdiꭍ ſic̄ mgr̃ celeſtiaꭍ vt ſuꝑ. Si eniꝫ moyſes audiēdo ṽba dei ſtetit.xl.diebꝰ:ꝛ totidē noctibꝰ:i qbꝰ nõ mãducauit neq̄ bibit:q̄to magis ſtaꭍ debēt q ipꝫ videꭍt:ꝛ cũ ipo comedeꭍt ꝛ audieꭍt.qa erat hõ: ꝛ erat iter eos loq̄ns ꝛ ↄuerſans. Ecce q̄ñ oñdiꭍ mgr̃ celeſtis. Et fuit ↄpleta ꝓph̄ia. Iſa.l. Erigit mane mane erigit mihi aurē vt audiã cũ q̄ſi mgr̃ꝫ. Videꭍ.n.q̄ ibi ſit nugatio:ꝛ tñ nõ ē.ſꝫ ibi ē ſecretũ.erigit mãe. Et duplicat.cꝰ rõ ē:qꝛ ñ ſufficit audiꭍ doctrinã xp̄i aure corꝑali:ſꝫ ēt cõdiali.ſ.ad credēdũ ꝛ ad obediēdũ. No.mãe dꭍ i ortu ſoꭍ:qñ mittit radios ſuos ꝑ vniuerſam ꭍrã.ſic xp̄s q dꭍ ſol iuſtiᵉ. Vñ dꭍ ṽgiui marie. Ex te ortꝰ ē ſol iuſtiᵉ ꝛc̄. Itē deꝰ pꭍ ꝓmittēs filiũ ſuũ dicꭍ. Orieꭍ vob.i.ad vtilitatē vr̃aꝫ.ſol iuſtiᵉ:q exiuit de vtero ṽgis marie.ꝛ expãdit radios doctrie euãgelice. Audiã eũ q̄ſi mgr̃ꝫ Moraliꭍ. Mag̃ ē ↄſolatio xp̄ianoꝝ q hñerũt talē mgr̃ꝫ i fide.q nõ põt mentiri:nec falli.iõ crede firmiꭍ. Mat.xxij. Scimꝰ qꝛ verax es ꝛ viã dei in ṽitate doces. Alie gētes habuerũt

# Dñica quarta poſt feſtum trini.

doctrinā a pctōrib⁹ vt phariſei ⁊ iudei a moy
ſe. q2 lȝ hec doctrina ſit vera: tñ moyſes pecca
uit: ⁊ ꝓpter pctā ſua nō itrauit terrā ꝓmiſſio
nis. Sed nō ſic eſt de xpo q peccm̄ nō fecit. Et
ſic pȝ ſtultitia pſūptua eoꝝ q ſecū diſputant.
Quō eſt poſſibile ꝙ xps ſit i hoſtia ꝯſecrata
Deꝰ eñ pōt totū mūdū cōphēdere in grāo
arēe. iō nihil debēt dubitarī. Nūqd reputaret
factꝰ q ad lumē cādele vellȝ ꝓbarī nonos flo
renos ab aliq̄ ſibi datos: qa per tot fornellos
trāſieſt ponarī i burſa q2 talī ē ſtulti⁹ q2. xij. arti
culi fidei ſūt de auro purificato. q ſ. trāſierūt
p tot fornellos. ſ. xpi ⁊ apl'orū corā phariſeis
diſputādo. ⁊ tu ad lumē candele tui itellectꝰ
vis examiare. pōes in burſa cōſcie tue. Inde
hoc Ieronymus dat ꝯſiliū oibus xpianis. vt
qlibet ſciat credo in deū. dicēdo illud bis in
die. videlicȝ in ſero. ⁊ in mãe. ſicut q facit hōa
giū regi dādo fidē genib⁹ flexis. ſȝ tu poſſes
dicere. Dñe neſcio. Credo in deū. Culpa tua
eſt. tu bñ ſcis cātilenas. iō addiſcas. ⁊ dicatis
vt dič Dō qui fuit añ xpȝ p mille ānos. ⁊ ſcie
bat in ſūma iſtos articulos. ⁊ dicebat. Credi
di ꝟtutē fidei xpiane ſpū ꝓphie pp qō locutꝰ
ſuȝ Dō. Et ſequit. Ego aūt humiliatꝰ ſum ni
mis. Nā ſič cādela abſcōſa niſi poſſȝ reſpirarī
ſtati extigueret. Ita ē de nob. Fides eni eſt vt
cādela accēſa in corde. Vñ Dō. Qm̄ tu illu
minas lucernā meā dñe. ne vȝ ſiȝ in tenebris
erroris aut falſe opinióis. Credo ꝙ qlibȝ viȝ
hȝ iſtā cādelā i corde. ſȝ niſi reſpiret dicēdo.
Credo in deū. mane ⁊ ſero. extinguit. Iō mō
ſūt multi xpiani in mūdo noie qui nō ſūt ꝟ ſcō
ifideles: ⁊ tñ nō audēt ꝯfiteri noie xpi. Si cō
feſſus fueris in ore tuo dñȝ ieſū xpm: ⁊ in cor
de tuo credideris. ſalu⁹ eris. Sequit. Corde
credit ad iuſticiā: ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē.
Ro. x. ¶ Scđo xps oñdit in euāgeᵒ vt medi
cus ſpūal q dat curā ⁊ ſanitatē plagis nr̄is ⁊
morbis pctōꝝ nroꝝ qñ oñdit ibi. Murmura
bāt phariſei ⁊c̄. Nō ſcriba nō dī ab arte ſcri
bēdi: ſed a noti⁹ ſcripte: ⁊ idē erat qō doctor.
Et murmurabāt ꝯ ipȝ xpm: ipm totalit cōdē
nādo O magna eēt cecitas ꝯdemnare bonū
medicū: qui itrat hoſpitale ad viſitādū infir
mos. iō riidit eis xps. Nō ē op⁹ ſanis medicꝰ
Mat. ix. Ecce qūo oſtēdit medicꝰ ad ſanādū
plagas ⁊ ifirmitates ipoꝝ. Moralit. Vidca
m⁹ qūo dat medicinas plagis pctóꝝ. Dico
ꝙ ad ſimilitudinē medici corꝑalis. qui qñ re
cipit ifirmū facit ſanū. Hoc hȝ in ſmone i die
cinerū. Et tñ de hoc ſcđo. ¶ Dico tertio ꝙ
xps oñdit vt paſtor ſpualis qui vult ſeruare
oues ſuas. Qō oſtēdit cū dī. Quis ex vobis
hȝ cētū ⁊c̄. Ecce quō xps oñdit ſe eē paſtorē
ſpualē. ⁊ ꝯcordat ꝓphia quā dicebat. Ezech.
xxxiiij. Ecce ego ipe reqrā oues meas. ⁊ viſi
tabo eas ſicut paſtor gregē ſuū i die qñ fuerit
i medio ouiū ſuaꝝ diſſipataꝝ ſic viſitabo eas:
⁊ liberabo eas de oib⁹ locis in qb⁹ diſpſe fue
rāt i die nebule ⁊ caliginis. Et educaȝ eas de
pplis ⁊ ꝯgregabo eas de terris: ⁊ iducā eas
i terrā ſuā. ⁊ paſcā eas i mōtib⁹ iſrl ⁊c̄. Mo
ralit exēplū ⁊ doctrinā hñt hȝ dñi tꝑales ⁊ ec
cleſiaſtici q̄ntā curā debēt hēe de ouib⁹ corri
gēdo ne pereāt. Nō ꝙ ſūt q̄ttuor pctā morta
lia q ſūt i deſtructōeȝ ouiū. Pᵐ ē ſuſtētare di
uinos ⁊ diuas. qō ē ꝯ reuerētiā dei. vt hȝ pᵒ li
bro Regū de ſaule: q ex ꝓcepto dei oēs diui
nos extirpauit niſi vnā mulierē phithonicā.
Nō hiſtoriā. ⁊ ſic ipſe fuit vict⁹ i ꝑlio ⁊ fili⁹ ei⁹
Et poſtea null⁹ de ſuo gñe regnauit. dī. i. Pa
ralip. x. Mortu⁹ ē ſaul ⁊c̄. Siſcitis aliquā ꝑ
nūcieſ ⁊c̄. Ecce lex dī nō ſolū medicinalis: ſȝ
moralis. Diuin⁹. n. ñ ſolū nocet ſibi: ſȝ toti cōi
tati: q̄diu ſuſtinet i vna ciuitate dī ira ē i illa.
Scđȝ ē blaſphemia diualis. q2 cū honore de
bem⁹ aſſumere nomē dei nr̄i: ita ꝙ null⁹ dȝ aſ
ſueſcere falſuȝ iuramētū. Vñ multi nr̄ȝ nō ſo
lū iurāt falſe: ſȝ enormit: ſiue p corpus ſiue p
ſanguinē. Itē renegāt. ſȝ renegare dñȝ ſuū ñ
ē opus nobiliuȝ. Tales tꝑe antixpi ſine mag
violētia ⁊c̄. Itē blaſphemāt ꝯ deuȝ ⁊ ꝯ btām
ꝟginē. ⁊ ꝯ oēs ſctōs ⁊ ſctās. ⁊ eis hᵒ adhuc ñ
ſufficit: ſȝ qñ ſciūt aliquē iurātē: iſtigāt euȝ vt
forti⁹ iuret: ⁊ tūc ridēt ⁊ multū delectat. Nō
illō qō hȝ Leuitici. xxiiij. dič de⁹ moyſi. Educ
blaſphemū ex caſtra: ⁊ ponāt oēs q audierūt
man⁹ ſuas. ſ. caput ei⁹. ⁊ lapidēt eū vniuerſus
ppls. Dico vob ꝙ oēs ꝟbeſ clamat ꝯ eū ſič ꝯ
lupū. ⁊ iā null⁹ ē q curat. ſȝ oēs mō ad eū ꝯfu
giūt tāq̄ȝ ad deū. Tertiū ē negligētia i feſtiui
tatib⁹ obſeruādis. q2. ſ. mō ñ ſuāt: imo apiūt
opatoria. O ē tps voluit i ſeptē dieb⁹, ⁊ de⁹ q
ē dñs tpis ꝯdit nob ſex dies ad opādū. ⁊ vnū
ſolū ſibi retinuit. Vñ hēm⁹ tale a dō ꝓceptū.
Memēto vt diē ſabbati ſctifices. Exo. xx. ſab
batū q̄ſi reges: q̄ fuit i die reſurrectióis. i me
moriā ei⁹ xpiani debent qeſcē ab oi ope ſuili.
Quartū ē ſuſtinē ludū taxilloꝝ: q ē fons blaſ
phemie. Iō extirpet. q2 ē ꝺſtructio toti⁹ cōita
tis. Nō hiſtoriā q̄ hȝ i trib⁹ caplis. iiij. Regū.
xix. de rege ſennacherib. q2 ꝑ ei⁹ blaſphemia
occidit eū de⁹. ſȝ q̄re hᵒ. Qm̄ q talia agūt di
gni ſt morte. Ro. glo. Aug. Cōſentiētes ⁊ fa
ciētes pari pēa puniēdi ſt. ¶ Quarto oñdit



xpus ⁊ dñs vr̄is. cū dicit ihe. Ecce mulier ⁊c̄.
Nō vt in ꝓcedēti ſmone q̄re mīa diua ꝯpara
tur mulieri. Nō. quō xps euertit domū i ꝓdi
catiōe. q2 null⁹ curabat de celo: ſȝ de t̄ra tm̄.
Xps eni euertit vt deſpiciat terra. Itē ſm le
ges ſpiales ſolut⁹ ⁊ ſoluta poterāt ſtare ſil. ſȝ
xps euertit p mr̄imoniū. Itē leges impiales
ſuſtinebāt vſuras ⁊ fraudes. ſed xps euertit ⁊
ꝓcepit ꝙ ex mutuo nihil recipiat. Accēdit lu
cernā. ſȝ p icarnatōeȝ. ⁊ euertit domū. ſ. p ꝓdi
cationeȝ ⁊ q̄rit diligent in t̄ra p mortē. aut in
iferno. ⁊ venit in domū in aſcēſione ⁊ vocauit
vicinos. i. ordines angeloꝝ. archangeloꝝ: ꝓn
cipatuū: dñationū: ꝟtutū: thronoꝝ ptātū: che
rubī: atq̄ȝ ſeraphin. ⁊ dixit iſtis vicis. cōgratu
lami mihi: q2 iueni dragmā quā ꝑdiderā ⁊c̄.

¶ Dñica quarta. Sermo ꝓm⁹. de euāgelio.

**Eſtote** miſericordes ſič pr̄ vr̄ miſericors eſt. Luc. vi.

Hoc pñs euāgeliū hodiernū ē ꝓdi
catiōis ꝟbū ⁊ doctrina xpi in q̄ oñ
dit ſingulariter ſex ꝟtutes nobis neceſſarias.

- Prima eſt miſericordia primalis.
- Scđa amicitia fraternalis.
- Tertia patientia virtualis.
- Quarta cōfidentia ſupernalis.
- Quinta ſapientia diuinalis.
- Sexta prouidentia naturalis.

In iſtis ſex ꝟtutib⁹ vel doctris ſtat totū euan
geliū hodiernū. De pᵒ aūt loqt ihe. di. Eſto
te miſericordes ſič pr̄ vr̄ miſericors eſt: q̄ſi dicat
recipiatis exēplū ⁊ doctrinā a pr̄e vr̄o celeſti.
Quia boni filij debēt eē ſiles bonis parenti
b⁹ in bonis opib⁹. Itē dixit xps iudeis. Si fi
lij abrahe eſtis: opa abrahe faciat. Ioan. viij.
¶ Dico prio ꝙ dñs ihs xps in ſctō euāgelio
hodierno oñdit vnā ꝟtutē que dī mīa prima
lis de q̄ dicit ihēs in ꝑncipio euāgelij. Eſtote
miſericordes ſicut pr̄ vr̄ miſericors eſt. Mīa dei
erga nos eſt ita magna ⁊ copioſa: ꝙ qcqd fe
cit: qcqd hȝ: qcqd eſt in celo ⁊ in t̄ra ⁊ i elemē
tis: oīa dat nobis libalit: ēt ſeipſuȝ. Prio dat
nob terrā ad habitādū qa in aq̄ nō poſſemus
viuē: vel in aere vt volucres. Dō. Terrā āt de
dit filijs hoiuȝ. Et nō dedit illā vacuā: ſed ple
nā arborib⁹ ⁊ plātis aialib⁹ fontib⁹ torrentib⁹
mōtib⁹ ⁊c̄. Et totū dedit nob: q2 ꝑ ſe nihil eo
rū indiget. Scđo dedit nob aquā ad nauigā
dū: piſcandū: mūdandū ⁊c̄. Tertio dedit no
bis aerē ad reſpirādū: q2 alr̄ nō poſſem⁹ viuē
Item dedit nobis volucres ad ſeruitiū nr̄m.
Itē dedit nubes nob in refrigeriū ſol ⁊ plu
uias. Quarto dedit nobis ignē ad calefaciē
dū ⁊ ad ꝓparādū cibaria. Solē ad illuminan
dū. calefaciēdū ⁊ fructificādū. Idē de luna ⁊
planet oēs influūt. Quinto dabit nobis celū
empyreū. Dicet eni i iudicio vniuerſali bonis
Venite bñdicti pr̄is mei: poſſidete paratū vo
bis regnū a ꝯſtitutōe mūdi. Mat. xxv. Item
dat nobis āgelos in cuſtodiā. Itē dat nobis
ſemetipȝ. Prio dedit aīam ſuā in redēptiōeȝ
aīarū nr̄arū. Dat nobis corp⁹ i hoſtia cōſecra
ta ad cōicādū. Itē dat nobis diuinitatem in
obiectū btificatiōis. Nōne vr̄ g° vob ſi ē mag
mīa ei⁹ erga nos. Nūqd diceret multū miſe
ricors dñs rex vel papa: q oīa ſua daret: ita fe
cit de⁹. Ideo apl's. Deus q ꝓſtat. i. dat nobis
oīa abunde ad fruēdum. i. vtēduȝ bñ agere
diuites fieri in bonis opib⁹. i. ad Thymo. vi.
Cū g° deceat filios bonū pr̄eȝ imitari. ꝓpter
hoc dicit xps nobis q i baptiſmo ſci ſum⁹ filij
dei. Eſtote miſericordes ſič pr̄ vr̄ miſericors ē
Si nō dam⁹ totū: admin⁹ faciam⁹ pr̄eȝ idigen
tib⁹ de bonis tā ſpūalib⁹ q̄ȝ tꝑalib⁹. Verbigra
ſi habeſ magnā ſciaȝ: detis pteȝ ignorāti. ſibi
oſtēdendo q̄liter ſe dȝ regē. Idē de deuotiōe
ad ideuotū: ⁊ de ꝯſilio ad dubitantē: ⁊ ſic de
alijs. Idē de bonis tꝑalib⁹ ſi habeſ panē: vi
nū: domū pecunias: veſtes: diuidas cū paupe
rib⁹ xpi: ⁊ tūc eritis ſiles pr̄i vr̄o. Iō dicit ſcri
ptura. Eſtote benigni iuicē: miſericores: donan
tes inicē: ſič ⁊ de⁹ in xpo donauit vobis Eſto
te imitatores dei: ſič filij dei chariſſimi: ⁊ ābu
late i dilectiōe ſič ⁊ ipſe dilexit vos. ad Ephe.
iiij. ⁊. v. c. Nota hic de vſurarijs q nolūt dare
nec mutuare niſi ad vſuraȝ. Nō ſūt filij dei q2
nō aſſimilant pr̄i ⁊c̄. ¶ Scđo oſtendit in euā
gelio hodierno ſcđa virt⁹: q̄ eſt amicitia frāna
lis: q̄ in hoc ꝯſiſtit ne vn⁹ loquat male de alio
ipm diffamādo vel pctm̄ ei⁹ occultū publicā
do: vel dr̄. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini.
Nolite ꝯdēnare ⁊ nō cōdēnabimi. Iſta ꝟba
nō dr̄ iudicib⁹ nec dñis: q2 ipſi debēt ⁊ tenē
tur iudicare ⁊ ꝯdēnare iuridice. Sȝ loqt gña
lit ne adiuuicēȝ faciam⁹ iudicia temeraria. ſ.
ſcā vel dicta alioꝝ in ſiniſtrā ptē interꝑtādo.
Verbigra. ſi audis aliqd qō poſſit tā i bonuȝ
q̄ȝ in malū interꝑtari: ſemp interꝑtādū eſt in
bonū. Itē ſi videſ mulierē loquentē cū cleri
co pōt interꝑtari in bonū ⁊ malū: iō in bonū
eſt interꝑtāduȝ. xi. q. iij. Abſit. in glo. Sed ſūt
q̄dā ita mala de ſe ꝙ nō pñt ad bonū interꝑ
tari: vt homicidiū: furtū: falſū iuramētū. Iſta
poſſum⁹ iudicare ⁊ cōdēnare: q2 ꝺ pctis noto
rijs poſſum⁹ iudicare ⁊ ꝯdēnare. Unde dixit
xps. A fructib⁹ eoꝝ cognoſceſ eos. Matth.

vij.ſ3 cauete a iudicijs ſecretꝭ.⁊ ſcerꝭ qꝛ rega/
lia dei pñis de his h3 iudicare ⁊ ꝯdẽnare. No
ta i vitiſpatꝝ de fr̃e iudicãte fornicantẽ ſecre
te.Cui angel⁹ dixit volẽs ipm̃ corrigẽ. Quis
peccat plus:q facit ꝯ caſtitatẽ vl̃ ꝯ charitatẽ
Rñdit ꝙ ille q facit ꝯ charitatẽ.⁊ bñ.Jõ di/
xit ille. Plus peccas tu ꝙ ille. Nota etiã de
ſctõ pr̃e deſpiciẽte ⁊ iudicãte comedẽtem in
die ieiunij.Jõ aplus. Nolite añ tp̃s iudicare
quoadusq3 veniat dñs q illuminabit abſcõdi/
ta tenebrarꝝ ⁊ manifeſtabit ꝯſilia cordium.i.
Cor.iiij.℄ Tertia eſt patiẽtia ṽtualis vnius
ad alterꝝ:ſi fiũt nobis iniurie ꝙ remittam⁹ ⁊ ſi
mus amici.Hoc notaꝛ cũ dꝛ. Dimittite ⁊ di/
mittetꝛ vobis.Date ⁊ dabitꝛ vob̃.Ira odiũ ⁊ i
patiẽtia hoĩu3 hui⁹ mũdi ſtat in duob⁹ locis
ſ.in corde ⁊ in ore.In corde eni ꝯſiſtit odiu3:
ira :rãcor ⁊ deſideriu3 vindicte.De hoc dicit
xp̃s.Dimittite.ſ.odiũ cordis:⁊ dimittetꝛ vob̃
ſ.debitũ pene pctõꝝ.Rõ:qꝛ de⁹ nõ põt vinci
nec ſupari a creatura in bonitate.Si ergo ini
micus iniuriã tibi itulit ⁊ tu etiã peccãdo in/
iuriã deo ĩtuliſti ⁊ maiorẽ iniuria incõpabilitꝛ
deũ offendiſti.Si ergo tu habes tantã boni/
tatẽ ꝙ pcis inimico tuo:niſi de⁹ pceret tibi vĩ
vicer⁹:qd abſit.Jõ qñ tu remittis: ⁊ ipſe remit/
tit tibi.Et iſte ẽ melior mod⁹ obtinẽdi remiſ/
ſionẽ pctõꝝ remittẽ inimicis ꝙ alijs. Jõ xp̃s
in petitiõe.Dimitte nobis debita nr̃a.Et aſſi/
gnat rõne3:ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹
nr̃is.In alijs petitõib⁹ nõ aſſignatꝛ rõ:ſ3 ſolũ
in iſta.Et nõ dicit ſicut oram⁹ vel ieiunamus
vt elemoſynã dam⁹ vel hoſpitalia edificam⁹:
ſ3 ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̃is.Si q̃/
ratꝛ.ſi ego remitto inimicis ⁊ ſum in aliq̃ alio
pctõ mortali obtinebo remiſſionem pctõꝝ a
deo.Dico ꝙ illa remiſſio quam vos facitis tm̃
placet deo ꝙ ĩpetrabit vob̃ ꝯtritionẽ de pctiſ
⁊ de⁹ nõ pmittit vos mori in pctõ exq̃ pp ho/
norẽ dei remittitis:nõ pp pces dñoꝝ.Alſ dice
ret xp̃s. Pr̃ me⁹ celeſtis tradet vos tortorib⁹
Si nõ remiſeritis vnuſq̃ſq3 fr̃i ſuo de cordib⁹
vr̃is.Mat.xviij.Scõo odiũ ira ⁊ ĩpatiẽtia cõ
ſiſtit in ore.Jõ dꝛ Date.ſ.ṽbũ ſalutationis:⁊
dabitꝛ vob̃:ṽbũ ſaluatiõis.No.ꝯ illos q dicũt
ꝯfeſſorib⁹. Nolo ſibi malũ tñ nõ loquerer ei.
Hoc nihil valet:qꝛ os eſt ſignũ cordis.Date
ergo ſignũ in ore ꝙ dimiſiſtis odiu3 cordis.
Jõ multi moriũtꝛ ſine verbo:qꝛ nõ pñt ꝯfiteri
nec facẽ teſtm̃:qꝛ auſerũt ṽbũ primo:nec xp̃s
loqꝛ eis i porta pădiſi:niſi illõ.Amẽ dico vo/
bis:neſcio vos.In hoc maxie deficiũt mulie/
res.Jõ xp̃s.Si ſalutaueritis fr̃es vr̃os tm̃:qd

ãplius facitis.Nõne ⁊ ethnici hoc faciũt. Eſto
te ergo pfecti ſicut pr̃ vr̃ celeſtis perfect⁹ eſt.
Mat.v.℄ Quarta virt⁹ eſt ꝓuidẽtia ſupnaꝛ
Debem⁹ eni in hoc mũdo ꝯfidẽ de deo:⁊ no/
bis nihil deficiet.Hoc notaꝛ cũ dꝛ. Mẽſurã
bonã ⁊ ꝯfertã ⁊ coagitatã ⁊ ſupereffluẽtẽ da
bũt in ſinũ vr̃m . Eadẽ qppe mẽſura q̃ menſi
fueritis.ſ.i hoc mũdo ſuiẽdo deo remetietꝛ vo/
bis.ſ.in alio mũdo. Nota cũ dicit.Eadẽ mẽſu
ra:nõ dicit equali menſura.ſ.ꝙ glr̃ia ſit eq̃lis
bone vite:ſed dicit eadẽ:qꝛ inter vitã bonam
miam ⁊ opa meritoria ⁊ glr̃iam eternã : nõ pt
inueniri eq̃litas. Nã opa nr̃a bona quãtũcũq3
ſint magna ẽt merita nihil ſũt reſpectu vnius
hore glr̃ie.Sicut g° nõ põt ẽẽ eq̃litas ĩter flo/
renos ⁊ denarios:ſic nec ĩter glr̃iam dei ⁊ opa
nr̃a Aplr̃s.Exiſtimo ꝙ nõ ſũt ꝯdigne paſſiõeſ
hui⁹ tpis ad futurã glr̃iam que reuelabitur in
nobis.ad Ro.viij.Inter opa nr̃a ⁊ glr̃ia3 dei
nõ eſt equalitas quãtitatis:ſ3 ꝓportionabilitatis
qꝛ q plus facit de bono:pl⁹ h3 de glr̃ia.Ecce q̃
re dicit.Eadẽ qppe menſura ⁊c̃. Nota ꝙ pro
bonis opib⁹ de⁹ dat quattuor retributiones:
duas in hac vita:⁊ duas in alia vita:⁊ oẽs po
nũtꝛ ibi. Menſurã bona3 ⁊ cõfertã ⁊c̃ . Pri/
ma retributio eſt bonoꝝ tp̃aliũ in hoc mun/
do cũ dꝛ.Menſurã bonã ⁊c̃.Deus eni prouĩ
det ſuis ſeruitorib⁹ de oĩbus neceſſarijs. Non
dicat religioſus . vnde habebo veſtes ⁊c̃.nec
clericus dicat:oꝫ me vendere miſſas ⁊ ſacra/
menta:ſed ſerui eos diligenter deo:qꝛ prouidẽ
bit. Et qꝛ mõ tam male ſeruimus deo:miru3
eſt ꝙ inuenim⁹ aquã in puteis.Idem de lay/
cis qui dicũt : faciã vſuram vt poſſim viuere.
Idẽ de mulierib⁹ q̃ volũt hr̃e ſpãles vt ꝓui/
deantꝛ ⁊c̃ . Si bene ſeruiretis deo q̃libet i ſuo
ſtatu deus ꝓuideret vobis . Auctas.Timete
dñm oẽs ſcti ei⁹ qm̃ nõ eſt inopia timẽtib⁹ eũ
Diuites eguerũt ⁊ eſurierũt:inquirẽtes autẽ
dñm nõ minuentꝛ oĩ bono.ps.xxxiij.Timetur
deus qñ nulla cauſa fit cõtra ei⁹ honorẽ.Se/
cũda retributio eſt etiam in hoc mundo.ſ.bo
norũ ſpũaliũ:cũ dꝛ:menſurã cõfertam dabũt
in ſinũ veſtrũ.Cõfertã.i.plenã:a cõfero con/
fers:⁊ hic eſt abũdãtia bonoꝝ ſpũaliũ in aĩa.
Nã qui bene ſeruit deo nõ ſolũ remuneratꝛ h
in bonis tp̃alib⁹:ſ3 in ſpũalib⁹:dat de⁹ in aĩa
grãm ſuam cõſolationes multas ⁊ illumina/
tiones virtutes ⁊ reuelationes ⁊c̃. Requiem
dabit tibi dñs deus ſemp:⁊ implebit ſplẽdo/
rib⁹ aĩam tuam.Iſa.lviij.Tertia retributio ſi/
gnificatꝛ:cũ dꝛ:menſurã coagitatã.ſ.ꝯpſſam.
Iſta retributio datur a deo in alio mũdo ſta



tim qñ aĩa recedit a corpe:tũc.n. videt diua3
eẽntiã:trinitatẽ pſonaꝝ:⁊ hũanitatẽ: ṽgine3
Mariã:angelos ⁊ ſctõs.De iſta dicit ſcriptu
ra.Juſtoꝝ aĩe i manu dei ſũt ⁊ nõ tãget illos
tormẽtũ malicie.Viſi ſũt oculis iſipiẽtiũ mo
ri:illi ãt ſũt in pace.Sap.iij.Quarta retribu/
tio tãgitꝛ cũ dꝛ.mẽſurã ſup effluẽtẽ ⁊c̃.i.ſupi⁹
effluẽtẽ.Iſta retributõ erit i gn̄ali iudicio qñ
glr̃ia aĩe redũdabit i corp⁹:ſicut mõ ẽẽ ſubale
aĩe cõicatꝛ corpi:⁊ ſil̃ faciũt vnã entitatẽ: q̃ dꝛ
hũanitas.Ita tũc aĩa cõicabit corpi glr̃iã ſuã:
qꝛ nõ erũt diuerſe glr̃ie aĩe ⁊ corpis:ſ3 vna.Si
cut lucerna accẽſa cõicat lumẽ laterne:ita aĩa
cõicat glr̃iã corpi.Op3.n.corruptibile h°idue
re icorruptionẽ.i.Choꝝ.xv.℄ Quĩta ẽ ſapiẽ
tia diualis:q̃ oñditꝛ ibi.Nũqd põt cecus cecũ
ducẽ.Nõne.n.ãbo i foueã cadũt.Nõ ẽ diſci/
pulus ſup̃ magr̃3 pfect⁹ ãt oĩs erit ſi ſit ſicẽ ma
giſter ei⁹.Sapiẽtia diualis ꝯſiſtit i h°ꝙ in ſe/
cretis fidei ⁊ ſacre ſcripture eligẽd⁹ ẽ magr̃ vi
dẽs p approbatã ſcia3:⁊ ducẽs ⁊ oñdẽs viã p
ſctã3 vitã.In ſecretis ãt fidei q̃libet viator ẽ ce
cus:qꝛ null⁹ ſciuit vnq̃3 aliqd niſi q̃tũ xp̃s vo
luit reuelari.q ab iſtãti ſue ꝯceptõis vidit oĩa
ſecreta dĩ.Hic p3 error iudeoꝝ q recipiũt du
ctorẽ cecũ.ſ.moyſen:q nũq̃3 in h°mũdo vidit
deũ niſi i raptu:imo dixit ſibi de⁹ qñ petijt ꝑ
grã ꝙ poſſet eũ vidẽ.Nõ videbit me hõ ⁊ vi
uet.Exo.xxxiij.Itẽ p3 error agarenoru3 q ſe/
quũtꝛ cecũ machometũ:nũqd põt cecus cecũ
ducẽ. Rõ:qꝛ diſcipul⁹ nõ ẽ maior mgr̃o: qꝛ ſi
mgr̃ cadit:ẽt ⁊ diſcipul⁹ q eũ ſeqꝛ.Sol⁹ ergo
xp̃s ẽ mgr̃ cui d3 credi:⁊ ductor q nũq̃3 erra/
uit i via pădiſi. Ipſu3 ergo d̃bẽt oẽs gẽtes eli
gere in magr̃m ⁊ ductorẽ.Deu3 nemo vidit
vnq̃3:vnigenit⁹ fili⁹ qui eſt in ſinu patris ip̃e
enarrauit ſupple ſecreta fidei.Joh̃.i.Que cõ
tinentꝛ in Credo i deũ:i q̃ ſunt.xij.articuli di/
caꝛ.Moraliter.Nũqd põt cec⁹ cecũ ducere.
Sũt aliq qñ debẽt cõfiteri ſciẽter eligũt con/
feſſorẽ cecũ:ſicut ſunt vſurarij:ꝯcubinarij:vin
dicatiui:latrones:⁊ ſil̃es dicẽdo.ſi ego cõfite
rer tali qui eſt multũ itelligẽs nõ abſolueret
me:⁊ ſcienter vadũt ad beſtiã ignorantẽ non
cognoſcẽtẽ pcã:⁊ ꝯdẽnat ſe:⁊ veniẽtes ad ſe
qꝛ neſciũt qd dñt eis iniũgere: exquo ⁊c̃. Jõ
ãmbo i foueã cadũt.Cũ tñ xp̃s auiſando vos
dicat.Sinite illos.ſ.ꝯfeſſores ignorãtes: ceci
ſunt ⁊ duces cecorũ.⁊c̃.Math.xv.Nota exẽ
plũ de illo hoĩe in oĩ genere capitaneo armo
rũ q ĩfirm⁹ ex verecũdia vocauit ſcutiferũ vt
vocaret ſibi bonũ ꝯfeſſorẽ ſicut fecit:q̃ repu/
tato vocauit aliũ ⁊c̃.Ecce q̃re dicit: Nunqd

põt cec⁹ cecũ ducere ⁊c̃.ſ.qñ fit electiue ſ3 qñ
vos creditꝭ ꝙ ꝯfeſſor ẽ bon⁹ ⁊ ſufficiẽs ⁊ ẽ pl̃s
mẽdũ ꝙ ẽ ſufficiẽs:qꝛ ẽ i ṽitate magr̃ vel le/
ctor vl̃ prior:⁊ ẽ oppoſitũ ipſe ſol⁹ dãnaꝛ:⁊ vos
eſtis excuſati.℄ Sexta ṽtus ẽ ꝓuidẽtia hũa
nalis.ſ.q̃lr̃ hõ ſe d3 gubernare in h° mũdo ꝯ
pctã:maxie cũ dꝛ.Quid aũt vides feſtucã in
oculo fr̃is tui trabẽ aũt q̃ i oculo tuo ẽ nõ vi/
des vſq3 i finẽ.Trabs magna ẽ pctm̃ mortale
magnũ:vt homicidiũ:furtũ:ſacrilegiũ:adul/
teriũ:⁊ hmõi.Dicatꝛ d̃ q̃libet iſtoꝝ qd ẽ. Itẽ
ſymonia:vſura: falſa iuramenta:blaſphemie.
Feſtuca aũt ẽ pctm̃ veniale:vt plus comede/
re ex bõitate panis vel bibere:nõ tñ inebriari
qꝛ tũc ẽẽt mortale:nimis ridere vel dormire.
Et ſunt mlr̃i q volũt corrigere iſta pctã venia
lia alioꝝ ⁊ nolũt corrigere ſua pctã mortalia
Ideo dicit xp̃s.Quid aũt vides feſtucã i ⁊c̃.
Hoc maxie dꝛ malis iudicib⁹ dñis: plãts ⁊ re
ctorib⁹ pplõꝝ ſiue cõitatib⁹ magnis peccato
rib⁹ volẽtib⁹ corrigere venialia alioꝝ: ⁊ non
mortalia ſuoꝝ. Nota d̃ pirata cui alexãder d̃
dit ſnia3 mortis.Qui dixit.Ego q tã modico
nauigio vitã pquiro:latro vocor.Tu q cũ ma
gna claſſe mũdũ vaſtas diceris ĩpator. Ita ẽ
d̃ mlr̃is iudicib⁹ q ꝯdẽnãt puos latrones qui
pua receperũt.Et ipi q plus furantꝛ vl̃ p vſurã
rapinã calũniã:⁊ ſymoniã:dñr iudices ⁊ dñi
iõ tali dño dic xp̃s.Hypocrita eijce pmũ tra/
bẽ d̃ oclo tuo ⁊c̃.Quia ordo naturaꝛ ꝓuidẽ
tie ẽ pmo ꝓuidẽ ſibi ⁊ ꝯſeq̃nter alijs.Attẽde
tibi ⁊ doctrie:iſta i ill̃.Hoc.n.faciẽs ⁊ teipm
ſaluũ facies ⁊ eos q te audiũt.pma ad Thy/
mo.iiij.Debet cogitare iudex qñ ꝯdẽnat ali/
quẽ itra ſe dicẽs.O,miſer ego ꝯdẽno iſtũ i ta
li ſpecie:ego feci peiora:qꝛ ſi fuiſſet ſcitũ ego
fuiſſe3 cõbuſtus tot anni ſunt. Ideo ꝯfitebor
pmo ⁊ poſt dabo ſentẽtiã ꝯ illũ:alſ grauiter
peccaret iudex ꝯdemnãdo aliũ i pctõ. Ideo
aplr̃s plãtis dñis:⁊ iudicib⁹.Attẽdite vobis ⁊
vniuerſo gregi i q̃ vos ſpũſſanct⁹ poſuit ep̃os
rgere ecclĩã dĩ:quã acq̃ſiuit ſanguie ſuo.Ego
ſcio qm̃ itrabũt poſt diſceſſionẽ meã lupi ra/
paces i vos nõ pcẽtes gregi.Et ex vobiſipſis
exurgẽt viri loq̃ntes puerſa vt adducãt diſci/
pulos poſt ſe:ppt̃ea vigilate ⁊c̃.Actuũ.xx.c.
℄ De eadem dñica.Sermo ſecundus.

## P Ater veſter miſe

ricors ẽ. Luce.vi.Thema.dat mi/
hi motiuũ d̃clarãdi vobis gradus
diuine miſe q̃s deus oſtẽdit nobis.Materia
erit vtilis ⁊c̃.Salutetꝛ ṽgo maria ⁊c̃. Cogita

ni quõ poſſez võb bñ declarare grad⁹ diuine
mie erga pctõres. Et inueni q̄ Dd̃ poſuit ſex
grad⁹ dine mie i duob⁹ v̄ſib⁹ pſalterij dicẽs.
Miſerator ꝛ miſericors dñs patiẽs ꝛ multũ
miſericors. Suauis dñs vniuerſis: ꝛ miſatiões
ei⁹ ſup oĩa opa ei⁹ pſ. cxliij. Ecce q̄re dic̃. the.
Pĩ veſt miſericors ē ꝛc̃. Sũt g° ſex gd⁹ mie di.
¶ Primus eſt retardatio eterne damnatio/
nis ibi: miſerator.
¶ Secundus eſt ex parte continue tempora
lium donationis. ibi: ꝛ miſericors.
¶ Tertius eſt ſupportatio criminalis grauã/
tionis. ibi: patiens.
¶ Quartus eſt remiſſio culpe ex pte vere cõ/
tritionis. hic: multum miſericors.
¶ Quint⁹ ē relaxatio pene ex parte deuote
orationis. hic: ſuauis.
¶ Sextus eſt donatio gratie ex pte hũilis pe
titiõis h̄ cũ dicit: miſerationes eius ꝛc̃.
¶ Prim⁹ grad⁹ tãgit ibi: miſator dñs. i. mie
dato: q2 ñ ſtati iſert dãnatiõez pctõri: magna
mĩa ē iſta. Nã poſtq̄ iudex fecit pceſſuz ꝯ ali
quẽ ꝛ dedit ſniaz ꝯ eũ: ſtatim fit executio ſine
mĩa. Nõ ſic facit de⁹: ſꝫ miſericordit̃ expectat
pceſſus pctõꝝ nroꝝ ẽt fact⁹ ē: ꝛ oĩa pctã nr̃a
ſũt iã ſcripta i libro ſcie di: ſtati qñ hõ fac̃ pec
catũ ſiue corde male cogitãdo: ſiue ore male
loq̄ndo ſiue ope male opãdo: op⁹ trãſit: ꝛ re/
mãet pctm̃ ſcriptũ i libro di. Auctas dicebat
dd̃. Impfectũ meũ viderũt oculi tui: ꝛ i libro
tuo oẽs: ſupple: defect⁹ mei ſcribent̃: dies for
mabũt: ꝛ nẽo i eis pſ. cxxxviij. Itẽ ſnia ē iã da
ta. Aĩa q̄ peccauerit ipa morietur. ſ. morte eṫna.
Ezech. xviij. Sꝫ ecce dĩna mĩa: q2 cũ pceſſus
ſit fact⁹: ꝛ ſnia data ꝯ pctõrẽ: tñ ñ ſtati fit exe/
cutio: imo expectat diẽ vnũ: mẽſez vnũ: ãnos
tres: ꝛ q̄ttuor ꝛ decẽ. xx. ꝛc̃. ad pniaz: q2 ſi vis
ꝯuerti totũ reuocabit. Ecce q̄nta eſt ei⁹ mĩa p
quot ãnos expectauit te religioſũ: quot ãni ſt̃
q̄ tu icepiſti peccare. Idẽ d̃ clericis ꝛc̃. O ſi
cogitauerit̃ quõ ē mag̃ mĩa iſta. Vulꝫ eã co/
gnoſcẽ. Dĩt ſcti doctores q̄ a p̃n° mũdi de⁹
creauit innũerabiles angelos ſctõs ꝛ bonos
oẽs ꝛ maior coꝝ lucifer voluit d̃o eq̄ri: ꝛ reue
lauit h°aliꝫ: ꝛ m̃lti de q̄libet ordie tãq̄ adu/
latores ꝯſenſerũt ſibi. Ecce pctã coꝝ. Micha
el ãt ñ ꝯſenſit ſibi: imo ꝯdicit. ꝛ Gabriel Ra
phael ꝛ aliꝫ bõi. Quot ãnis credit̃ q̄ de⁹ expe
ctauit ãgelos peccãtes Reuera: ñ p ãnũ nec
p mẽſem: nec p hebdomadã: nec p diẽ nec p
horã: nec momẽtũ: ſꝫ ſtati ꝛ ſubito eiecit eos
de celo ꝛ dãnauit eṫnalit̃ ita q̄ nec icarnatio
filij dei nec ei⁹ paſſio aliq̄d pfuit eis q2 irreuo
cabilit̃ ſũt dãnati i eṫnũ. Mõ cogita h̄ q̄nta ē
mĩa dei: q2 tã nobiles creaturas ꝛ ſpũales nõ
expectauit ad pniaz. Et mõ expectat te ſupbũ
vanũ ꝛ põpoſuz p m̃ltos ãnos ad pniaz. Idẽ
dicẽdũ ē de auaro vſurario ꝛ luxurioſo ꝛc̃. Ec
ce q̄re dr̃ miſerator dñs. i. mie datõ: ꝛ ꝯcordat
Iere. dicẽs. Mie dñi: q2 nõ ſum⁹ cõſũpti: q2
n ꝯ defecerũt miſatiões ei⁹. Threñ. iij. ¶ Se
cũdus grad⁹ tãgit̃ ibi. Et miſericors dñs. Dif
ferẽtia ē iter miſeratorẽ ꝛ miſericordẽ: q2 mi/
ſerator dr̃ eo: q2 ñ ſtati iſert dãnatiõez ſꝫ ſpe/
ctat ad pniaz. Et dr̃ miſericors: q2 pctõrib⁹ nõ
aufert puiſiõez ꝛ vitã: q2 oib⁹ tã iuſtis q̄ꝫ pctõ
rib⁹ puidet: q2 eq̄lit̃ oib⁹ mittit claritatẽ ſolis
pluuiã: ꝛ rorẽ. Ita dat bladũ in cãpo pctõris
vt in cãpo iuſti nõ aufert pctõrib⁹ vinũ: pecu/
nias: nec domũ: cũ ſtati p⁹ pctm̃ oĩa deberẽt
pdere. Cogitate q̄nta ē iſta dei mĩa: q2 ſi mi/
les vel ſcutifer q recipit puiſionẽ ꝛ m̃lta bõa
a rege: ſi facit aliquã pditiõez vl̃ inobediẽtiã
ꝯ regẽ: ſtati aufert ſibi gratiõez ꝛ puiſiõez: ꝛ
abijcit eũ a domo ſua. Nõ ſic facit de⁹ nobis
inobediẽtib⁹: certũ ē q̄ oẽs ſum⁹ i domo ſua
ſ. in h°mũdo: ꝛ camera. ꝛ palatia ſũt ſupius i
celo: vbi ē de⁹ cũ amicis ſuis ꝛc̃. Et cũ tot pec
cata ꝛ grauia faciam⁹ ꝯ deũ: tñ tu vides q̄ ñ
ſtati expellit nos de domo ſua: ñ aufert pui/
ſiõez: panẽ: vinũ: bõa: ꝛ pecunias. Immo dat
ꝛ ꝯſeruat data. Iõ dicit ſcriptura. Ipi ſupbie
egerũt ꝛ idurauerũt ceruices ſuas: ꝛ ñ audie
rũt mãdata tua: ꝛ i iudicijs tuis peccauerũt
ꝛ ceruicẽ ſuã idurauerũt. i miſericordijs ãt tuis
plurimis ñ feciſti eos i ꝯſũptiõez: nec dereliq̄
ſti eos q̄ñ de⁹ miſationũ tu es. Et pauloan/
te. Ipi v̄o ꝛ pr̃es nr̃i ſupbe egerũt: ꝛ idurauẽ
qui p̄dicat doctrinā xp̄i: non Uirgilij vel the
rētij ⁊c̄. ſed doctrinā de qua dicit ſcriptura q̄
p mgr̄oꝝ ꝯſiliuʒ data ſunt a paſtore vno. his
amplius fili mi ne requiras. Eccl̄.vl. Nota p
mgr̄oꝝ cōſiliū.ſ. pphetarū. q̄ntū ad vet⁹ teſta
mentū. ⁊ apl̄oꝝ quantū ad nouū. ⁊ a paſtore
vno.ſ. xp̄o. Ideo in nocte paſſionis dixerūt a
poſtoli xp̄o. Dñe ecce duo gladij h̄. Luc̄.xxij.
Allegorice dicit Beda ꝙ duo gladij ſūt vet⁹
⁊ nouū teſtamētū. Rñdit xp̄s. ſufficit. ſcʒ ad
ſtudendū: p̄dicandū: diſputandū ⁊ ſcindendū
peccata. Qñ g° aliq̄s idut⁹ eſt hōie morib⁹

ꝛ comedit in mēſa dñi cōtedādo: ꝛ audit liben
ter vba dei. ſmōes. miſſas ꝛc̄. ſignū ē ꝙ ē fili⁹
dei. Jō dic̄ thēa. Teſtimoniū reddit ſpūi ꝛc̄.

¶ Dominica nona. Sermo primus.

Facite vobis amicos de mam
mona iniq̄tatis. Luc.
xvi. Euāgeliū hodiernum declarat
nobis tria multū neceſſaria nobis.

¶ Primum iuſticia diuinalis.
¶ Secundum prudentia humanalis.
¶ Tertium clementia fraternalis.

De tertio dic̄ thema. Facite vob̄ amicos ꝛc̄.
¶ Dico p⁰ ꝛc̄. q̄ i h⁰ cōſiſtit. nā q̄libꝫ hꝫ reddē
rōnē de ſe ꝛ de oib⁹ q̄ habuit a deo. Et h⁰ oñ
dit i h⁰ ꝙ dicit p̄ma ps euāgeliȷ̄. Hō q̄dā erat
diues q̄ hēbat villicuꝫ: ꝛ h̄ diffamat⁹ ꝛc̄. vſq̄ꝫ.
Nō poteris villicare. Uerba ꝛ doctrina ſunt
xp̄i: in q̄b⁹ oñdit iuſtitia diuinalis. q̄m de⁹ ab
oib⁹ nobis q̄ret cōputū. Et ſunt hic q̄ttuoꝛ de
clarāda. Prio q̄s eſt iſte dñs. Scdo q̄s ē iſte
diſpēſatoꝛ. Tertio quō diſpēſat bona. Quar
to q̄n vocat̄ ad rōnē reddēdā. De p⁰ dñs iſte
eſt xp̄s. vt dicūt oēs gloſe. q̄ꝛ de ſe loq̄bat̄. Sꝫ
q̄re dic̄ diues. Nūq̄d dicit ſcriptura ꝙ ſp̄ fuit
paup. Exulta ſat̄ filia ſyon. iubila filia hieruſꝫ.
Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ꝛ ſaluatoꝛ: ipſe
paup. Zach. ix. Quare vocat̄ diues. Rñſio ꝙ
totū verꝫ ē q̄ꝛ xp̄s diuerſis reſpectib⁹ diues fu
it ꝛ paup. Si. n. volum⁹ reſpicē ei⁹ modū viuē
diſq̄ fuit paup. q̄ꝛ nō habuit domū cellā: ſeu
camerā. ſꝫ ſi in ſero inuitabat̄ p aliq̄uē ad aliq̄
domū recipiebat hoſpiciū amoꝛe dei. vl̄ ibat
ad mōtes doꝛmiēdū. Nūq̄ poꝛtauit pecuni
as. Si poſtq̄ p̄dicauerat inuitabat̄ ad prādiū
p aliq̄uē recipiebat amoꝛe dei. Trigita annis
poꝛtauit eādē tunicā. Ecce quō fuit paup q̄
tū ad ei⁹ modū viuēdi: dās nobis exē^m ꝙ nō
faciam⁹ q̄ volum⁹. ſ. vſuras. furta. deceptiōes.
ſymonias p diuitijs h̄ndis. Sꝫ ſi volum⁹ loq̄
nō de eius mō viuēdi: ſꝫ de eius dñio. dñs eſt
eiꝫ rex Dd. Dñi ē terra ꝛ plenitudo ei⁹ oꝛ
bis terrarꝫ ꝛ vniuerſi q̄ hitant in eo ꝛc̄. Scdo
diſpēſatoꝛ cui xp̄s cōmiſit bōa pōt dupl̄r itel
ligi. q̄ꝛ vel itelligit̄ de bōis terrenalib⁹: vl̄ de
bonis ſpūalib⁹. vel de bonis pſonalib⁹. De p̄
mis bōis diſpēſatoꝛes ſūt diuites. ſ. ipatoꝛes
reges comites ꝛc̄. nō credāt ſe dños bonoꝛ
tpaliū vel terrenaliū: ſꝫ diſpenſatoꝛes. Q̄ꝛ de
oib⁹ q̄ receperunt hūt reddē cōputū xp̄o. q̄lit̄
vel quō habuerūt ꝛ quō expēderunt. Sic nos
exiſtimet hō vt miſtros xp̄i ꝛ diſpēſatoꝛes. p̄
ma. Coꝛ. iiij. O ſi dñi ꝛ diuites cogitarēt iſtā
ꝟitatē quō nō ſūt dñi: ſꝫ diſpēſatoꝛes dñi non
reciperēt a vaſallis p viꝫ ꝛc̄. Et diuites cauē
rēt ab vſuris. q̄ꝛ ē ꝯ volūtatē dei ſeu dñi. Nō
diceret vſurari⁹ q̄re de bonis meis ꝛc̄. Hic de
cipit̄ q̄ꝛ nō ſūt ſua. Itē dñi vitarēt tot vanita
tes ꝛ exceſſus cuꝫ deberēt dicē. Iſta bona nō
ſūt mea: ſolū ſuꝫ diſpēſatoꝛ. Diſpēſatoꝛes aūt
poſſunt recipe neceſſitatē. Jō auiſa. Diſpēſa
toꝛes bonoꝝ ſpūaliū ſūt p̄lati. ſ. papa. cardia
les ꝛc̄. vſq̄ꝫ ad vicarios. q̄ꝛ nullus eſt dñs bñfi
cioꝝ vt ipſe poſſit vendē. ſꝫ diſpēſatoꝛ nec ſa
cramētū ad vendēdū: ſꝫ diſpēſatoꝛ ad miſtrā
dū. De bonis coꝛpalib⁹ q̄libet nr̄m ē diſpēſa
toꝛ. Nō valet excuſatio ſi aliq̄s dicēt. Ego nō
ſuꝫ dñs tpalis: nec p̄latus: ergo nō ſuꝫ diſpen
ſatoꝛ. Dico ꝙ imo. Naꝫ cuilibet nr̄m cōmiſit
deus diſpēſationē triū magnaꝝ ciuitatū. q̄rū
q̄libet eſt maioꝛ troya. ꝛ q̄ttuoꝛ villaꝝ. ꝛ q̄nq̄ꝫ
caſtroꝝ. Ciuitatū p̄ma eſt memoria maioꝛ to
to mūdo: hꝫ in ſe tot habitatoꝛes quot hēs
recoꝛdationes de oib⁹ hēs deo reddere cōpu
tū. Alia eſt itelligētia: que maioꝛ ē celo ꝛ ter
ra. q̄ꝛ imēſa eſt: ꝛ hꝫ tot habitatoꝛes q̄t itelli
gētias. Tertia eſt volūtas: q̄ eſt capax infini
ti boni. ſ. dei. quot hēs deſideria tot hēs habi
tatoꝛes. ꝛ quot affectiōes. ꝛ de oib⁹ hēs red
dere cōputū deo. Quattuoꝛ ville ſūt potētie
ſenſitiue iterioꝛes. ſ. ſenſus cōis. ꝟtus eſtimati
ua: fantaſia ꝛ reminiſcētia. Quinq̄ꝫ caſtra ſūt
q̄nq̄ꝫ ſenſus coꝛpales. O ia iſta te opꝫ miſtra
re. Jō apl̄s. Miniſtri xp̄i ſunt. ij. Coꝛ. xi. Sed
paupes lꝫ non ſunt dñi nec p̄lati: tñ de oibus
iſtis oꝫ reddē cōputū. Tertio vidēdū eſt quō
bona diſſipant̄ a villico. Bona terrena diſſi
pant̄ in vanitatib⁹ pōpis ꝛ ſupfluitatibus ꝛc̄.
q̄ꝛ tot ſunt vanitates ꝙ plus expēdit̄ in eis q̄
in neceſſitatibus. q̄ꝛ ſi dñi ꝛ diuites vellēt eē
cōtēti de neceſſitate multa bona poſſent facē.
Quot ſunt ſupfluitates idumētoꝝ: oꝛnamen
toꝝ ꝛc̄. Et paupes ꝛ captiui moriūt̄ fame ꝛc̄.
Bona ſpūalia diſſipant̄ a p̄latis dādo mag^a
bñficia ꝛ pinguia pentib⁹ ꝛ amicis ſuis imeri
tis: vel ſuientib⁹ indignis. diſſipant̄ p ſymoni
aꝫ ꝛc̄. p̄cibus armatis ꝛc̄. Bona ꝟo pſonalia
vt memoria q̄ oꝫ expēdi memoꝛādo xp̄i opa
creatiōis. redēptiōis diſſipant̄ memoꝛādo in
iurias ad vindicādū: ꝛ pctā ad delectādū. In
telligētia in vanis cogitatiōibus. volūtas in
vanis deſiderijs. Idē de q̄nq̄ꝫ ſenſibus: in cō
trarijs vſibus applicādo. Sic diſſipant̄ bona
coꝛpalia. Jō xp̄s ſciēs iſta q̄rit. Quis putas ē
fidelis diſpēſatoꝛ ꝛ prudēs quē ꝯſtituit dñs
ſup familiā ſuā vt det illi in tpe tritici mēſurā.
Luc. xij. Hoc dixit xp̄s btō petro diſpēſatoꝛi



in nouo teſtamēto di. Petre. Quis putas ē
fidelis. ſ. poſt te. Jō apl̄s. i. Coꝝ. iiij. Hic iā q̄
rit̄ iter diſpēſatoꝛes: vt fidelis q̄s inueniat̄. q.
d. nullus iuenit̄ fidelis. Quarto vocat̄ vt red
dat rōnē. ſ. in moꝛte. Nuncij citātes ſūt ifirmi
tates. doloꝛ capitis. febꝛis. ſenect⁹ ꝛc̄. q̄n iſta
venīūt poteris dicē. ego ſū citat⁹ ꝛc̄. Auctas.
Sapiētia miſit ancillas ſuas vt vocarent ad
arcē ꝛ ad menia ciuitatis. Prouerb̄ ix. quia
mulieres ſunt debiles ꝛc̄. ꝛ q̄ꝛ ifirmitates de
bilitāt dicunt̄ ancille. Jō q̄n citamini ſiue ſitis
diſpenſatoꝛes bonoꝝ tpaliū ſiue ſpūaliū ſiue
coꝛpaliū paretis vos. Ne accidat vobis vt il
li hoi diuiti ꝛ male vite. in oib⁹ vicioſo ꝛ pec
catoꝛi q̄ erat ſolū hoc bonū hñs ꝙ oꝛabat q̄ti
die: ꝙ deus daret ſibi moꝛtē ſuā p̄cognoſcere
vt poſſet vitā emēdare. Cui ſemel oꝛāti appa
ruit angelus eius bon⁹: dicēs ipſuꝫ a deo eſſe
exauditū: ꝙ añ moꝛtē mitteret ſibi tres nūn
cios ꝛc̄. Alibi poteris hoc exeplū vidē. Jō ſi
tis parati ſiue iuuenes ſiue ſ̄nīs q̄n de⁹ vocat
vos. Ita faciebat Job. xiiij. Uocabis me. ſ. p
iſtos nūcios. ꝛ ego rn̄debo tibi. Rn̄det̄ deo
q̄n hō emēdat vitā ſuā. Opi manuū tuaꝝ pō
riges dexterā: q̄n ſibi dicet. Euge ſue bone ꝛ
fidelis. q̄ꝛ in pauca fuiſti fidelis ꝛc̄. Mat. xxv.
Sꝫ hoc fit p remiſſionē pctōꝝ. Jō dicit. ſꝫ par
ce pctis meis. ¶ Dico ſcdo ꝙ oñdit̄ pruden
tia humanal̄. Nā q̄n iſte diſpēſatoꝛ de quo le
git̄ euangeliū ſciuit ꝙ habebat reddē rōnē: ꝛ
amoueri a villicatiōe. habuit prudētiaꝫ in ſe:
cū dicit. Ait añt villic⁹ intra ſe q̄d faciā. q̄ꝛ do
min⁹ me⁹ aufert a me villicatiōeꝫ. Fodere nō
valeo. mēdicare erubeſco. vſq̄ꝫ. q̄ꝛ prudenter
feciſſet. Ita debem⁹ nos facē bone gētes. Iſte
excuſabat ſe a duob⁹. ſ. de foſſiōe p ipotentiā:
q̄ꝛ fodere nō valeo. Scdo de mēdicatione ex
verecūdia. q̄ꝛ mēdicare erubeſco. Sꝫ remedi
uꝫ q̄d habuit vt viueret: dedit oleū ꝛ triticuꝫ
dñi ſui. Fodē eſt rumpe terrā vt fructificet. ec
ce p̄nia in q̄ rūpit̄ terra coꝛpis. Foꝛmauit de⁹
hoiem de limo terre. Gen. ij. Iſta terra cauet̄
diſciplinis. cilicijs. ꝛ iſtis talib⁹. Sꝫ multi di
cūt mō cōfeſſoꝛib⁹. fodē nō valeo. Dicat̄. h̄ ꝯ
mulieꝝ vanitates ꝛ fatuitates. ꝛ ꝯ hoies q̄ in
ſuitio dñoꝝ tpaliū poꝛtāt iniuriā ꝛc̄. ꝛ p xp̄o
ꝛ aia nihil p̄nt facere. In obſidione inimicoꝝ
ieiunāt: ſꝫ p aia nō pōt ieiunare. Jō fodere nō
valeo. Mala excuſatio eſt. Recipe debet̄ au
daciā. q̄ꝛ vecoꝛdes nihil boni faciūt. Deberet
vob̄ dare audaciā illud q̄d ſcti fecerūt. Quid
fecit catherina delicata ꝛ filia regis. Inſup ꝛ
ſalariū q̄d expectam⁹ ē regnū dei. Et ſi miles
p rege ponit ſe in tātis picul̄is p modico ſti
pēdio: q̄ꝫto magis vos. Jō xp̄s. Agite p̄niāꝫ
appꝛopinq̄bit eni regnū celoꝝ. ſ. tanq̄ p̄miū.
Mat. iiij. Scdo excuſabat ſe de mēdicatione
pp ꝟecūdiā. Mēdicare eni ſ̄ile eſt huic q̄d ē
oꝛare. q̄ꝛ ſicut mēdicātes vadūt hoſtiati petē
do p ciuitatē padiſi. pſona eni deuota cū deſi
derio coꝛdis oꝫ pulſare. Prio ad palaciū re
gis: dicēs. Dñe miaꝫ peto ꝛ elemoſynā vt re
mittat̄ mihi pctā: vt det̄ mihi grāꝫ vrāꝫ. Idē
ad palaciū regine accedē oꝫ. Cōſequēter inq̄
rere oꝫ loca ꝛ vicos ſctōꝝ p̄triarchaꝝ. p̄phaꝝ.
apl̄oꝝ ꝛc̄. Pꝫ g⁰ ꝙ mendicare idē ē ꝙ oꝛare.
Auctas. Qui erat glioſus rex Dd dicebat ſe
mēdicū. Ego aūt mēdic⁹ ſuꝫ ꝛ paup ꝛc̄. in ps.
xxxix. Expectās. Et erat ditiſſim⁹. q̄ꝛ in moꝛte
dimiſit ſalomōi filio ſuo cētū milia talēta au
ri. ꝛ mille milia argētū: tñ dicit ſe paupeꝫ p̄pt
oꝛonē. Sꝫ q̄t ſūt mō q̄ dicūt: mēdicare erube
ſco. Multi nō audēt oꝛare: nec elemoſynam
frequētare pp ꝟecūdiā ne ab alijs derideant̄.
ſꝫ ꝟecūdia facit erubeſcē ꝛc̄. Si g⁰ fodē nō va
les ꝛ mēdicare erubeſcis. hēs aliud remediuꝫ:
vt ille villic⁹: ꝙ de bōis dñi des oleū ꝛ triticū
in elemoſynā. Nā oleū ſiḡt elemoſynas ſpūa
les. Triticū ſiḡt elemoſynā factā de bonis ter
renis. Qui de ſcīa quā hꝫ dat doctrinā igno
rāti. ꝯſiliū dubitāti. coꝛrectionē errāti. ꝯſolati
onē d̄ſolato. remiſſionē inimico. ſuppoꝛtatio
nē tedioſo: vt vir vxoꝛi. ꝛ ecōuerſo. amic⁹ ami
co ꝛc̄. talis dat de oleo dñi ſui. Jō ſi nō pote
ſtis fodē. nec mēdicare: admin⁹ det̄ oleū dñi
vr̄i. Scdo triticū ſiḡt opa mie coꝛpalia. Qui
dat panē eſuriēti: potū ſitiēti. hoſpiciū pegri
nāti. idumētū nudo. q̄ ifirmos ꝛ icarceratos
viſitat. moꝛtuos ſepelit. talis dat triticuꝫ dñi
ſui. Nō hic. Uillicus ille de oleo dimiſit q̄nq̄
ginta mēſuras. de tritico vigīti. Quare mai⁹
donū fec̄ de oleo q̄ꝫ de tritico. ad innuēdum ꝙ
maioꝛ ē elemoſyna de bonis ſpūalib⁹ q̄ꝫ terre
nis. Maioꝛē elemoſynā facit ille q̄ dat doctri
nā ignoꝛāti q̄ ille q̄ dat panē eſuriēti. ꝛ ſic de
alijs. Et ſeq̄t̄. ꝛ laudauit dñs villicuꝫ iniq̄tat̄.
¶ Dico tertio ꝙ oñdit̄ clemētia frn̄alis cir
ca p̄ximos cū dic̄ thēa. Facite vob̄ amicos d̄
māmona iniq̄tatis. ſicut ille diſpēſatoꝛ. Iſtud
idiget declaratiōe. q̄ꝛ aliq̄ ex iſto ꝟbo male i
tellecto recipiūt occaſionē peccādi: dicentes
ꝙ de diuitijs acq̄ſitis iniuſte nō oꝫ facē reſtitu
tionē. Sꝫ lucrari amicos p elemoſynā. ſ. reli
gioſos ꝛ paupes ꝛc̄. Nō tres itellect⁹ hui⁹ ver
bi themat̄ ſm̄ ꝙ diuitie tripliciē p̄nt dici mā
mona iniq̄tat̄. ſ. Effectiue. Cauſatiue. Deſti

ne. Primo dr̃ mámona iniqtas̃ effectiue qñ
ſ. venit de iniqtate p vſurá vel furtuȝ ⁊c̄. De
tali mámona iniqtatis lucrádi ſunt amici illi
ſ. a qbus recepiſti vſurá vel furtū: q ſūt inimi/
ci tui. ⁊ eis ſ̃ſtitue ⁊ erūt amici tui. Idē ď dño
q recipit aliqd iniuſte a vaſallis: lȝ ipſi dicant
ꝙ ſint gratioſe petitiones: tñ icludūt pplm in
carcerib⁹: dicēdo. nunq̄ꝫ exhibis ⁊c̄. idē facit
q recipit mutuo: ⁊ poſt negat debitū ⁊ minat̃
lucrent̃ amici reddēdo qđ ſuū ē. Idē faciat q
retinuit totū ſeu ptē de mercede ſuoꝝ ⁊c̄. Jđ
dic̄. Facite vob̃ ami. de má. ⁊c̄. vſqꝫ recipiant
vos i eterna tabnacl̃a. ſ. āgeloꝝ. Scđo dr̃ má
móa iniqtas̃ cauſatiue lȝ ſit de bono iuſto de
redditib⁹ vl̃ laborib⁹ tñ eſt cá iniqtatis ⁊ pctī.
Verbigr̃a. Si paupi fit iniuria hēbit patiētiá
q ſi vidicaret ſe ⁊ capet̃ nō hr̃et vñ poſſȝ libe/
rari. Si diui: dicet fortaſſis. ego i iſta vidicta
poſſū expendē decē milia florenoꝝ ⁊c̄. Si hō
paup videat mulierē pulchrá ⁊ tēptet̃ tñ qꝛ ñ
hȝ pecūias deſiſtit ⁊c̄. Sȝ diues dic̄ qd mihi
nocebit ſi cētū exponá florenos. vt meá hēaȝ
volūtatē ⁊c. Ecce quō ē cá pctī mámona. Vñ
tot ſupfluitates ⁊ vanitates ex habūdátia p/
fecto. De tali mámōa lucrádi ſūt amici. ſ. pau
pes. vidue. pupilli ⁊c. qꝛ nō ſolum fleubotho
mádi ſūt q hñt ſanguinē corruptū: ſȝ etiaȝ illi
q nimis habūdát in ſanguie. Ita nō ſolū de/
bēt lucrari amicos illi q hñt pecunias de vſu
ra ⁊c. ſȝ etiá illi q abūdát: lȝ ſit de bono iuſto.
Jđ dicit. Facite vobis amicos de mámo. ⁊c.
Terti⁹ itellectus dicit̃ mámona iniqtatis de
ſertiue. Iſto mō ois pecunia dr̃ iniqtas̃. qꝛ de
ſerit dñȝ ſuū in tráſitu piculoſo. Si ſcutifer q
aſſociat dñm ſuū in delicijs. conuiuijs ⁊c̄. ſi in
piculoſo tráſitu deſerit dñm ſuū. Nūqd dice/
retis vos ꝙ eſt ſcutifer iniqtatis. Idē de diui
tijs q̄ aſſociát vos in delicijs ⁊c. ſȝ i tráſitu pi/
culo mortis deſerūt dñm ſuuȝ. de his lucrádi
ſunt amici. ſ. mortui. Heredes ⁊ manumiſſo/
res mortui deberēt dicē. o peſſime diuitie di/
miſiſtis dñm vr̃m. Certe vos ibit̃ cū eo dátes
eas in miſſis. elemoſynis ⁊c. ſic ſequūtur dñȝ
ſuū ⁊ mortui efficiunt̃ tūc amici vr̃i. Qꝛ ſicut
nō libēter retineret̃ ſcutifer iniquitatis q dñȝ
ſuū defuit i tráſitu piculoſo. qꝛ idē faceret vo
bis. ita de pecunijs ē ſiēdū. Ecce q̄re dic̄ thēa
Facite vobis amicos de mámona iniquitas̃.

¶ De eadē dñica. Sermō. ij. De animabus.

Redde rōnē villicatōis tue. Luc. xvi. Ser. erit de iudicio p
ticulari corá xp̄o de q̄lȝ aia: ſiue bōa ſi/
ue mala ab hac vita recedēte. Sȝ p⁹ ſalu. ꝟgo
Ma. ⁊c. Iſtud ꝟbū ē xp̄i dicēt cuilibȝ aie ve
niēti ad iudiciū. Redde rōnē villicatōis tue
⁊c. Ac ſi dicat. tu petis padiſuȝ. qꝛ ſtati aia pe
tit padiſum. vel merito gr̃e. vel deſiderio cor
dis ſi ſit mala. Ad quá xp̄s. Redde rōnē vil/
licatiōis tue. Pro declaratiōe hui⁹ ꝟbi mate
ria noſtri ſmonis erit in trib⁹ queſtionibus.
Prima de illa rōne reddēda in iudicio p/
ticulari de quib⁹ reb⁹ reddēda ſit iſta ratio.
2ª in illo iudicio qs loq̄t̃ p pctōre q rōneȝ
eſt redditurus. 3° in illo iudicio q̄ forma te
neat̃ in tali cōputo faciendo tunc apparebit
quare dixit chriſtus. Redde rationem ⁊c.
¶ Primo g° videam⁹ illá rōnē ſeu cōputuȝ
de reb⁹ quib⁹ ſit faciēdū ad auiſanduȝ nos. qꝛ
ſic̄ diſpenſator qui hȝ reddē cōputū dño ſuo:
auiſat ſe ⁊c. ita nos ⁊c. Rñdeo ⁊ dico ꝙ i illo
iudicio hēbim⁹ dare rōnē. Primo de oib⁹ co
gitatiōib⁹. Vide q̄t cogitatiōes bonas vl̃ ma
las hēs. rōnē ſeu diſtictionē de oib⁹ oȝ te red
dere i iudicio. Scđo de oib⁹ deſiderijs q̄ vnq̄ꝫ
habuiſti in tua volūtate. Itē de oib⁹ ꝟbis que
oꝑe vnq̄ꝫ dixiſti. vide q̄t ſūt ⁊c. Itē de q̄libet
ꝟbo qđ audiuiſti. de q̄libȝ bolo panis quē co
mediſti. de q̄libet aſpectu queȝ feciſti. q̄libet
paſſu quē feciſti de oib⁹ opib⁹ tuis q̄ feciſti ma
nuū: ſiue bonis ſiue malis. ⁊ de oib⁹ oȝ te red/
dere rōnē. Si dicat̃. quō ſcitis h°. Ex dei reue
latiōe in biblia. Auc̄tas. Cūcta que ſiūt addu
cet deus in iudiciū p oi errato: ſiue bonū ſiue
malū. Eccl̃s. xij. Iſta auc̄tas fuit pph̄ia ſalo/
mōis. ⁊ ſatis dat rñſionē qōni p̄nte: ſȝ magis
ſtricte in nouo teſtamēto. Non credatis ꝙ ſo
lū de ḡuib⁹ pctis ⁊ enormib⁹: ſȝ etiá de mini/
mis de qb⁹ hō nō facit ꝯſciaȝ: nec cōfitet̃: imo
nec tenet̃ cōfiteri oȝ hō reddē rōnē: nō ſolum
de homicidijs: furtis: vſuris: blaſphemijs: que
ſunt enormia pctá: ſȝ etiá de ꝟbis ocioſis. Di
co vobis: qm̄ de oi ꝟbo ocioſo qđ locuti fue/
rit hoies reddēt rōneȝ de eo in die iudicij ⁊c.
ꝟbū ē xp̄i. Mat. xij. Verbū dr̃ ocioſū qñ nul
li pficit: nec nulli nocet. qꝛ ſi fac̄ bonū alicuis
iá nō eſt ocioſum: ſi malū facit iá ē pnicioſuȝ.
Ergo nō ſolū de mēdacijs: diffamatiōib⁹ ſeu
blaſphemijs: q̄ ſūt ꝟba mala. ſed de ocioſitate
⁊ de his que dicunt̃ cá riſus oportet reddere
cōputū. Itē de opibus etiá bonis oȝ reddere
rationē. qꝛ in iudicio examinant̃. qꝛ aliq etiaȝ
faciēdo bona opa dánant̃. qꝛ nō faciūt recta
itentiōe: dilectōe deuotōe diligētia. Auc̄tas.
Cū accepo tp̄s ego iuſtitias. i. opa bona ⁊ iu/
ſta iudicabo. Nō. Cū accepo tp̄s. nō de⁹ mu
tat nobis tp̄s. illi. x. annos. illi. xxx. ⁊ alteri. l.



vt poſſum⁹ meritorie opari: ⁊ vtimur tpe ad libi
tū i bōis ⁊ malis. Sȝ dñs i morte accipit tp̄s ac
ſi diceret ds. male expēdiſti tp̄s. iō ⁊c. Cū acce/
po tp̄s ego iuſticias iudicabo. i. ꝯdēnabo. ſic dr̃
Jo. v. Et q male egerūt ibūt in reſur^{em} iudicij. i.
ꝯdēnatiōis. Verbigr̃a. Religioſ⁹ q ſuat triavo
ta ⁊ cerimonias ſui ordis: bona opa fac̄ ⁊ iuſta.
Iſta opa iudicabūt̃ i iudi°. qꝛ ſi ñ fiát recta itēti
one: hūilitate: ⁊ dilige^{a} ꝯdēnabit̃ in iudi°. Idē
de clerico faciēte opa iuſta. ſȝ niſi itētio ſit recta
⁊ bon⁹ mod⁹ ꝯdēnabit̃. Itē ď laico qñ vadit ad
miſſaȝ: ſmonē. ⁊ alia bōa opa fac̄ ſi itētio nō ſit
recta: puta vadit ad eccłaȝ ad vidēdū mulieres
ꝯdēnabit̃ pp malū mōm quē tenuit. Idē dr̃ de
ill̃ q venūt ad miſſam tarde. idē de ill̃ q loquūt̃
in miſſa. examiabūt̃. pȝ g° q̄re dic̄. Ego eñ acce/
po tp̄s ⁊c̄. qꝛ ds ñ ſolū vult ꝙ hō faciat opa bo
na: ſȝ ēt vult ꝙ bono° ⁊ ďbito fiát ſic̄ vos ñ eſſet̃
ꝯtēt⁹ ď ſcutifero: q lȝ facēt q̄ ſibi p̄ceperit̃: ſȝ ma/
lo° qꝛ qñ petit̃ panē; dat pꝛ̄iciendo vos ⁊c̄. Jđ
dic̄ ſcriptura. Maledict⁹ q fac̄ op⁹ dñi negligēt̃
Biblia nr̃a hȝ fraudulēt̃. Iere. xlviij. Maledi
ct⁹. ſ. iá in h̄ mūdo p culpá. ⁊ in alio p pená erit
maledict⁹. Nō fraudulent̃. qꝛ ſic̄ ille q de. x. ſoli
dis dñi recipit vnū ſolidū: defraudat dñm. Ita
in opib⁹ bonis i qb⁹ oȝ cē itētio recta mod⁹. di/
ſcretio. diligentia ⁊c̄. Si aliqd hoꝝ deficiat: de
fraudat̃ ds. De oib⁹ iſtis oȝ reddē rōnē ⁊ nihil
hēm⁹ in ſcriptis. Cogitate h̄ ſi rex peteret cōpu
tū a diſpēſatore ſub pēa mortis: ꝙ redderet ſibi
bonū cōputū de diſpēſatione quá. xx. vel. xxx. ſ.
ánis diſpēſauit: ⁊ nihil hēet in ſcriptis. tal̃ diſpē
ſator deſparet. Ita de nob̃. ſȝ ecce remediū ⁊ ꝯ/
ſolationē quá dabo vob̃. De⁹ fec̄ mgr̃os rōales
ſiue cōputátes: ne hēat audire cōputū nr̃m. iſti
ſt̃ clerici ꝯfeſſores ⁊ q̄t q̄t ſt̃ ꝯfeſſores: tot ſt̃ mgr̃i
rōneȝ ⁊ cōputū recipiētes. Si g° vult euadē iu
diciū xp̄i: reddat̃ rōnē vl̃ cōputū mgr̃is iſtis rō
nalib⁹. ſūmarie. qꝛ ñ ďbet̃ dicē in ꝯfeſſione idiui
dua. ſ. peccaui cū tali vl̃ in tali loco niſi circūſtá
tia mutaret pctm̄. Itē ēt nō ſuffic̄ ꝯfiteri p gn̄a
ſ. peccaui in pctō ſupbie. auaricie. ⁊ lux. ⁊c. ſȝ in
ſpē ďbet̃ dicē pctm̄. qꝛ ſupbia ē gen⁹ ⁊ hȝ mł̃tas
ſpēs. idē de pctō auaricie. lux. ⁊c. oȝ ꝯfiteri pctá
ſpecifice in gn̄e nō ſuffic̄. Sȝ videat̃ ne accidat
vob̃ ſic̄ illi italico q a. xv. ánis citra nō fuit ꝯfeſ
ſus ⁊ in paſca vt cōicaret voluit ꝯfiteri: ⁊ roga/
bat vnū fr̃eȝ q ibat ad p̄dicádū: ꝙ audiret. qꝛ ñ
hēet niſi tria puiſſima pctá. ſ. auaricia. lux. ⁊c̄. ⁊
nō credo in deū. No. dicat̃ ꝙ ꝯfeſſiones gn̄ales
in ſcript̃: lȝ ſint bone ad memorádū pctá: nō tñ
ad ꝯfitēduȝ. qꝛ nō tágūt pūctū pctī niſi gn̄alit̃.
peccaui in luxu^{a} per viſum. tactū ⁊c̄. ſȝ prudens
ꝯfeſſor hȝ dicē. q tacti ſt̃ videam⁹ ⁊c̄. Si g° ad iu
diciū xp̄i vult̃ ſecure venire: ꝯfiteami. reddat̃ cō
putū mgr̃is rōnalib⁹ qꝛ ꝯfiteri nō eſt niſi reddi/
tio rōnis. Et qñ ꝯfeſſor videt i pctōre ꝯtritionē
⁊ bonū pꝓpoſitū oȝ ipm abſoluē. alˀs nō. Et lȝ p
abſolutionē nō det̃ caracter: dat̃ tñ qdá ornat⁹
vt dicūt doctores intrīſ ꝙ qñ xp̄s dicit aie in iu/
dicio. Redde rōnē ⁊c̄. Rñdet aia. Dñe iá red
didi mgr̃o vr̃o rōnali q recepit cōputū. Ecce in
ſtr̃m in frōte vbi apparet ornat⁹: q dat̃ in ſacro
ꝯfeſſionis. ⁊ xp̄s eſt ꝯtēt⁹. ac ſi rex peteret rōnē
a ſuo diſpēſatore. ⁊ rñderet diſpēſator. Iá red/
didi rōnē mgr̃o vr̃o rōnali. Ecce hic hēo q̄tátiá
tūc rex eēt ꝯtent⁹. Ita xp̄s de aia. Sȝ vt melius
intelligat̃ iſtá mām. ſciēdū ꝙ anq̄ꝫ ds facēt ma
giſtros rōnales añ icarnationē ipſemet audie/
bat rōnē cuiuſlibȝ: ⁊ erat ita rigidus ꝙ neminē
abſoluebat nec recipiebat ad gl̃iaȝ. ſȝ poſtq̄ꝫ fa
ct⁹ eſt hō dedit hoib⁹ ptátē diuiná. fecit homies
mgr̃os rōnales: q̄s fecit p⁹ reſurrectionē. lȝ pmi
ſiſſet facē di. Amē dico vobis quecūqꝫ ligaueritis
ſup terrá. erūt ligata ⁊ i celis. Et q̄cūqꝫ ſolueritis
ſup terrá: erūt ſoluta ⁊ in cel̃. Mat. xviij. Licet
añ btō Petro ſolo vicario ſuo cōmiſiſſet hanc
ptátē. vt pȝ Mat. xvi. Quodcūqꝫ ligaueris ſup
terrá: erit ligatū ⁊ i celis. ⁊ qđcūqꝫ ſolueris ſup
terrá: erit ſolutū ⁊ i celis. tñ ad vitádū errorē ne
diceret̃ ꝙ ſol⁹ papa hȝ ptátē ligádi ⁊c̄. p⁹ reſur/
rectionē dedit eádē ptátē oib⁹ ſacerdotib⁹. Cō
feſſor. n. in ꝯfeſſione ligat ⁊ ſoluit. Soluūt. n. qñ
abſoluūt pctōrē ligatū vinculis pctōꝝ. Ligant
qñ pctōri iniūgūt pniaȝ. Et auiſent ſe ꝯfeſſores
⁊ videát ne dēt pniaȝ pctōri ꝯ̄ ei⁹ volūtatē ⁊ nō
placētē. Reſtituē aliena bōa opȝ pctōrē. qꝛ nō
eſt i ptáte ꝯfeſſoris diſpēſare cū poſſidēte aliēa
bona ꝙ illa retineat. Itē pctōrē oȝ pcere inimi
cis ſi iuſtificari velit. Sȝ alie pnie ſt̃ arbitrarie ⁊
ſunt q̄ſi cathene auri que ligát pctōrē in celo ⁊
in t̃ra. Tñ p⁹ reſurrectionē dedit eis executionē
di. Quoꝝ remiſeritis pctá: remittunt̃ eis. ⁊ quoꝝ
retinueritis: retēta ſt̃. Jo. xx. Añ xp̄i icarnationeȝ
tráſierūt vltra qnqꝫ milia áni: ⁊ nullus intrauit
paradiſuȝ. qꝛ ds qui ſolus audiebat rōnē nemi
nē pmittebat itrare. Nec ēt mō pōt aliqs intra
re niſi reddat rōnē mgr̃is rōnalib⁹. Pȝ nūc rō
ad primá qōnē. ¶ Scđo vidēdū eſt in illo iudi
cio q̄s loquat̃ p pctōre: qꝛ ſi ſit aliqs ruſticus ⁊
ignarus neſciēs loq: lȝ hēat bonū ius ipm pdēt
ex defectu loq̄le niſi poſſet loqui per aduocatū
pcuratorē multiloquū. Dico ꝙ in illo iudicio
q̄ꝫtūcūqꝫ rudis. hȝ loq pro ſe: ⁊ nō per pcurato/
res. quō ſcit̃ hoc ff. Rñſio ex dei reuelatione in
ſacra ſcriptura. Oēs ſtabimus añ tribunal. i. ca
thedrá iudicialē xp̄i ⁊ ſeq̄t̃. Vnuſqſqꝫ nr̃m p ſe
rōnē reddet deo. ad Ro. xiiij. Stati qñ aia exit

de corpe:xp̄s oñdit ſe aie: ⁊ dyabolus accuſans ſtat ad vnã ptẽ: ⁊ ãgelus ad aliã: ⁊ re⁹ in medio .ſ.anima que h̄z rñdere ⁊ loq. O q̃ dur eſſet ru ſtico ſi ſibi diceret. vadat ad audientiã regis ⁊ ibi excuſet vos marie ſi ps aduerſa ſit eloquẽs: talis lr̃a ſe dicit. O miſer qd dicã qñ videbo re giã maieſtatẽ: ſtabo tot⁹ ſtupefact⁹. Ita erit in illo iudicio. Dabit hic exẽplũ de illo iuuene diſ ſoluto ⁊ male viteꝛ cui videbat̃ i ſomnis q̄ erat ad iudiciũ duct⁹ ⁊c̄. Qñ xp̄s ſibi dixit: redde ra tionẽ ſubito excitat⁹ ⁊ territ⁹ fuit ⁊ effect⁹ tot⁹ ca nus ⁊c̄. mutauit vitã ⁊ de cetero vixit ſctẽ. Qñ dicebat̃ ſibi. q̃re facis tantã pniaꝫ. Rñdit. Si vi diſſetis q̃ ego vidi: ſiſem vel fortaſſis maiorẽ fa ceretis ⁊c̄. Cogitate g⁰ de iſto iudicio ad qd glꝫ h̄z venire ⁊ rõneꝫ reddẽ. Nõ credat̃ q̄ fiat v̄bo vocali iſte cõput⁹ qꝛ nũq̄ eſſet factũ. ſꝫ ↄſcia q̃ ẽ liber vbi oĩa bona ⁊ mala ſcribunt̃: in q̃ nullus põt legẽ niſi ſolus d̃s. ⁊ tu in tua: ⁊ ego in mea. Tũc apiet̃ nõ ſolũ deo q iã ſciebat oĩa: ſed ange lis ⁊ ſctis oĩbus. dato ẽt q̄ hõ neſciat loq: ↄſcia oñdit totũ bonũ vel maluꝫ in iudicio pticulari vel gñali. De hoc vide ſctm̃ Tho. iiij. ſcrip. diſt. xliij. quõ oĩa opa videbũt ab oĩb⁹ in extrẽo iudi cio. Auctas. Oñdũt op⁹ legis .ſ. ſm̃ q̄ pro velꝯ legẽ fecerũt. ſcriptũ in cordib⁹ ſuis. teſtimoniuꝫ reddẽte illis ↄſcia ipſoꝝ. ad Ro. ij. Aliq loquũ tur ibi nõ ſolnꝫ pro ſe: ſꝫ ꝓ alijs. ſic ſt dñi tpales Qui p⁹ reddũt rõnẽ ſiue cõputũ pſonalẽ. ſcd̃o officialẽ. De p̄ᵃ q̃tũ ad vitã ⁊ bõa que fec. Po ſito q̄ de ſua vita reddat bonũ cõputũ. dicet ſi bi xp̄s. Reddidiſti cõputũ de p̄ᵃ tua. mõ redde rõnẽ de offõ tuo ⁊ regimie. tu. n. feciſti talẽ iniu ſticiã ⁊c̄. Itẽ nomẽ meũ blaſphemat̃ ⁊ nõ corri gebas. Itẽ ſuſtinebas pctã notoria c⁹ occaſiõe vide q̃t ſt dãnati. Itẽ vt cũ pecunijs cõitatis ſa tereꝫ negocia tua: ꝓcurabas tibi ꝓpa bõa. Itẽ poſuiſti i regimine citat̃ talẽ amicũ tuũ iſuffici entẽ ⁊c̄. Forti⁹ ẽ illõ cõputũ q̃ pſonale. qꝛ lꝫ bo nã vitã tenuerit in ſe: ſꝫ in offõ nõ bñ ſe hũit. cõ dẽnabit̃. Jõ dic̄ ſcriptura. Iudiciũ duriſſimũ hiſ qui pſunt fiet. Exiguo. n. ↄcedit̃ mia. Potentes ãt potẽter tormẽta patiẽt̃. Sap. vi. Uiolẽter ⁊ tracti h̄ber ẽt vẽire ad offm̃ ⁊c̄. clamãdo. appel lo appello ⁊c̄. Sꝫ mõ glꝫ vult ſe ingerere. itẽ de plat̃ eccia ſticis. qꝛ lꝫ itrauerit plat⁹ ꝑ portã ⁊ te nuerit vitã ſctiſſimaꝫ in p̄ᵃ ſua: ſi tñ fuerit negli gẽs de cõmiſſis ſibi aiab⁹ ex hoc ↄdẽnabit̃ in ex tremo iudicio dei. nã dicet̃ ſibi a xp̄o. In p̄ᵃ tua tenuiſti bonã vitã: ſꝫ in offõ fuiſti negligẽs. ſuſti nuiſti talẽ clericũ ↄcubinariũ. Itẽ nõ correxiſti vſurarios. Si rñdeat. Dñe timebã inſultuꝫ ⁊c̄. Rñdebit xp̄s. Jõ qꝛ magis timuiſti eos q̃ me: ibis cũ eis ad iſernũ. Nõ videtis q̃tũ pículuꝫ

eſt recipe platões. Dicat̃ h⁰ exẽplũ de illo q diu laborauit vt fieret ep̄s. ⁊ parentes ſui q̃ſi oẽꝫ ſubaꝫ expẽderũt pro eo ⁊ final̃r in die ↄſecratiõis fie bãt ei multe qõnes. Poſt hoc querebat̃ ab eo. Uis ep̄ari. Rñdit. Et qd oꝫ dicẽ. ſi tm̃ laboraui pro hoc. Sꝫ qñ fuit ſibi dictũ. Uis reddẽ rõneꝫ xp̄o in die iudicij ꝓ aiab⁹ tibi cõmittẽdis. Rñ debat. Nolo. Et cũ diceret nolo: fuit ſibi dictuꝫ. dicat̃ volo. Rñdit oĩno nolo. Et ceſſit plature: di. Credebã q̄ eẽ ep̄m nihil aliũ eſſet niſi come dere gallinas. Jõ de platis dicit ap̄ſs. Obedi te ꝑpoſitis vr̃is ⁊ ſubiacete eis. Ipſi. n. puigilãt q̃ſi rõnẽ pro aiabus vr̃is reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt. ⁊ nõ gementes. ad Heb. vl. Pꝫ rñ ſio ad ſcd̃aꝫ qõnẽ. 3⁰ videam⁹ formã ⁊ practicã que ibi tenebit̃. Iſtã practicam iudex met dixit in q̃dã parabola: di. Hõ qdaꝫ pegre ꝓficiſcens vocauit ſuos ⁊c̄. Dicat̃ parabola. No. vni dedit qnq̄ ptes de pecunijs ſuis. alij duas. alteri vnã Qui qnq̄ accepit: lucrat⁹ eſt alia qnq̄ negoci ando. Idẽ qui duas accepit. ſꝫ qui vnã: abſcon dit ⁊c̄. timẽs dñm. Iſte hõ eſt xp̄us. Et peregre ꝓfect⁹ eſt in die aſcẽſionis vltra mare hui⁹ mun di: qui mare dĩ ꝑ vndas ⁊ picula. Et iuit ad vi ſitandũ ſanctuaria in t̃ra ſctã. De q̃ Dd̃. Por tio mea dñe in t̃ra viuentiũ. Nos xp̄iani ſumus ei⁹ famuli ⁊ ſuitores ⁊ vni cõmittit quinq̄ ptes bonoꝝ .ſ. corp⁹ aiam. diuitias eloq̃tiã. ⁊ ſciaꝫ oĩa bona nobis cõmiſſa ↄſiſtunt in his quinq̄. Alteri cõmittit ſolũ duo .ſ. corpus ⁊ aiam. Alte ri cõmittit vnã .ſ. aiam vt captiuis ⁊ iſirmis: qa lꝫ hẽant corp⁹ eſſentialiter: tñ non hñt liberꝝ ad operandũ ſꝫ aiaꝫ hñt liberã: qꝛ nõ põt captiua ri Seneca. Errãt qui ſuitutẽ putãt in totuꝫ ho minẽ deſcẽdere: corpa obnoxia ſt ſuituti. pars melior .ſ. aña libera eſt. Si vos hẽtis captiuos vel captiuas: corpa ſunt captiua: nõ aie: imo ve litis nolitis pñt baptiſari. Per baptiſmum. n. aia fit libera: ſꝫ nõ corp⁹. Poſt multuꝫ v̄o tpis .ſ. in morte venit dñs: oñdẽs ſe pſonal̃r aliqbus de ſpãli gr̃a: alij pſentialit̃ ſibi pſentant̃. Et qui quinq̄ talẽta accepit dic̄. Dñe qnq̄ talẽta tra didiſti mihi: ecce alia qnq̄ ſuplucrat⁹ ſum. De corpe lucrat⁹ ſuꝫ pniaꝫ. ⁊c̄. ieiunãdo. xl. ⁊ alia ie iunia eccie. Itẽ i qualꝫ hebdomada ſeꝛ̄ant bis. Iſte eſt fruct⁹ corpis. De aia lucrat⁹ ſuꝫ deuoti onẽ: iſte eſt fruct⁹ aie. De diuitijs elẽynas: qꝛ iſte eſt fruct⁹ diuitiaꝝ: vel mutuare ſine vſuris. Dd̃. Iocũdus hõ q miſet̃ ⁊ cõmodat: diſponit ſmo nes ſuos in iudicio: qꝛ in eternũ nõ cõmouebit̃. De eloquẽtia lucrat⁹ ſuꝫ orones: doctrinas: vel pdicationes. De ſcia fruct⁹ ↄtẽplationis operũ vroꝝ .ſ. creationis redẽptionis ⁊c̄. Tũc dicit ei xp̄s. Euge ſue bone ⁊ fidelis: qꝛ in pauca fuiſti



fidelis: ſupra multa te ↄſtituã: intra in gaudiuꝫ dñi tui ⁊c̄. Mat. xxv. Ecce practicã que in illo iudicio ſuabit̃. Uenit qui duo accepat di. Dñe duo talẽta tradidiſti mihi ⁊c̄. ⁊ de corpe pniaꝫ: ⁊ de aia deuotionẽ ſil̃iter dic̄ ſibi. Euge ſue bõe qꝛ ſupra pauca fuiſti ⁊c̄. Uenit q vnũ accepit ⁊ excuſauit ſe ⁊c̄ ſꝫ nõ valet excuſatio: qꝛ lꝫ ſint ca ptiui vel infirmi. de aia pñt lucrari ꝑ amorẽ ad deũ: ſꝫ abſcõdit ſub t̃ra per negligẽtiã. Jõ auiſo qꝛ multi ſt vocati: pauci v̄o electi ⁊c̄. qꝛ in paradiſo nõ intrãt: nec auari nec ſupbi nec inuidioſi: nec luxurioſi: ⁊ ſic de alijs. Sꝫ qui ſuãt mãdata ec cleſie .ſ. humiles: miſicordes: caſti: charitatiui: abſtinentes: patientes ⁊ diligentes.

¶ De eadẽ dñica. ix. poſt feſtũ trinitat̃. Ser. iij.

Ego vobis dico. facite vob amicos ⁊c̄. Hec v̄bũ iſtõ origi nalit̃. Lu. xvi. ⁊ recitatiue in euãgelio currẽtis dñice. Uerbũ eſt ↄſiliũ ⁊ do ctrina ſaluatoris nr̃i ieſu xp̄i dicẽtis. Ego dico ⁊c̄. Ad meli⁹ itelligẽdũ ↄſiliũ ⁊ doctrinã xp̄i oꝫ declarare vob vnã qõnẽ quã fac̄. b. Tho. i ſcd̃a ſcd̃e. de religioſis. di. Que ẽ melior vita ſolita ria: vel ſocialis iter gẽtes. Huic qõni rñdet per duas ↄcłones. P̄ᵃ q̄ pſonis in ſcia ⁊ bõa ↄſcia: in bona vita ⁊ virtuoſa vita pfect̃ ſolitaria ẽ me lior. Notãter dico pfect̃ i ſcia qꝛ ſolitario nec̃ia eſt pfectio ſcie ne indigeat mgr̃o: qꝛ al̃s leuit̃ ca deret in errorẽ vel falſaꝫ opinionẽ dyaboli illu ſione. Itẽ ẽ ſibi neceſſariũ q̄ ſit pfect⁹ in ſctitate vite: al̃s leuiter cadẽt in aliq̃ pctõ vel carnis in clinatõe: vel dyaboli tẽptatiõe: vel mũdi occaſi one: ⁊ qs corrigẽt eũ cũ ẽ ſolus de pctis ⁊ defe ctib⁹ ſuis: ꝓfecto nullus. Jõ reqrit̃ vt ſit pfect⁹ in ſcia ne idigeat inſtructiõe: ⁊ pfect⁹ in vita ne indigeat correctiõe. Et q alit̃ recepit vitã ſolita riã ponit ſe in maximis piculis: ⁊ eſt q̃ſi tẽptare deũ. Jõ dic̄ ph̄s. Hõ eſt aial ſociale ꝑ nãm: ⁊ q ſolitari⁹ viuit: aut ẽ d̃s .ſ. diuinalis: aut beſtia. Pꝫ p̄ᵃ ↄ⁰ .ſ. q̄ vita ſolitaria eſt melior ſi recipiat̃ vt dꝫ recipi: qꝛ icludit pfectionẽ ſcie ⁊ bone ↄſcie. 2ᵃ ↄ⁰. q̄ pſonis impfectis ſimplicib⁹ ⁊ cõib⁹ vi ta ſocialis ẽ melior: qꝛ ſi cadũt in errorẽ vel fal ſaꝫ opinionẽ inſtruũt̃ ꝑ alios: vl̃ in pdicatiõe: vl̃ pticulari locutiõe. Idẽ ſi cadũt i pctis corrigũt̃ ab alijs. Hoc dic̄. b. Tho. ⁊ ego inueni auc̄itatẽ i biblia. Meli⁹ ẽ duos eẽ ſil̃ q̃ vnũ hñt. n. emo lumentũ ſocietat̃ ſue: ſi vn⁹ ceciderit: ab alio ful ciet̃. Ue ſoli: qꝛ cũ ceciderit nõ h̄z ſubleuantẽ ſe Et ſi dormierint duo fouebũt̃ mutuo. Un⁹ quõ caleſiet. Et ſi qſpiã ꝑualuerit ↄ̄ vnũ: duo reſiſtũt ei. Funiculus triplex difficile rumpit̃. Eccl̃s. iiij. No. Meli⁹ eſt duos eẽ ſil̃ ⁊c̄. Et põit tres rõnes P̄ᵃ eſt correctio. 2ᵃ eſt deuotio. 3ᵃ eſt defenſio.

Pro p̄ᵃ dicit: ſi vn⁹ ceciderit .ſ. i pctõ ab alio ful ciet̃. Ue ſoli: qꝛ cũ ceciderit nõ h̄z ſubleuantẽ ſe Solus h̄z ↄditionẽ oculi qui videt alia ⁊ nõ vi det ſe. Ita in quilꝫ defect⁹ alioꝝ cognoſcit: ⁊ nõ ſuos. Jõ ẽ nec̃ia ſocietas bonaꝝ pſonaꝝ ad cor rectionẽ. Jõ dicit. Ue ſoli: qm̃ ſi ceciderit nõ h̄z ſubleuantẽ ſe. ibidẽ eodẽ ca. ſꝫ qñ ſt duo ſi vnus cadit: fulciet̃ ab altero ꝑ bõa v̄ba ⁊ per bonum exẽplũ: ſꝫ ve ſoli: niſi ſit pfect⁹ qꝛ cũ ceciderit: nõ ⁊c̄. Pro ſecũda rõne .ſ. deuotione dicit. Si dor mierint duo ⁊c̄. vſq̄ caleſiet. Uerba ſt figurati ua. Lect⁹ dĩ deuotio in q̃ dormiunt ſocij boni: ⁊ vn⁹ calefacit aliũ: qꝛ qñ vos videt̃ q̄ ſoci⁹ veſter orat: ieiunat ⁊c̄. dicitis vos: ⁊ q̃re ego nõ faciaꝫ ita ⁊c̄. ⁊ ſic accẽdit̃ in deuotione. De 3ᵃ .ſ. defen ſione dicit. Si qppiã ꝑualuerit ↄ̄ vnũ ⁊c̄. vſq̄ ei Demon magis tẽptat ſolitariũ q̃ illũ qui eſt in ſocietate. Sic̄ ille qui obuiat inimico ſolo in via inuadit eũ: ſec⁹ ſi eſt aſſociat⁹ inimicus qꝛ nõ au det eũ inuadẽ: ita eſt de demone: q̃diu Eua fuit in ſocietate Ade nõ fuit tẽptata: ſꝫ qñ fuit ſolita ria. Itẽ xp̄s q̃diu fuit in ſocietate ap̄loꝝ ⁊ diſci puloꝝ ſuoꝝ nõ fuit tẽptat⁹ a dyabolo: ſꝫ qñ fuit ſolũmõ in deſerto. tũc ⁊c̄. Perſone ſolitarie hñt terribiles tẽptationes. Ut pꝫ de. b. Amb. de. b. Bñdicto: ⁊ multis alijs. Iſta eſt rõ: quare hõ ti met incedere ſolus de nocte ⁊c̄. ſed qñ h̄z bonã ſocietatẽ nõ timet. Jõ dic̄. Si qſpiã ꝑualuerit ↄ̄ vnũ: duo reſiſtunt ei: ⁊ maxĩe tres: cũ dĩ. Funicu lus triplex ⁊c̄. qꝛ nõ ſufficit hẽre vnũ bonũ ami cuꝫ: ſꝫ duos vel tres. Dic̄ Seneca in libro de re medijs fortuitoꝝ: q̄ qdã ꝑdito amico flebat di. Amicuꝫ ꝑdidi. Et ſeneca ↄſolando eũ dicebat. Habes aliũ: ⁊ ille. Unicus mihi erat. Et ſeneca. Et qd tu in tãta tempeſtate ad vnã anchorã ſta bas. Nauis eſt vita pſens que magnis tẽpeſta tib⁹ fluctuat̃. Jõ nõ ſuffic̄ vna anchora: nec duo ſꝫ tres vel plures reqrunt̃ amici. Jõ dr̃. Funicu lus triplex difficile rũpit̃: ꝑꝑ. h. d. xp̄s i the. Ego vobis dico: facite vob amicos: nõ dicit amicũ i ſingulari. Nõ vidẽdũ eſt qui ſt fiẽdi amici. Et inuenio q̄ qlꝫ dꝫ ſibi facere ꝓcurare tres amicos .ſ. ꝟ Proximũ virtuoſum. ꝟ Angelũ glorioſuꝫ ꝟ Ieſuꝫ xp̄m totũ piũ. Iſto⁰ nauis vite noſtre erit firma: nec timebit fortitudinẽ: ⁊ ſic tenebi mus ↄſiliũ xp̄i dicẽtis: Ego vob dico: facite ⁊c̄. ¶ Dico p⁰ q̄ qlꝫ dꝫ facẽ vt hẽat amicũ ꝓximũ virtuoſuꝫ .ſ. de bona ↄſcia ⁊ vita ꝓbata ⁊ virtuo ſa. Rõ eſt: qꝛ certũ ẽ q̄ pſona vicioſa peccatrix ⁊ de male ↄſcia nõ diligit veraciter ſeipſaꝫ. Im mo inimicat̃ ſibiipſi ⁊ odit ſe. Uerbigr̃a: ſi vos videt̃ ſtare vel ſedẽ aliquã pſonã i altũ in ſaxo: ⁊ videtis q̄ ꝓijcit ſe ⁊ ↄterit̃ ⁊ morit̃ nõ dicetis q̄ tal̃ diligat ſe: imo odit ſe. Tal̃ ẽ ↄditio g̃ ſup

ſoſe: que cũ poſſet ſtare ⁊ ſedere in firmiſſimo
aro hũilitatis ꝓijcit ſe in vẽtuȝ ſupbie ⁊ mortẽ.
Jõ Job in pª ſupbi dicit dyabolo. Eleuaſti me
⁊ q̃ſi ſup ventũ pones eliſiſti me valide: ſcio q̃a
morti trades me. Job.xxx. 2°: ſi videtis ꝙ aliqs
ſepelit ſe in fouea ſic viuũ: diceris vos ꝙ ille di
ligat ſe: nõ: imo dicetis ꝙ odit ſe. Sic facit aua
rus: q ſepelit ſe terrenis. De⁹ fecit eũ rectũ vt vi
deat celũ ⁊ deſideret celũ ⁊ celeſtia: ⁊ auar⁹ nõ
curat: viuẽs exiſtens coopit ſe t̃ra ⁊c̃. Jõ ꝯ aua
ros dic̃ ſcriptura. Egredimini ſup t̃rã creſcite ⁊
multiplicamini ſup eã. Geñ.viij. Ñ. egredimi
ni.ſ. vos auari ſup terrã de fouea auaricie. Creſcite
ſ. in meritis: ⁊ m̃tiplicamini.ſ. in bonis opibus
ſup terrã: nõ itrat nec iſra t̃rã. 3° ſi videtis aliq̃
pſonã ſe in ignẽ ꝓijciẽtẽ nõ dicetis ꝙ diligat ſe
ſmo dicetis odit ſe. Sic luxurioſus ꝓijcit ſe in
ignẽ luxurie. Luxuria aũt nõ ẽ niſi ignis q accẽ
dit in pª. Peior igne bti anthonij: q̃ cõburit
corp⁹ ⁊ aiaȝ. Ignis ẽ.ſ. luxuria: vſq̃ ad ꝯſumpti
onẽ deuorãs: ⁊ oia eradicãs germia. Job.xxxi.
Jõ in luxurioſo qñ vult facẽ illũ actum ſtati ſlã
me illi⁹ ignis luxurie apparẽt i facie. Quarto. ſi
qs in optimis cibis appõit venenuȝ ⁊ comedit
tal' nõ diligit ſe: imo odit ſe. Sic ſilr faciũt gulo
ſi q in cibis q̃s ds ordinauit ad ſuſtinẽdũ corp⁹
apponũt venenũ itẽpantie: qd occidit corp⁹ ⁊
aiam: q̃ guloſi pdũt pulchritudinẽ corpalẽ: for
titudinẽ: viſuȝ ſanitatẽ: ⁊ vitã. Itẽ in aia pdunt
itellectũ: frãgũt ieiunia eccle: iaȝ ebrij veniũt ad
miſſaȝ. Jõ dic̃ ſcriptura. In m̃tis eſcis erit iſir
mitas. Propt̃ crapulã m̃ti obierũt. Qui abſti
nẽs ẽ adijciet vitã. Eccli.xxxvij. Quito. ſi videt̃
aliquẽ gladio ſe pcutiẽtẽ iux̃ cor: nõ dicet̃ ꝙ di
ligat ſe. Sic iracũd⁹ gladio odij rãcoris: ⁊ enſe
inuidie occidit ſe. Qui nõ diliget mãet i morte.
Ois q odit frẽȝ ſuũ hõicida.ſ. ſuijpſi⁹ ẽ.i. Jo.iij.
Pȝ g° clare ꝙ nulla pª vicioſa ⁊ peccatrix dili
git ſe: imo odit ſe. Auctas Dd. Qui diligit iniq
tatẽ odit aiaȝ ſuã inqt i ps.x. Qui aũt faciũt pcm̃
⁊ iniqtatẽ hoſtes ſũ aie ſue. Thob.xij. Fiat g° rõ
Si pª vicioſa nõ diligit ſe: quõ poterit diligere
primũ ſuuȝ maxie: q̃ dicit ſcptura. Qui ſibi ne
quaȝ ẽ: cui alij bon⁹ erit. Eccli.xiiij. q̃ dicit phs.
Amicabilia q̃ ſũt ad alteȝ veniũt ex amicabilib⁹
q̃ ſũt ad ſeipm̃. Si g° pctõr nõ diligit ſe: quõ dili
get te. Si g° vis hẽre bonã amiciciaȝ oȝ ꝙ ami
cus ſit pª ṽtuoſa: al's meli⁹ eẽt nõ hẽre amicici
am. Jõ reſpice bñ eũ q̃ hẽas amiciciã ⁊ cõicati
onẽ: q̃ cõicatio amicicie cã: morum ſilitudinẽ.
Exẽplũ de põis: q̃ vno corrupto: corrũpũt oia
alia: ⁊ oia alia nõ poteſt ſanaꝛ corruptũ. Ita ẽ
in vna ſocietate vna mala pª corrupta: corrũpit
oẽs alS ⁊ oẽs ñ poteſt ſanaꝛ corruptã. Qui cũ
ſapiẽtib⁹ gradiꝛ: ſapiens erit. Amic⁹ ſtultoꝝ ſilis
efficieꝛ. Prouer.xiij. Jõ pm̃ amicũ quẽ dẽmus
nob facẽ ẽ xpm⁹ ṽtuoſus. d q̃ dic̃ ſcptura. Ami
cus fidel' ꝓtectio forꝛ. Qui iuenit illũ: iuenit the
ſauꝝ. Ec.vi. Ñ. amic⁹ fidel' ⁊c̃. duo mala hẽm⁹
in h mũdo.ſ. abũdãtiã tribulationuȝ. 2° defect⁹
ꝯſolationũ. Sȝ bon⁹ ⁊ fidel' amic⁹ p° eſt ꝓtectio
fortis ꝯ tribulatiões aduerſitates. ⁊ 2° ꝯſolaꝛ: iõ
dic̃. Qui iuenit illũ: iuenit theſauꝝ. ¶ Dico 2°
ꝙ qlȝ oȝ facẽ ſibi amicũ angelũ glioſuȝ: magnũ
qd eſt ꝙ poſſum⁹ hẽe amicũ angelũ glioſuȝ. Dr
angelus amic⁹ eo ꝙ hȝ ꝯditiones fidel' amici ⁊
boni. Amic⁹ fidel' firm⁹ eſt in dilectiõe: nõ ſtatiȝ
pro nihilo recedit ab amico. Jõ dicit ſcriptura
Amic⁹ ſi pmãſerit fixus: erit tibi q̃ſi coeq̃lis: ⁊ i
domeſticis tuis fiducialiter aget. Eccli.vi. Ñ.
Amic⁹ ſi pmãſerit fixus; q̃ ẽ amic⁹ tpalis ⁊ cõ
mẽſal'. De qb⁹. Eccli.vi. Tales nõ pmanẽt i tpe
tribulatiõis vt pȝ.ſ. b. petro: q añq̃ eẽt pfect⁹ cũ
eẽt in mẽſa cũ xpo dicebat. Dñe pat⁹ ſũȝ ⁊c̃. Sȝ
in aduerſitate negauit eũ. Ita ẽ de mult̃. iõ dic̃
amic⁹ ſi pmãſerit ⁊c̃. Iſtã ꝯditionẽ hȝ angelus:
q'ñ deſit amicũ ſuũ a pn° vite vſq̃ ad finẽ. Ñ.
quõ qñ mulier dȝ perẽ: ds vocat angelũ di. ſibiꝛ
Ecce vides illã mulierẽ: mõ dȝ pere: cõmitto ti
bi plẽ. Angelus reputat h ad magnã gr̃aȝ ⁊ re
gratiaꝛ deo ⁊ deſcẽdit: ⁊ citi⁹ creatura vẽit i ma
nus ãgeli: in cui⁹ ẽ cuſtodia ⁊ diligẽtia: q̃ i ma
n⁹ obſtetricis. Uos nõ cogitat̃ hãc maximã an
geli amiciciã. Si rex vellet cõmittẽ oues ſuas
alicui militi vel comiti ſtati idignareꝛ: nec face
rẽt. tñ angeli quoꝝ minor maior ẽ papa vel ipa
tore: libẽter veniũt ⁊ recipiũt in cuſtodia oues
dei. Jõ Jeroñ. ſup illo ṽbo. Dico vob ꝙ ãgeli
dei in cel' ſp videt faciẽ pr̃is mei. Mat.xviij. di
cit. Magna ẽ dignitas aiaꝝ vt vnaq̃q̃ ab ortu
natiuitatis ſue hẽat angelũ ſibi delegatũ. Itẽ nõ
deſit p totã vitã: q̃ tot ſũt demões ꝙ nõ pmitte
rẽt hoieȝ facẽ aliqd bonuȝ nec pdicare: imo qñ
dormim⁹ ſuffocarẽt nos: niſi q̃ bon⁹ ãgelus cu
ſtodit nos. Nos dormimus: ⁊ ipe vigilat. Ecce
q̃lis amic⁹. Null⁹ rex vl' pp ita bñ cuſtodiꝛ a ſu
is cubicularijs. Jõ de eo dicit dd. Ecce ñ dormi
tabit neq̃ dor. ⁊c. Et ſi aliqñ aſcẽdit in celũ: nõ
tñ ex h dimittit cuſtodiã: imo ſi videt dyabolũ
inuadẽtẽ amicũ ſuũ ſibi cõmiſſuȝ ſtati occurrit
ad adiuuãdũ. Itẽ qñ facis aliqd pctm̃: lȝ dicat.
O iſte ribald⁹: nõ tñ deſit te: q̃ ſtati dyabolus
te ducẽt ad iſernũ. Sȝ tãt⁹ eſt amor ãgeli ꝙ nõ
dimittet te: nec pmittit ꝙ dyabol⁹ faciat ꝯ te. iõ
dd. Angel' ſuis mãdauit d te ⁊c. in oib⁹ vijs tuis
ſ. p t̃rã: mare: de die ⁊ d nocte: dormiẽdo ⁊ vigi
lãdo. Itẽ nec i finẽ deſit. Qñ pª laborat i extre
mis veniũt demões: ⁊ ſi pª ſit ipenitẽs: demões



deridẽt bonũ ãgelũ. di. Et qd tu vis h: q̃ iſte
nr̃ ẽ: q̃ fecit hoc ⁊ h ⁊c. Et ãgelus. Adhuc pt
de⁹ ſibi dare ꝯtritionẽ. Et demones. Qualis
ꝯtritio hois q tenuit talẽ vitã ⁊c̃. Et ãgel⁹ ele
uat̃ oculis i celũ dic̃. Dñe hẽat̃ me excuſatũ: ⁊
aia ſic ipenitẽs recipiꝛ a demõib⁹ ⁊ ãgel⁹ aſcẽ
dit i celũ. Si ṽo ſit aia pª penitẽs: tũc angel⁹
bon⁹ deridet demões dicẽs: Canes qd vult̃
hic. Q dicũt adhuc poſſet peccare. Et ange
l⁹. Nõ peccabit. Ñã de⁹ q ꝯſeruauit eam vſq̃
mõrẽt ꝯſuabit eã ⁊c̃. Uos nõ audit̃ iſtas diſ
putatões: q̃ ex peccatis hẽm⁹ aures obſtru
ctas. Finaliꝛ angel⁹ reſpicit aiaȝ: ⁊ demões fu
giũt ⁊ angelus portat aiaȝ ſecũ in celũ. Fctũ
eſt vt moreteꝛ mẽdicus: ⁊ portareꝛ ab ange
lis i ſinũ abrahe. Luc.xvi. Rõne vĩ g° vobis
ſi angelus eſt bonus amicus pmanẽs a pnci
pio vite vſq̃ ad finem. De hoc auctas. Ecce
ego mitto angelũ q pcedat te. ſcȝ in natiuita
te: ⁊ cuſtodiat te in via. Ecce ſcdm̃ ⁊ itroducat
te in locũ quẽ parauí. Ecce tertiũ. Exo.xxiij.
Angelus dȝ fieri amicus ex pte nr̃a p oratio
nem. Ñã debem⁹ dicere ſibi q̃libet die mane
⁊ ſero vnã breuẽ orationẽ ſcȝ. Angele q me⁹
es cuſtos pietate ſupna. Me tibi cõmiſſuȝ ſ
ua defende guberna. ¶ Dico tertio ꝙ qlibȝ
dȝ facere ſibi amicũ yeſum xpm totum piuȝ.
Bonus amicus eſt hõ ṽtuoſus. Melior eſt
angelus glorioſus. Sed optimus. Jeſus xps
pijſſimus ⁊ pietate plenus. Tum rõne ſue bo
nitatis. Tũ rõne durabilitatis. Tũ rõne vtili
tat̃. Jõ dicit ſcriptura de eo. Amic⁹ fidelis.ſ.
xps medicamẽtũ vite ⁊ imortalitatis: ⁊ q me
tuũt dñm: iueniũt illũ. ⁊c̃. Eccle.vi. Ñ. me
dicamẽtũ vite: q̃ nec xpm⁹ ṽtuoſus: nec an
gelus glorioſus pñt dare medicinã: ⁊ remiſ
ſionẽ peccatoꝝ: niſi de⁹. Quiſ põt pctã dimit
tere niſi ſol⁹ de⁹. Mar.ij. Iſtã medicinaȝ dat
xps in hoc mũdo. In alio mũdo dat medici
nã imortalitatis in glia eterna. Iſte amic⁹ lu
craꝛ p timorẽ cum ſeqꝛ. Qui metuũt dñm in
ueniẽt illũ. Qui timet deũ eque hẽbit amici
tiam bonaȝ.ſ. dei. Eccl.vi. Dupliciꝛ põt time
ri de⁹. Primo ſuiliꝛ.ſ. inchoãdo pniaȝ timo
re pene. Ñã pnia icipit a timore pene: ⁊ pce
dit i amorẽ gr̃e glie. Exẽm de acu ⁊ filo iſuẽte
Ñã acus penetrat pũgẽdo ⁊ filũ ꝯiũgit ⁊ col
ligit ſubſeq̃ndo. Ita cõtritio ẽ acus penetrãs
cor: filũ ꝯiungẽs cũ deo ẽ ꝓpoſitũ bñ viuẽdi
⁊ ſic xps ſit amic⁹ nr̃. Qui diligit cordis mũ
diciã.ſ. ꝯtritiõe pp gr̃am labioꝝ.ſ. in ꝯfeſſiõe
hẽbit amicũ regẽ. Prouer.xxij. Ecce q̃re di
cit q ti. ⁊c̃. Scdo dȝ timeri filialiꝛ ſuãdo ſua
pcepta. Et talibus dicit ipſe. Uos amici mei
eſtis ſi feceritis q̃ ego pcipio vobiſ dicit dñs.
Joh.xv. Et ſic tenebimus ꝯſiliũ xpi. Ego vo
bis dico. Facite vobis amicos ⁊c̃.

¶ Dñica nona poſt fe.trinitat̃. Ser.iiij.

Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne ca
dat. i. Chor.x. In pñti volo p
dicare vnã mãm magni auiſamẽti vite
nr̃e ſȝ ꝙ thẽa dat mihi motiuũ.ſ. q̃t mõis ⁊ q
bus pſone cadũt in pctis. Jõ volẽs vos aui
ſare vt caueatis: decreui de iſta materia nũc
pdicare. Saluteꝛ ṽgo Maria. Reſumaꝛ the
ma. Scriptura ſancta q̃ ẽ os q̃ loqꝛ nobiſ de⁹
declarat nobis altitudies ⁊ excellẽtias q̃s hȝ
pſona deuota ſuiẽs deo dicẽs. Ecce itelliget
ſu⁹ me⁹: ⁊ exaltabiꝛ ⁊ eleuabiꝛ ⁊ ſublimis erit
valde. Iſa.lij. Ponunꝛ i dicta auctate q̃ttu
or altitudies ſeu excellẽtie ſui dei. Sȝ vt me
lius itelligat̃ ſciẽdũ ꝙ i hoc mũdo pſone ha
bẽt altitudinẽ ⁊ excellentiã aliq̃ iſtaꝝ q̃ttuor
rõne.ſ. vel p ſciam vel p nobilitateȝ generis:
vel p diuitias: vel p potẽtiã. Iſtis q̃ttuor mo
dis ẽt hȝ altitudinẽ ⁊ excellẽtiam pſona ðuo
ta q̃ ſuit deo. Primo pſone hñt altitudinem
p ſciam: q̃ qñ pſona ẽ ſubtilis. Iſto mõ pſo
na deuota q̃ ſuit deo hȝ excellẽtiam: q̃ licet
neſciat legere: tñ ex bona vita quam tenet hȝ
magnã ſciam: q̃ hȝ a deo magnã claritatem
itellectus: q̃ ſine mgr̃o ſcit qd credẽdũ ⁊ ſpe
rãdũ. Talib⁹ dĩ Unctionẽ quã accepiſtis ab
eo mãeat in vobis: ⁊ ñ neceſſe hẽtis vt aliqs
doceat vos: ſȝ ſicut vnctio docet vos d oib⁹.i.
canonica. Jo.ij. Per hoc qd dicit vnctioneȝ
denotat claritatẽ itellect̃. Quia ſicut mari
narij.i. naute q i fundo maris volũt clare vi
dere emittũt de ore globum de oleo: ⁊ tũc vi
dẽt clare: ita deuote pſone recipiũt vnctionẽ
claritat̃ a deo: ſi g° pſona ẽ alta p ſciam: ⁊ ſui
dei ⁊c̃. Ecce q̃re dicit. Ecce itelliget ſu⁹ me⁹.
Scdo ſũt perſone alte ⁊ excellẽtes p nobili
tatẽ ⁊c̃. q̃a ſũt filij regis ⁊c̃. Ex hoc maiorem
altitudinẽ hȝ q̃libet pſona deuota: q̃a in om
ni gradu parẽtele xps pſone deuote iũgitur
dempto vno. Eſt frater p gr̃aȝ: ⁊ ꝯſanguine⁹
nepos ⁊ mater: ſȝ ñ pater: q̃a deus pater nul
li cõicauit vt ſit pr̃ xpi. de iſta parẽtela aucto
ritas. Quicũq̃ fecerit voluntatẽ pr̃is mei q i
celis ẽ: ipſe me⁹ fr̃ ſoror ⁊ mr̃ eſt: nõ dicit pr̃.
Mat.xij. Jõ dic̃. Ecce ſu⁹ me⁹ exaltabiꝛ.ſ. p
nobilitatẽ diualeȝ. 3° eleuabiꝛ p diuitias. Jõ
dr diuiti in altis habitat ſed diuitie hui⁹ mun
di nihil valẽt reſpectu diuitiaꝝ ſuoꝝ dei: q̃ di
uitie mũdi ſolũ durãt hic: ⁊ dep̃di pñt ⁊ mo

leſt āt:ſ; diuitie ſeruoꝝ dei: vt ỽtutes ⁊ merita ⁊ h̄ ⁊ in alia vita ſp durāt ⁊ ꝑpetue ſūt. Glia ⁊ diuitie i domo ei⁹.ſ.i ꝯſcia ⁊ iuſtitia ei⁹ manet i ſeculū ſeculi.Jō dic̄.Ecce ƀu⁹me⁹ eleuabit̄.ſ.ꝑ diuitias ſpūales. Quarto exaltabit̄ ꝑ potētiā:vt reges p̄lati:⁊ dñi tpales.Jſta rōne pſona deuota exaltat̄ intrīſ:ꝙ q̄ſi eſt oipotēs rōne ſue volūtatis ỽliberate:q2 nihil vult niſi qð deus vult. Et iſto mō loq̄bat̄ apl's dicens.Oia poſſu; i eo q me cōfortat. ad Philip.iiij.Jō dicit. Ecce ſeru⁹ me⁹ ſublimis erit valde.Fiat ergo rō:ſi pſona q̄ ſtat in bona vita eſt ita alta ⁊ excellēs:vt ꝓbatu; ē valde d; ſe auiſare ne cadat ꝑ pctm̄:q2 q̄to gradus eſt altior:tāto caſus eſt piculoſior. Propter h° dicit thema.Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat:patet thema. Et vos auiſem inuenio in ſacra ſcriptura:ꝙ q̄ttuor ſunt occaſiones q̄bus perſone deuote cadunt in peccatū.

Prima eſt ꝑ dyabolicalē tēptationem.

Secunda per familiarē affectionem.

Tertia per delicioſam cōuerſationē;.

Quarta ꝑ negligentialē oꝑationē;.

Et nō ſunt plures modi cadēdi. Et q de iſtis vult ſe auiſare ⁊ cuſtodire:ſēꝑ ſtabit alte.ſ. in gr̄a dī:g°q ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat.

Dico p̄mo ⁊c̄.ſ.ꝑ dyabolicā tēptationē:q2 ſ; tēptatio dyabolica nō poſſit cogere liberū arbitriū ad peccādū:tn̄ illa tēptatio h; tantā ipetuoſitatē ꝙ niſi hō auiſet ſe venit cū ipetu ⁊ ꝓijcit ad terrā. Et iſto mō.ſ.ipetuoſo diruit vnū magnū murum.ſ.Dd.Dicat̄ hiſtoria de Dd:q de palatio ſuo vidit vxorē vrie lauantē; ſe:⁊ ſtati; tēptatio demōis venit ad eū dicēs. O quā ē pulchra mittas ꝓ ea ⁊ veniat:q2 vir ſu⁹ nō eſt in ciuitate ⁊c̄. Dicat̄ quō peccauit. ij.Reg.xi.O q̄lis turris erat Dd q puer exiſtēs ⁊ cuſtodiēs gregē p̄ris iterfecit leonē.ita erat fortis:⁊ tn̄ nō reſiſtit tēptatōi. Rō:q2 venit ipetuoſe.Jō dixit ipſe.Jmpulſus euerſus ſu; vt caderē:⁊ dn̄s ſuſcepit me.Et dat remediū ne de cetero hō cadat,dicens. Fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s:⁊ fact⁹ eſt mihi in ſalutē ps.cxvij.Sicut ille q ſtat ſol⁹ ⁊ nō ſe tenet ad colūnā:leui ipulſu cadet: ſ; q ſe tenet fortiter ad colūnā fortiſſimā.ſ.dn̄i duob⁹ brachijs amplexādo.ſ.vigilia ⁊ oīone. tal'etiā ad magnū ipulſu; nō cadet:iō q2 dn̄s fortitudo ei⁹.Ecce q̄re dic̄:dn̄s fortitudo mea.q.d.ego ex me nō ſu; fortis:ſ; dn̄e teneas vl' ſuſtētes me. Jſtud ꝯſiliū nō ſolū eſt dd:ſ; xp̄i ieſu q in nocte paſſiōis dixit apl'is.Uigilate ⁊ orate vt nō itretis in tēptationē. Mat.xxvi. S; q2 nō tenuerūt ꝯſiliū ei⁹:iō ipulſi tēptatiōe ceciderūt fugiendo ⁊c̄. P; g°q̄re aliq cadūt dyabolica tēptatiōe.Jō remediū eſt vigilādo in oīone appodiare ſe.Jō dicit thema.Qui ſe exiſtimat ⁊c̄.

Dico ſcðo ꝙ ſcðs modus quō pſona deuota cadit ē familiaris affectio.Et iſte multos ⁊ multas ꝓſternit.qn̄ eni religioſus vl' clericus ſeu heremita ē deuot⁹ ⁊ bone vite ſtat alte in gr̄a:⁊ qn̄ dyabol⁹ nō pōt ip̄; diruē ipingēdo. ponit ſibi in via ſcādalū vt ibi ipigēdo cadat. Scādalū ē familiaritas alicui⁹ mlieris: etia; deuote ⁊ benigne:bone itētiōis: ſ; paulati cadūt. Et ſicut ḡui⁹ cadit ille q ipingit qn̄ currit q̄ ille q vadit ſpacioſe: ſic grauior ⁊ piculoſior ē caſus pſone deuote currētis ad ꝑadiſum ꝑ magna oꝑa q̄ illi⁹ q leuit̄ ambulat.Jō auiſo vos.O quot ſctē pſone fuerūt i mūdo q̄ cu; maxīo feruore ſpūs iceperūt vitā ſctā; currētes vt cameli:ſ; ipigēdo ceciderūt.O q̄t mulieres deuote q̄ qn̄ vidēt aliquē religioſu; deuotū vl' clericū cupiūt hr̄e ſuā familiaritate;: etiā bōa itētiōe dicēdo. O quā ē iſte ḡtioſus hō:ego faciā amicitiā cū eo.Dicat̄ h̄ hiſtoria q̄ cōtigit i italia de filia illi⁹ comitis deuotiſſima:q̄ clā dimiſit p̄rem: ⁊ i habitu diſſimulato iuit romā ⁊c̄. Tūc fuit ỽificata ꝓph'ia illa Jeremie. Fortis ipegit in fortē ⁊ ambo p̄iter ꝯciderūt. Jere.xlvi.Q2 fortis erat illa puella et fort' ille ſctūs ſacerdos.Jō mlieres vos auiſe tis ꝙ vos cū nullo q̄tūcūq; deuoto recipiat̄ familiaritatē: nec itromittatis vos de cogna. Dicat̄ ſibi. Pat orare ꝓ me:⁊ orabo ꝓ vobis ego nō ſū cognaria ⁊c̄.Jō dic̄ ſcptura. Jn via ruine nō cas ⁊ nō offēdes in lapides nec credas te vie laborioſe:ne ponas aīe tue ſcādalū Eccli.xxxij.Uia ruie.ſ.cadēdi ē familiaritas. Jbi offendit̄ i lapidib⁹ pctōꝝ.Uia ē laborioſa ꝑꝑ corpis ⁊ aīe ꝑditionē:g°. Qui ſe exiſtimat ſtare ⁊c̄.

Terti⁹ mod⁹ cadēdi ē ꝑ delicioſa; ꝯuerſationē:qn̄.ſ.tenēt bonā vitā: ſ; de delicijs mūdi volūt q̄tū pn̄t recipe ſine pctō. Jſti cadēt nō ipulſi nec offendēdo:ſ; ex lubricitate vie.Q2 ſic̄ ille q vadit ꝑ viā lutoſam:ſ; nō impellat̄ nec inueniat ſcādalū:cadet ex lubricitate: qð nō fieret ſi per viā ſiccā icederet Jta qn̄ pſona vult ire ꝑ viā deliciarū: bn̄ comedere ⁊ ſepe rigare gutt' dicēdo. Uere iſtð nō eſt pctm̄:exq̊ hō nō frangit ieiunia eccl'ie. Jtē comedere carnes:portare camiſia;.talis diu ſtare nō pōt ſm̄ Ber. Lubricauerunt veſtigia nr̄a in itinere plateaꝝ nr̄aꝝ appropinquauit finis nr̄. Threnoꝝ.iiij. Nō differētias inē plateas ⁊ vicos. Platee ſūt late ⁊ ſignāt



pſōas q̄ late vadūt in delicijs ⁊c̄. Per vicos ſtrictos ſignant̄ pſōe q̄ reſtrigūt ſe a delicijs ⁊c.⁊ vadūt ſine piculo ỽ luto.S; de illis q vadūt ꝑ plateas deliciarū dicētib⁹.Hoc bn̄ pōt fieri:q2 n̄ ē pctm̄: dicit:appropinq̄uit finis nr̄. ſ.bōe vite.De iſtis Dd cōcordās cū Jeremia dicit.Jpſi obligati ſūt.ſ.inuoluti:⁊ ceciderūt. ps.xix. Remediū qð habem⁹ hic ad h° dat apl's dicēs: Carnis curā ne feceritis in ỽſideriis.ad Ro.xiij. L; bn̄ in neceſſarijs. Q2 qn̄ pſona deuota ifirmat̄:q̄ aīs nō ꝯſueuit comedē carnes nec dormire i lecto: ſ; cōſueuit portare cilicīū.in ifirmitate nō d; iſta ƀuare.Q2 ſicut aſin⁹ onerat⁹ cadēs i terrā nō pōt comedere ⁊ eleuari niſi on⁹ deponat̄.q̄ eleuato iterū reponit̄ ſibi on⁹.Sic p⁹ de pn̄ia ē vt aſinus ſub ſe portās on⁹ pn̄ie:q̄ ſi cadat ꝑ ifirmitate; d; deponē on⁹:q2 aīs nō poſſet curari: ſal' penitētia ē hr̄e patiētiā i ifirmitate. Poſt curationē reſumat̄ on⁹. Ecce q̄re dic̄.Carnis curā ne feceri' i deſiderijs. Nēo.n.vnq̄; carnē ſuā odio habuit: ſ; nutrit ⁊ ſouet ea; neceſſarijs. ad Ephe.v.

Quart⁹ mod⁹ ē ꝑ negligētialē oꝑationem.Deuotio.n.ſpūal' ⁊ oīones ⁊ oīa pn̄ialia ſūt fortitudīes ſuſtinētes pſonā i altitudine gr̄e dei:q2 ſi dimittant̄ ex tedio vl' negligētia icipit p⁹ refrigeſcē:⁊ ad caſū diſponitur.Uerbigr̄a.de religioſo vel clerico ỽuoto qn̄ dic̄:⁊ qd op; me ſurgē ad matutinas: ita mān̄e vl' orat̄ genub⁹flexis:⁊ ſic de alijs: ⁊ paulati dimittit.talis i breui cadet : q2 deuotio q̄ ē fortitudo deficit:⁊ ſ; nō ſit ipulſus a demōe nec iueniat ſcādalū in lubricitate vie:cadit tn̄ ex negligētia. Abierūt retrorſū.ſ.dimittēdo bonā vitā ⁊ pn̄ia;:⁊ ceciderūt i terrā. Jo.xviij. ſup h° hēmus ꝯſiliū a xp̄o dicēte.Allegorice. Accige lūbos tuos:⁊ tolle baculū meū i manu tua ⁊ vade.iiij.Reg.iiij.Nō.Accige lumbos tuos:q2 ſicut ille q vadit ſine cictura: pliex tāgūt t̄rā. Jta negligētes vadūt ad terrā. Jō dic̄.Accige ⁊c̄.⁊ tolle baculū meū i manu tua.ſ.baculū crucis.Q2 ſic̄ ille q ſurgit de ifirmitate ē debilis ſuſtētat̄ baculo ne cadat: ita p⁹ deuote ſi aliq̄tiēs attediūt vl' ſint negligentes ⁊ debiles ſumāt ⁊ videāt baculū.ſ.xp̄i crucē ⁊ paſſionē:nō ſolu; ocul'ſ; manib⁹ oꝑādo. Mal⁹ ꝯfortamē qð poſſum⁹ hr̄e i bonis oꝑibus ē memoria paſſiōis xp̄i. Uerbigr̄a. ſi hētis tediū de ieiunio cogitate ieiuniū xp̄i: ⁊ p̄ādiu; qð habuit i cruce.Si de deſpectione hētis tediū:cogitate qd dicebat̄ xp̄o.Uach q ỽſtruis ⁊c̄.Si pulices vos ingetāt:cogitate pūctiones xp̄i i capite ⁊ māib⁹ ⁊ pedib⁹.Si ỽ pauꝑtate tediū habetis: cogitate xp̄m nudū in cruce.Ecce q̄re dic̄ Accige lūbos tuos ⁊c̄. Ergo q ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat.

De eadē dñica.ix.p⁹ feſtū trini. Ser.q̄nt⁹.

prijs expēſis edificaſ ⁊ nō ī aliēo fūdo dr̄ eſſe
illi⁹ q edificauit.etiā tot⁹ mundus xp̄i eſt.q̄a
dñs ieſus xp̄s de ſuis ꝓprijs.ſ.potētia iſinita
⁊ ſapīa ſine aliēo adiutorio ī ꝓprio fūdo edi/
ficauerat caſtrū vꝉ domū toti⁹ mūdi cū oīb⁹
creaturis.iō oīa ſūt ſua. Cui⁹ ē celū īra ⁊ alie
creaſ viſibiles ⁊ iuiſibiles. Rñdeo ꝙ oēs ſī
xp̄i.Et iſto mō loqſ apl̄s di. Locut⁹ eſt nob.ſ.
de⁹ pr̄ ī filio quē ꝯſtituit heredē vniuerſorū p
quē fec̄ de⁹ ⁊ ſecl̄a.ad Heb.i.g° oēs creaſ ſī
xp̄i p creatōeʒ vlēm.Quātū ad 2ᵐ mēbruʒ.ſ.
ſciaſ ꝙ p redēptiōeʒ hūanā oēs creature rō/
nales cuiuſuis ſtat⁹ ſiue ꝯditōis ſint tā fideleſ
q̄ʒ iſideles oēs ſūt xp̄i nō ſolū p creatōeʒ ſʒ ēt
p hūanā redēptiōeʒ.q.n.ꝓprijs pecūijs emit
captiuos illi⁹ ſūt.ita xp̄s ꝺ ꝓpria mōeta burſe
ſue.ſ.ei⁹ corꝑis ſanguie emit nos ⁊ ꝓ oīb⁹ ſol/
uit ꝑciū ī mēſa cābij.ſ.ī cruce.Iō oēs ſum⁹ ſui
ſʒ iudei ⁊ agarēi ⁊ oēs iſideles alij vt falſi ca
ptiui fugiāt mō ⁊ latitēt p nēora ⁊ cauernas



iſidelitaſ.vñ apl̄s dicit.Siue viuim⁹.ſ.p fidē
⁊ gr̄aʒ.dño viuim⁹:ſiue morimur.ſ.p īfidelita
tē vꝉ pctā.dño morimur.ſiue.n.viuimus ſiue
morimur dñi ſum⁹. In h°.n. xp̄s mortu⁹ ē ⁊
ſurrexit vt ⁊ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dñeſ.ad Ro.
xiiij.3° mō dicūſ aliq ſpāi⁹ xp̄i p ſbiectionē ſpā/
lē.Iſto° ſolū xp̄iāi dōi ſī ſui p verā credētiā ⁊
ꝺuotā obiā ad ei⁹ ꝑcepta.q hʒ iſta duo:ille dr̄
eē xp̄i.⁊ ꝑ iā ꝺnotaſ ī noīe xp̄iāi. Quare aliq
dicūſ arogonēſes:q꞉ hñt ſubiectionē ſpālē p
credētiā ad regē arogōie ⁊ obiaʒ.Quaſ aliq
dicūſ caſtellāi vꝉ gallici pp ſbiectionē ſpāleʒ
ad ſuū rgē.ita xp̄iāi q hñt verā fidē ī corde ⁊
ꝺuotā obiam ī oꝑe ſī xp̄i p ſpālē ſubiectōeʒ.⁊
ex ꝑ noīati ſī xp̄iāi.Actꝭ.xi. Paul⁹ ⁊ bnabas
ī āthiochia ānū totū ꝯuerſati ſī ī eccl̄ia ⁊ docue
rūt turbā mltā:ita vt cognomīaretſ ꝑmū ātio
chie diſcipli xp̄iāi.Ecce añ dicebāſ diſcipuli.
Et ꝺ xp̄iāis loqſ thēa.Qui xp̄i ſī ⁊c.ſ.p ſubie
ctionē ſpālē:p verā credētiā fidei:⁊ deuotaʒ
obiam ī oꝑe:carnē ſuā crucifixeſt. Mꝺ vidē
dū ē quō nos xp̄iāi ꝺbem⁹ crucifigē cānē no/
ſtrā ad iſtar xp̄i.Declara p.v.vlnera ſiue pla
gas pīcipales q̄s xp̄s recepit in cruce.mltas
alſ plagas rcepit ī capite pp coronā ſpiaꝝ ⁊ ī
toto corꝑe liuoreſ qs poſſʒ nūeraſ ⁊c.Sʒ pla
ge pīcipales fuerūt.v.due ī māib⁹ ⁊ due ī pedi
b⁹ ⁊ vna ī laſe.ꝺ qb⁹ ꝓphauerat dꝺ ī ꝑs.xxi.ī
ꝑſ° xp̄i di.Foderūt man⁹ meas:⁊ pedes me.ſ.li
gōe clauoꝝ.xp̄s g° fuit crucifix⁹ corꝑalr̄:⁊ rce
pit.v.vulnera realr̄.Sic nos xp̄iāi ꝺbem⁹ cru
cifigi ad iſtar xp̄i moralr̄:⁊ recipe iſtas.v. pla
gas ꝟtualr̄:⁊ tūc ꝺ nob dicet thēa.q xp̄i ſī ⁊c.
⁊ Primo in manu dextra:p miaʒ largiēdo.
⁊ Scðo in ſiniſtra:p iuſticiā reſtituendo.
⁊ Tertio in dextro pede p tpātiā abſtinēdo.
⁊ Quarto ī ſiniſtro pede p patiaʒ ſuſtinēdo.
⁊ Quinto p patiētiā cōtinuando in latere.
Quilibet xp̄ian⁹ q has.v.plagas aſſūpſit ad
iſtar xp̄i crucifix⁹ ē.de qb⁹ ꝟificaſ thema.Qui
xp̄i ſī ⁊c.Ecce tota mã ꝑdicāda in pñti ſūma.
¶Dico p° ꝙ ſi ad iſtar xp̄i volum⁹ crucifigi
ꝺbem⁹ p° clauari ⁊ crucifigi ī manu ꝺxtra cla
uo mie.h° ꝺclaraſ ſic.Facultates ſiue diuitie
h⁹ mūdi dicūſ man⁹.rō.q꞉ māib⁹ facim⁹ oꝑa
pīcipalr̄:ita illi q hñt mag̃s ditias pñt facē
mlta ⁊ mag̃ oꝑa.ſ.mag̃s domos . caſtra.ve/
ſtes ⁊c.Iā dr̄ vulgariſ ꝺ diuite.mlta pt facē.
ecce rō q̄re dicūſ diuitie dñi man⁹.iō dicebat
ſalomō. Pecunie obediūt oīa. Eccl̄s.x. Nō.
obediūt oīa.ſ.corꝑalia ⁊ tpalia. Et ſic hēmuſ
duas man⁹ ꝺxtaʒ ⁊ ſiniſtrā.ita ſī due ꝯditiōes
facultatū ſeu diuitiaꝝ.aliq̄ de bono iuſto ⁊ iu

ſte dicūſ dextra man⁹.aliq̄ de malo q̄ dicunſ
ſiniſtra.de bono iuſto ſī diuitie q̄ acqrunſ iu/
ſte:vt ꝺ poſſeſſiōib⁹ vꝉ ꝺ laborib⁹ ī offō ſuo vꝉ
ꝺ redditib⁹ iuſtꝭ.vꝉ ꝺ mercatorib⁹ vel vēditiōi
b⁹ planis vꝉ ꝺ vaſallis ſine rapia.⁊ ſic ꝺ alijs.
Talis pecunia dr̄ man⁹ ꝺxtra. De malo ⁊ iiu
ſto ē pecūia ⁊ acqriſ iiuſte.vꝉ p vſurā ſiue p ra
pinā vꝉ calūniā vel p retētionē deciaꝝ ⁊ ꝑmi/
tiaꝝ ſalarioꝝ vꝉ teſtōꝝ ſiue iuētoꝝ ſiue p ſymo
niā. Iſta ē man⁹ ſiniſtra.De iſtis manib⁹ dice
bat ſalomō.Leua ei⁹.ſ.mūdi ſub capite meo.
ſ.deſpiciēdo.⁊ dextra illi⁹ āplexabiſ me.Cāt.
ij.In ꝺxtra g° ē fiēdū vuln⁹ clauo mie.ſ. ele/
moſynas largiēdo.q꞉ ſolū de illa h° ē ꝺ bōis
iuſtꝭ p ꝺxtrā ſignificatꝭ ē fiēda elemoſyna.Et ſi
cut ꝺ mān xp̄i ꝑforata exiuit ſāguiſ.ita ꝺ mān
diuitꝭ ꝺxtra clauo mie ꝑforata dʒ exire elemo
ſyna ad pauꝑes.q꞉ ꝺ iiuſtꝭ bonis ñ dʒ fieri ele/
moſyna.ſʒ reſtō. Iō xp̄s. Te āt faciēte elemo/
ſynā neſciat ſiniſtra tua qd faciat dextra tua.
Mat.vi.pp h° do vob h° ꝯſiliū. Qui hʒ pe/
cuniā ꝺ bōis iuſti ⁊ ēt ꝺ iiuſtꝭ bōis dʒ facē me/
diū ī taxia.⁊ ad ꝺxterā ponē illā ꝺ bono iuſto
⁊ ad ſiniſtrā illā ꝺ iiuſto. Et qñ hūeritꝭ facere
elemoſynā dabiſ ꝺ dextra ⁊ ſi lucrami aliqd
iuſte pōetꝭ ibi.Si qꝺ abſit hētꝭ aliqd forte ꝺ ī/
iuſtꝭ bōis dʒ pōi illꝺ ī ſiniſtra ꝑte vt q̄tiēſcūq̄ꝫ
videritꝭ recordemī de reſtōne dicēdo.O miſ
ita hēo reſtituē. Idē dico ꝺ burſa q꞉ ꝺs aliqñ
dabit vob cor ad faciēdū rſtōnē. Ecce quare
xp̄s dicit te faciēte elemoſynā ⁊c.Ecce pꝛima
plaga.Qui xp̄i ſī:carnē ⁊c.¶Dico 2° ꝙ ad ī
ſtar xp̄i ꝺbem⁹ ꝑforari ī ſiniſtra ſʒ ꝙ ꝺclaraui
Siniſtra ē pecūia iiuſta vꝉ alia res iiuſte hita
q̄ dʒ ꝑforari ⁊ clauari clauo iuſti° reſtituēdo
debita:q꞉ ſic daſ elemoſynā ē op⁹ mie.ita ēt ī
reſtōne debita ē op⁹ iuſti°.Iō vos auari ꝑfora
te manū vr̄aʒ ſi iuſtitiā vēdidiſtis reddatis il
los.ij.vꝉ.iij.florenī.q̄s recepiſtis ab illa vidua
ſeu pauꝑe.Idē vos mercatores ſi emēdo vꝉ
vēdēdo defraudaſtis aliquē. Idē dñi tpales
ſi recepiſtis aliqd a vaſallis p rapinā vel ſi re
tinuiſtis ſalariū ſuoꝝ:ācillaꝝ ⁊ ſic ꝺ alijs. Si
vultis ſaluari oʒ reſtituē totū vel petē veniā.
Iō dicit ſcriptura. Reddite oīb⁹ debita ⁊ ne/
mini qcq̄ꝺ ꝺbeatis.ad Ro.xiij. Bñdict⁹ ē q
cū ꝟitate pōt dicē.Lʒ modicū hēo:tñ totū ē
meū:nulli teneor.Sʒ auiſo vos h:q꞉ ñ ſolū ē
fiēda reſtō ꝺ h° qꝺ hō rcepit:ſʒ ēt de dāno qꝺ
ītulit.ꝺbigr̄a.Si aliqs falſus notari⁹ amore
ſeu tiore ꝑcio vel rācore fecit cartā falſā dona
tiōis inī viuos:vel falſū teſtiū ⁊ hmōi ⁊ dānifi
cauit ꝓximū ī.c.vel.M.flo.taſ teneſ ad totū

⁊ ſi dixeris. Nihil recepi. Solo. Nõ ẽ vis. idẽ
d falſis teſtib⁹. Idẽ ſi ipignoraſtis vineã: ar-
borẽ: vel agꝛ: ſoluatis totũ lucrũ qd ide hũiſt
Idẽ ſi ɔbuſſiſtis domũ triticũ ⁊ hmõi. qꝫ te-
nef iſolidũ niſi alij ɔſẽtiẽtes velit ſatiſfacẽ ẽt.
Proch dolor qt ſt q alios dãnificãt vel p ſuũ
log: vl p ſuũ opari vl p ɔſiliũ. ⁊ ſic d alijs ⁊ tñ
nullã faciũt reſtõnẽ. ¶ 3° crucifigẽdi ſt pedes
Sup h° ſciẽd q pedes qb⁹ gdimur alĩnati ſt
pſpitaſ ⁊ adũſitas mũdanaſ. Sic. n. ãbulam⁹
i h° mũdo: mõ p pſpitatẽ: ſanitatẽ: ⁊ abũdãtiã
mõ p adũſitatẽ. ſ. ifirmitatẽ ⁊ indigẽtiã. Nec
aliqs pt vno pede ãbulare. Nõ dxtro pſpitaſ
qꝛ ſupbiret. nec ſiniſtro adũſitatis qꝛ dſparet
hõ. Quid g° fac ds: mõ dat letitiã: mõ triſti-
tiã. Forte fuiſtis i nuptijs cũ letitia p totũ diẽ
⁊ qñ i ſero redieritis ad domũ iueniẽtis filiuꝫ
vrm vulneratũ i capite: qꝛ cecidit: mõ hẽſ tri-
ſtitiã. Itẽ mõ hẽſ ifirmitatẽ: mõ ſanitatẽ: mõ
bonũ nũciũ mõ malũ. Si ſp eẽm⁹ cũ pſpitate
ñ cog°ſcerem⁹ deũ. Si ſp i adũſitate nõ poſſe
m⁹ ſuſtinẽ. iõ dicit Salomõ. riſus dolore mi-
ſcebiſ ⁊ extrẽa gaudij luct⁹ occupat. Prou.
xiiij. In dextro g° pede pſpitatis aſſumi dꝫ
vuln⁹ clauo tpantie ab illicitis ⁊ ſupfluis ab-
ſtinẽdo. Si hẽſ diuitias: ſãitatẽ: pſchritudinẽ. ⁊
hmõi ñ dẽſ male vti. Ex his ſt multi miſi q ſi
hñt pulchritudinẽ corpalẽ eã expẽdũt i luxu
rijs. fortitudinẽ i homicidijs. diuitias i vãitatib⁹
Iõ clauo tpãtie pforare debeſ pedẽ dextruꝫ.
Si hẽtis pſchritudinẽ corpis ẽt faciatis q aĩa
ſit pulchra. Si fortitudinẽ expẽdatis i pnĩa di-
ſciplinis ⁊c. Si diuitias recipiatis necẽitatẽ ⁊c.
Alia detis amore dei paupib⁹. ⁊ i pias cãs. qꝛ
nõ ſũt expẽdẽda i vanitatib⁹ debeſ cõputare
⁊ dicẽ. Uide volo qñtũ hẽo ego de redditib⁹
qꝫ ãno. c. vel. M. florẽ. Et ſi hũero mille in
ãno expẽdã qngẽtos in meis neceſſitatib⁹. d
alijs qngẽtis emã cẽſualia. ⁊ domũ p alio mũ
do. Emunſ ãt dãdo elemoſynas paupib⁹ vel
mutuãdo ſine vſura pp deũ. Cogitate q hẽſ
mori. O miſi qd dicetis xpo qñ nudi vẽictis
corã eo. Cogitate qlẽ ɔfuſionẽ ⁊ capſationes
faciet vob dicẽdo. O miſ quõ vẽiſ ſic: cũ hũiſ
ſes tot reddit⁹ ⁊ tot bõa qd dices. dñe totũ ex
pẽdi i vãitatib⁹. Rñdebit xps. Iõ vadas ad
hoſpitale miſoꝝ. Iõ clauo tpãtie pforare ſe
dꝫ hõ. iõ dic ſcrip. Obſecro vos tanq̃ adue-
nas ⁊ pegrĩos abſtinẽ vos a carnalib⁹ dſiderijs
q militãt aduerſus aĩaꝫ. i. Pe. ij. No. quõ pe
grini ⁊ qlr vadũt p viã iduti ſimplr: lꝫ ſint ui
bites ciues. Nõ iduunſ de auro. Itẽ ſolũ por-
tãt pecũias ad viã neceſſarias. ⁊ qñ ſt i hoſpi-
tio ñ curãt d magnis delicamẽtis vl delectatõi
b⁹. Itẽ qtqt ſum⁹ in h° mũdo pegrini ſumus.
Ubi ſt illi q erãt: mõ ſt. M. ãni. iã trãſierũt ⁊
ɔpleuerũt ſuã pegrinationẽ. Idẽ de illis q erãt
mõ ſt. c. ãni vel. cc. Iſte mũd⁹ nõ ẽ niſi via vn⁹
itrat p portã natiuitaſ. ali⁹ exit p portã morſ.
morſ papa ⁊ vẽit ali⁹. Idẽ de rege ⁊ cardia-
lib⁹. epis. ⁊ ſic de alijs. Nõ hẽm⁹ h manẽtẽ ci
uitatẽ: ſꝫ futurã inqrim⁹. ad heb. xiij. Propt
h° rogat nos btũs petr⁹: q viuam⁹: vt pegrini
abſtinẽdo. ¶ 4° in pede ſiniſtro. ſ. adũſitatis
debem⁹ clauari ⁊ pforari clauo patie. Sic. n.
tpãtia ẽ necẽaria in pſpis: ita patia in aduerſ
eq̃nimit mala tolerãdo ⁊ ſuſtinẽdo. Patia
aũt eſt ſalſa q oẽm cibũ qtũcũqꝫ amarũ facit
ſapidũ. Iſta ſalſa Iob dulcorauit cibũ amare
pſecutiõis q clauo patie clauat⁹ nõ murmura
uit ɔ deũ: nec i aliq peccauit: ſꝫ dixit. Nudus
egreſſus ſũ de vtõ mrĩs mee: ⁊ nud⁹ reuertar
illuc. Dñs dedit dñs abſtulit ſic dño placuit
ita factũ ẽ. ſit nomẽ dñi bñdictũ. Iob. i. Sic
debem⁹ facẽ in nrĩs aduerſitatib⁹: miſijs vel
ifirmitatib⁹: in pditiõe filioꝝ vel bonoꝝ: ſp di
cẽ debemus. Bñdict⁹ de⁹: qꝛ ſp facit p melio
ri lꝫ nos neſciam⁹. No. de illo hoie deuoto q
in ſuis aduerſitatib⁹ ſp dicebat. Totũ ẽ p me
liori. ⁊ fit. ⁊ mulier ipatiẽs idignabaſ. Cũ aũt
ſeſ vellet ſurgẽ ad matutias ex deuotiõe ⁊ ini
mici obſuaſſent eũ ad portã vt eũ occiderent.
cecidit p ſcalã ⁊ fregit ſibi tibiã. Cũ aũt muli-
er rephẽderet eũ: qre ſurrexerat. Rñdit. totũ
p meliori ſcm ẽ. Mane aũt ſciuit de inimicis
ſuis ⁊c. O dixit ipſe meli⁹ ẽ: qꝛ de fractura ti-
bie curabor: ⁊ nõ ſi fuiſſẽ iugulat⁹. Iõ cũ pa-
tiẽtia ſuſcipiẽde ſũt ifirmitates. Iõ dicit ſcri.
Fres patiẽtes eſtote vſqꝫ ad aduẽtũ dñi. Ec-
ce agricola expectat pciõſũ fructũ ẽre patiẽ-
ter ferẽs donec accipiat tpaneũ ⁊ ſerotinum.
Patientes igiſ eſtote vos ⁊ ɔfirmate corda
vr̃a: qm aduẽt⁹ dñi appropinqbit ⁊ nõ tarda
bit. Iaco. v. ¶ 5° i laſe debem⁹ vulnerari vul
nere pnie. Pnĩa dſ lãcea: qꝛ ſic lãcea hꝫ duo
ſ. ferrũ acutũ ⁊ haſtã lõgã. Itẽ pnĩa hꝫ ferruꝫ
acutũ ɔtritiõis q vulnerat cor timore pcuarũ
iferni. ⁊ ẽ ibi haſta lõga ſpei qꝛ lõgã ſpẽ debe
mus hẽ de dei mĩa. ſi hõ vult a pctis abſtinẽ
⁊ pniam facẽ. Qui timetis dñm. ecce ferrũ acu
tũ: ſpate in illũ. ecce haſtã. ⁊ i oblectationẽ ve
niet vobis mĩa. Ecci. ij. de pe. di. i. Nemo põt
digne agẽ pniam niſi q ſpauerit veniã. Iudas
pditor ferro ɔtritiõis vulnerat⁹ fuit hñs con
tritionẽ. Dicit text⁹. Uidẽs Iudas q dãna-
tus eẽt: pnĩa duct⁹ ⁊c. Mat. xxvij. ſed nõ fuit



ibi haſta ſpei. qꝛ deſpauit dicẽdo. O miſ tan
tũ malũ feci nõ debeo viuere ⁊ ſuſpẽdit ſe. O
miſer ſi veniſſem ad ṽginẽ vt oraret filiũ ſuũ
vt pceret ſibi adhuc habuiſſet remiſſionẽ ⁊c.
Iõ dicit. Qui timetis dñm ⁊c. Hac lãcea dꝫ
apiri lat⁹ vſqꝫ ad cor p amarã contritionẽ: vt
exeat inde ſanguis feruẽtis orõnis. vel p di-
ſciplinas ⁊ aquas lachrymaꝝ: ſicut de latere
xpi pforato exiuit ſanguis ⁊ aqua. Un⁹ mili-
tũ lãcea lat⁹ ei⁹ apuit ⁊ ɔtinuo exiuit ſanguis
⁊ aq̃. Io. xix. Hic ẽ q venit p aquã ⁊ ſãguineꝫ
Nõ in aq̃ ſolã: ſed in aq̃ ⁊ ſanguine. i. Ioã. v.
Predicto mõ crucifixus erat q dicebat. Xpo
cõfixus ſum cruci. Gal. ij. Itẽ. Ego. n. ſtigma
ta dñi ieſu xpi i corpe meo porto. ad Gal. vi.
Nõ legiſ q apl̃s fuerit crucifixus realr ſꝫ de-
capitatus. ſed erat clauatus in manu dextra
clauo miſericordie. in ſiniſtro clauo iuſtitie.

¶ Dñica. xv. poſt feſtũ trinitatis. Ser. pm⁹.

Q Uerite pmũ regnũ dei ⁊ iuſtitiã
ei⁹. Hꝫ vbũ iſtud textualr
Mat. vi. ⁊ recitatũ ẽ ſtati i euãg° ho-
dierno. Nr̃ pñs ſmo erit de ſcõ euãg° huius
dñice: ⁊ hẽbim⁹ ſi placet deo multas bõas do
ctrinas ⁊ ſpeculatiões ɔtẽplatiuas ad iforma
tionẽ aĩaꝝ ⁊ iſtructiões morales ad reforma-
tionẽ vite nr̃e. Salutet virgo ma. ⁊c. Dñs ie
ſus xps ſaluator nr̃ volẽs et pficiens ſaluatio
nẽ oĩum aĩaꝝ nraꝝ niſi p culpã nrãm impe-
diaſ. in ſcõ euãg° oñdit tria multum vtilia ad
hñdã dictã ſaluationẽ. ⁊ Pm est adherẽtia
diuinalis. ⁊ 2m ẽ cõfidẽtia ſupnalis. ⁊ 3m eſt
diligẽtia ṽtualis vel ſpũalis. In his trib⁹ ſtat
euãgm. ⁊ de 3°. ſ. diligẽtia ſpũali dicit thema.
Querite pmũ. i. pncipalr. ¶ Dico p° q xps
in euãgelio oñdit amoroſam inherẽtiã diuia
lẽ i h°. ſ. q nos debem⁹ i corde nr̃o hẽ maio-
rẽ cõiunctionẽ ad bona creata ſiue creaturas
q ad deũ: ſꝫ ſup oĩa toto corde ⁊ tota mente
adherẽdũ ẽ deo. Rõ ẽ. Sic. n. ille q vult hẽ
aquã purã ⁊ clarã recurrit ad fõtẽ. qꝛ poſtq̃
aqua trãſit alueos: iam nõ ẽ ita clara ⁊ pura.
Ita ſi volum⁹ pura bona ⁊ delitias ad deum
tanq̃ fõtẽ omniũ bonoꝝ ẽ recurrendũ. qꝛ ho
nores. diuitie ſeu delicie hui⁹ mũdi nõ ſunt ni
ſi lacus fetentes: laborib⁹: piculis ⁊ miſerijs.
Iõ dauid. Mihi aũt adherẽ deo bonuꝫ eſt.
Approximaſ hõ deo amando corde: cõtem-
plando intellectu: loquẽdo de eo ore. Iſtam
adherẽtiam diuinã oñdit xps in pncipio euã
gelij cũ dicit. Nemo põt duob⁹ dñis ſeruire.
Aut. n. vnũ odio hẽbit: et alterũ diliget. Aut
vnũ ſuſtinebit et alterũ cõtẽnet. Nõ poteſtis
deo ſeruire et mãmone. quaſi vellet dicẽ con
cludẽdo. ergo elõgetis vos a mãmona et ad
hereatis xpo. Recte xps hic tenet modũ lo-
gicalẽ. arguẽdo in forma ſylogiſtica. ſ. in ferio
ponẽs vlem negatiuã et pticularẽ affirmati-
uã. et cõcludit pticularẽ negatiuã. vlis nega
tiua eſt iſta. Nemo pt duob⁹ dñis ſeruire. De
clareſ. Diceret aliqs. Nõne põt hõ ſuire pa
pe et epo: regi et pmogenito: imo qꝛ ſuiẽdo
vni ſuiſ alteri. Gloſa declarat intellectũ xpi
dicẽtis. Nẽo põt ſuire duobus dñis. ſ. inter ſe
ɔtrãtib⁹ et ɔtia pcipiẽtib⁹: ita q duob⁹ dñis
ɔtrarijs nemo põt bñ ſuire. ⁊ qꝛ papa ⁊ eps: rex
⁊ pmogenit⁹ non ſt ɔtrarij: iõ ⁊c. Declarat xpus
dãs rõnẽ. Aut. n. vnũ odio hẽbit ⁊c. Quere-
ret mõ aliqs quõ poterit qs ſcire q ſuiat ali-
qs deo: qꝛ ſol⁹ deus ſcit corda. Dico q vnũ ſi
gnũ exit ex. ſ. vbũ p os vt fum⁹ p fumerariuꝫ.
Cor vbi ẽ ignis emittit fumũ ad os: qꝛ ex abũ
dãtia cordis os loqſ. Mat. xij. Et in hoc co
gnoſciſ q ſeruit deo. Uñ ⁊ petro dictum fuit.
Tu ex illis es. Nã ⁊ loq̃la tua manifeſtum te
facit ⁊c. Mat. xxvi. Dicaſ ɔ illos h qui loquũ
tur ɔ deũ iurãdo: blaſphemãdo. Meli⁹ eẽt il
lis q eſſent muti. Quib⁹ diceſ in iudicio. De
ore tuo te iudico ſue neq̃. Ecce vlis negatia.
Nemo põt duob⁹ dñis ſuire: ⁊ quõ intelligiſ
patuit. Sꝫ minor. ſ. pticularis affirmatiua nõ
exprimiſ in textu: ſꝫ inuiſ. ſ. q de⁹ ⁊ diabol⁹ ſint
dñi ɔtrarij. Qd de⁹ ⁊ diabol⁹ ſint dñi: indiget p-
batiõe: ſꝫ q ſint ɔtrarij cito pbabiſ. Chriſt⁹ ẽ dñs
nr̃ duplici rõne. ſ. creatiõis ⁊ redemptionis.
Creationis: qꝛ ipſe cũ patre ⁊ ſpiritu ſcõ oĩa
creauit: ergo eſt dñs. Nã ſi aliquis in ſua poſ
ſeſſiõe de ſuo pprio edificat domũ nõne diceſ
dñs domus: imo. Ita xps de ſuo pprio crea-
uit domũ hui⁹ mũdi: ergo dñs eſt: pp h° dice
bat mardoche⁹ orãs. Dñe de⁹ oĩps in ditione
tua cũcta ſunt poſita ⁊ nõ eſt qui poſſit tue re
ſiſtere volũtati. Tu feciſti celũ ⁊ terrã ⁊ quic
quid celi ambitu cõtineſ: dñs vniuerſoꝝ tu
es. Heſter. xiij. Scdo iure redẽptiõis. Nam
ſi aliqs de ſuis pprijs pecunijs emit captiuũ
ſeu captiuos dñs eſt eoꝝ. Ita de⁹ q lꝫ creauit
oĩa diabolus ſibi inſtãtiue occupauit mĩta.
Intãtũ q dicebaſ princeps hui⁹ mũdi. Uẽit
princeps mũdi hui⁹. i. diabolus ⁊ in me non
hꝫ q̃cq̃ inqt xps. Io. xiiij. Xpus ſuo ſanguine
emit nos: nõ tñ dedit pciũ tyrãno. ſ. dyabolo:
qꝛ nullũ habebat ius: ſꝫ deo patri. Ergo dñs
eſt nr̃ iure redẽptionis. Ideo dd in pſ. Exur-
gat de⁹ ⁊c. dicit Iter facite ei q aſcẽdit ſup oc
caſum. i. paſſionẽ. Nam occaſus ſolis ſignat

xp̃i paſſionẽ:q2 ſicut ſol occidit cũ certitudine q̄ i craſtinũ orieť. Ita xp̄s paſſus fuit cũ certitudine reſurrectiõis. Mo. Iter facite.ſ.i veſtro corde ⁊ vita ⁊ vẽiet ad vos ille q̄ fuit paſſus: q2 dñs nomẽ illi. Diabol9 ð2 dñs nõ vere ſʒ tyrãnice:⁊ hõ peccãdo dat ſe illi ſicut ſi capti9 fugeret ⁊ daret ſe alteri:ille diceret dñs ei9:nõ tñ vere:ſʒ malicioſe. Jõ oẽs ſum9 empti xp̄i ſãguie q̄ i mẽſa crucis apuit cophinũ theſauri:i q̄ cruce paſſus ẽ in capite ſpinis:in manib9 ⁊ pedib9 clauis: in latẽ lancea ⁊ qñ hõ peccat mortaliť fugit dñm xp̄i:⁊ ſubijcit ſe diabolo: ſʒ nõ dicat ore dñm ſuũ:tñ oñdit:ꝓpter hoc diabol9 ð2 dñs tyrãnic9. Jõ dicebat auctas apl̃i. Neſcitis qm̃ cui exhibeťis vos ſeruos ad obediẽdũ:ſui eſtis ei9 cui obediſtis:ſiue pctī ad mortẽ:ſiue obeditiõis ad iuſticiã. ad Ro.vi. Ecce quõ itelligiť q̄ xp̄s ⁊ diabol9 ſunt dñi ſ.diuerſimode:ſed ſunt oppoſiti:q2 q̄cq̄d pl3 deo diſplicet diabolo. Uerbi gr̃a. De9 p̄cipit humilitatē:⁊ diabol9 cõtinue laborat iducẽ gẽtes ad ſupbiã ⁊c̃. De h° vide ſan. Tho.i.p. q.lxiij.artic.ij. Xp̄s vult q̄ ſim9 liberi:ñ nimis nos occupãtes ð bonis tp̃alib9:⁊ diabol9 iducit ad auaritiã ⁊c̃. Itẽ xp̄us vult vt ſim9 caſti vt habeam9 illã gloriã pad̄iſi.⁊c̃.vbi ñ itrant porci nec ignati:ſʒ diabolus vt cadam9 cũ eo eternã damnationē ꝓuocat nos ad luxuriã. Xp̄s vult vt habeam9 pacẽ ⁊ bonã dilectiõe3 ad iuicẽ ⁊ charitatẽ:⁊ diabol9 icitat ad iuidiã ⁊ malitiã cũ felle amaritudinis vł occaſiõe offícioꝝ:dignitatũ:bñficioꝝ:⁊ hmõi: Xp̄s vult ⁊ p̄cipit tẽperãtiã:vt de cibis q̄s ipſe creauit ꝓ nobis recipiamus ad ſufficiẽtiã: ⁊ nõ ãplius Sicut nec beſtie exq̄ biberũt. Et ſi rex vł papa iuitaret eas ñ pl9 bibũt:⁊ diabol9 tẽptat ð gula ⁊c̃. Xp̄s p̄cipit vt viuam9 i pace p̄cẽdo inimicis:q2 oẽs ſum9 mẽbra vni9 corpis ⁊ ſi qñq̄ dextera p̄cutit ſiniſtrã:vł ecõuerſo ñ recipiũt vĩdictã:ſʒ iuuãt ſe mutuo. Ita oẽs nos mẽbra corpis eccľie ſum9:cui9 caput ẽ xp̄s:ſʒ diabol9 ꝓuocat ad irã ⁊ ipatiẽtiã ⁊ vindictã. Ita breuiť q̄cq̄d placʒ ðo diſplicʒ diabolo:⁊ tractat o^m ð eo vt fiat: Jmmo ſtatí creat9 poſuit diuiſiõe3 i celo. Dicaľ quõ ſ ſpexit ⁊ ſb ſe vidit oẽs creaturas ⁊ ſolũ ſup ſe ðũ:cui voluit eq̄ri ⁊ multi ãgeli vt adulatores cõſẽſeřt ſibi:ſʒ michael:gabriel:raphael:⁊ alij bõi dixeřt. Ego ñ ꝯſẽtio. Ecce ibi diuiſio:p̄p qð dixit de9. Nõ habitabit i medio dom9 mee q̄ facit ſuperbiã. Tũc michael cũ alijs expulit eũ cũ ſibi cõſẽtiẽtib9 ð celo. Auctas. fctm̃ ẽ p̄liũ magnũ i celo Michael ⁊ ãgeli ei p̄liabãť cũ dracõe.i.luciferro:q̄ tot ãgelos ðuorauit:h° ẽ ſeduxit:⁊ homines ðuorat. Apo.xij. Patẽt igť ꝯrietates xp̄i ⁊ diaboli. Jõ xp̄s. Qui ñ ẽ:mecũ ꝯ me ẽ.⁊ q̄ ñ colligit mecũ diſp̄git. Lu.xi. Et logť ad lr̃a3 ð lucifero:p3 mior quõ ðus ⁊ diabol9 ſũt dñi oppoſiti. Nõ ſeqť ꝯcluſio.g° ñ potis deo ſeruire ⁊ mãmone. No. mãmona ſig̃t duo. In lingua.n.ſyriaca mãmõa ſig̃t ditias tp̃ales.2° ſig̃t illũ diabolũ q̄ tẽptat ð aua^a: q̄ ẽt ðť mã^a. Et ẜm h ꝯ° declarabiť dupľr qñ ðť. Nõ poteſtis ðo ẜuiť ⁊ mãmo.i.ditijs. Dic h ieſ.q̄ hõ p̄t bñ ẜuiť ðo ⁊ dñari ditijs:ſʒ ipoſ^e ẽ ẜuiť deo ⁊ ditijs. No. ðſia ẽ iť dñari ditijs ⁊ ẜuire eis ſicť iť dñʒ ⁊ ẜuũ:q2 dñs q̄eſcit ⁊ ẜu9 ẜuit ſibi ⁊ nõ e ꝯ°:ſʒ laborat ẜu9. Itẽ qñ tu laboras negociãdo p̄ mare:t̃rã ⁊c̃.⁊ pecũia q̄eſcit i domo i ciſta:tũc tu es ẜu9 ⁊ ip̄a dña:⁊ ñ potes deo ẜuiť ⁊ mãmõe. Sʒ dñari pecunijs ẽ eas ẜuitio bono applicare q2 ſic dñs ñ p̄mittit q̄ſcẽ ẜuum ſuũ:ſʒ dic fac h:fac illõ. Ita qñ hõ facit ẜuire ditias ſubueniẽdo viduis:orphanis:puellis: captiuis:⁊ paup̄ib9 ſine vſura:tũc diuitie ſũt ãcille ⁊ ẜuiũt dño ⁊ ſi eẽ dñm ditiaꝝ bonũ ẽ q2 ſiť p̄t hõ ẜuire deo ⁊ dñari diuitijs. Jõ dicit ieſ. Qui.n.diuitiaꝝ ẜu9 ẽ:diuitias cuſtodit vt ẜu9.q̄ aũt ẜuitutis excuſſit iugũ diſtribuit eas vt dñs.2° mãmona ſig̃t illũ demonẽ q̄ tẽptat de auaricia. Et qñ dicit q̄ ñ poſſum9 ẜuire ðo ⁊ mãmone. Eſt h ſpeculatio taľ. Nos inuenim9 i ſacra ſcri.ſeptẽ demões q̄ tẽptãt de ſeptẽ p̄ctis mortalib9:⁊ h ſolũ noiat xp̄s mãmonã. Prim9 ẽ leuiathã q̄ tẽptat de ſupbia.de quo Job.xli. Ip̄e ẽ rex ſup oẽs filios ſupbie. Scðs ẽ aſmode9 q̄ tẽptat ð luxuria.de q̄ Thob.iij. Demoniũ noie aſmode9 occiderat eos mox: vt igreſſi fuiſſẽt ad eã.ſ.ꝯcupiaʒ.3° q̄ tẽptat ð inidia ðť beelzebub.ð q̄ Lu.xi. In beelzebub p̄ncipe demõioꝝ eijcit demõia. H° dixeřt iudei. Quart9 q̄ tẽptat de gula:ðť beelfegor.de q̄ ðð. Initiati ſť beelfegor ⁊ comederũt ſacrificia mortuoꝝ. p̄s.cv. Quint9 q̄ tẽptat de ira ⁊ facit idurare corda:ðť baalberith.de q̄ Judi.ix. De fano baalberith ꝯduxit ſibi viros. Sext9 q̄ tẽptat de accidia ðť aſtaroth.de q̄.i.reg.vij. Auferte deos alienos de medio vr̃i baali ⁊ aſtaroth:⁊ p̄pate corda vr̃a dño:⁊ ẜuite illi ſoli. Septim9 q̄ tẽptat de auaricia.ðť mãmona.⁊ de iſto logť xp̄s hodie. Quare xp̄s in ꝯ^e ſui ſyllogiſmi dixit. Nõ poteſtis deo ſeruire ⁊ diabolo ſic dixit. Nõ poteſtis ðo ẜuire ⁊ mãmõe. Rñ°:ſʒ poſſeť ꝯcludi de q̄l3 diabolo.tñ xp̄s reſtrixit ad mãmonã. Rõ:q2 q̄vult eradicare ⁊ expellere malã arborẽ de ſuo viridario



ad radicẽ ⁊ nõ ad ramos icipiet. Idẽ i ꝓpoſito. Uñ veniũt tot mala:q̄re ñ fit iuſti^a:q̄re fiũt tot q̄õnes ⁊ litigia:niſi ex auaritia Propť qð apl̃s. Radix oiu3 maloꝝ ẽ cupiditas q̄ q̄dã appetẽtes errauerunt a fide.i.ad Thi.vi. Auar9.n.vix h3 fidẽ:q2 h3 cor iuolutũ.iõ perdit fidẽ ðõ. Quid ſcit hõ de alia vita. Fr̃es ⁊ ſacerdotes iueniũt iſta vt deňť eis pecunie. Jõ xp̄s vt bon9 hortulan9 volẽs malã arborẽ radicare dic̃: Nõ poteſtis deo ſeruiť ⁊ mãmone. Et h° ð p°.⁊ p3 adherẽtia dinalis. ¶ Dico ſcðo q̄ debem9 hr̃e ꝯfidẽtiã ſupnalẽ.ſ.vt i nr̃is neceſſitatib9 cibi:pot9:veſtit9: ⁊ alijs ꝯfidam9 de deo:q2 ſi viuim9 vt dec3 ipſe ꝓuidebit nobis ð oib9 neceſſarijs.⁊ hoc ꝓbaľ xp̄us q̄nq̄ rõnib9.v. Ne ſolliciti ſitis aie vr̃e q̄d mãducetis:aut corpi vr̃o q̄d iduami: Nõne aia pl9 ẽ:q̄ eſca:⁊ corp9 pl9 ẽ q̄ veſtimẽtũ. Ecce prima rõ. Declareť iſta ratio per regulã p̄hie ⁊ iuriſtarũ regula eſt p̄hie ꝯmẽtatoris ſuper viij. Phiſicorum q̄ omne agens naturale q̄tũ dat de forma ſb̃ali tãtũ dat de accidẽtib9 ſ.caliditatẽ:ſiccitatẽ:⁊ claritatẽ ⁊c̃. Itẽ dicũt iuriſte cui ꝯcediť p̄ncipale:⁊ acceſſoriũ creditur eẽ ꝯceſſũ. Extra ð reg.iur. Acceſſoriũ nã3 ſeq̄ ꝯgruit p̄ricipaľr vt ſi rex faẽ gubernatorẽ ñ dicẽt gubernator regi:g° detis mihi ptãte3 citãdi hoies ⁊ capiẽdi.⁊c̃. Nõ o3 hoc petẽ:q2 exq̄ ꝯcediť p̄ricipale ⁊c̃. Ita de9 dat formam p̄ricipalẽ.ſ.aia3 ⁊ corp9 q̄ cũ vna aia facit vnã eẽntiã.ſ.humanitatẽ. Qui g° dat p̄ncipale bñ dabit acceſſoriũ.ſ.neceſſaria. Jõ dic̃. Ne ſolliciti ſitis ⁊c̃. Scða rõ. Reſpicite volatilia celi q̄ ñ ſerũt neq̄ metũt:neq̄ ꝯgregãt i horrea: ⁊ p̄ř vr̃ celeſtis paſcit ea. Nõne vos magiſpluris eſtis ill. Ecce ſcða rõ talis ẽ. De9 ꝓuidet auib9 ⁊c.g° ꝓuidebit p̄ locũ a maiori ẽt hoibus:cũ hõ iter oẽs creaturas corpales ſit digniſſima creaturaꝝ. Uñ bon9 xp̄ian9 dicẽ debet. O dñe q̄ ꝓuidetis aialib9 terre:auib9 aeris:⁊ piſcib9 maris:ꝓuideatis mihi q̄ ſum ad imaginẽ ⁊ ſilitudine3 vr̃a3. Et merito cõpat nos auib9. Nã ip̄e de mane dicũt offiñ ſuum matutinale ẜʒ ſuũ breuiariũ: philomena i media nocte:hirũdies i aurora:⁊ ſic laudãt deũ. Dani.iij. Bñdicite oẽs volucres celi dño:⁊ poſt volãt:inueniũt iã granũ p̄patũ a ðo:⁊ ſic ſaturãť. Tu g° facias ſic lauda ðu3 ð mane vitãdo tumultũ ne aliq̄s te p̄turbet ſignãdo te Et poſt vola.ſ.laborãdo in offõ tuo:q2 h° ſig̃t volat9 auis. Job.v. Hõ naſciť ad laborem:⁊ auis ad volatũ:ſic deus ꝓuidebit tibi.iõ dicit Jero. Labor exercẽd9 eſt:ſollicitudo tollẽda. Tertia rõ:q̄s aũt vr̃m cogitãs põt adijcẽ ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ:⁊ de veſtimẽť q̄d ſolliciti eſtis. Iſta rõ eſt ſubtilis ⁊ ðclareť p̄ ſilitudinẽ magroꝝ domoꝝ q̄ ẜm altitudinẽ edificij faciũt fũdamẽtũ:i p̄uis modicũ.in magnis ⁊ altis edificijs magnũ ⁊ ꝓfũdũ faciũt fũdamẽtũ:ita qðlibet corp9 hũanũ ẽ edificiũ q̄ſi vna turris cui9 funda^m eſt cib9 potus: veſtit9. Cũ ðs ſit mgr̃ q̄ edificat iſtã turrim.ſ.corp9: ſine dubio ip̄e ꝓuidebit de bono fundamẽto. Labora tu ⁊ fac qð in te ẽ ⁊ ip̄e faciet adhuc pl9 Quarta rõ. Cõſiderate lilia agri quõ creſcũt nõ laborãt neq̄ nẽt. dico vobis q̄m ſalomõ i oi gľia ſua nõ coop̄tus ẽ ſicut vnũ ex iſtis ⁊c. vſq̄:modice fidei. Iſta rõ clara ẽ:q2 q̄ veſtit herbas veſtiet nos ſi in eo ꝯfidim9: ſʒ vt liliũ hẽam9 ſex folia.ſ.ſex op̄a mie q̄ fiũt in vita:q2 ſepelire p9 mortẽ fit.ſ.cibare famelicũ:potare ſitientẽ:veſtire nudũ:colligẽ p̄egrinũ: viſitare ifirmũ:redimẽ captiuũ. Et hẽre dẽm9 duo grana q̄ſi deaurata vt liliũ iter folia. Iſta ſũt amare deũ ſup̄ oia ⁊ ꝓximũ ſic ſeip̄m. Quita rõ ẽ. Nolite g° ſolliciti eẽ dicẽtes: q̄d mãducabim9 aut q̄d bibem9:aut q̄ op̄emur h ei oia gẽtes.i.gẽtiles iq̄rũt. Scit.n.pť q2 his oib9 indigetis. Notate hic pulchrã doctrinã:nam xp̄us vult vt ꝯfidam9 de eo vt filij de p̄re:q2 ſi dicaľ puero.v.vel.vi.annoꝝ.vñ hẽbis aliã tunicã poſtq̄ iſta erit corrupta:rñdet Pť me9 curat de h ip̄e ꝓuidebit. Et ſi dicaľ puero. Et tu q̄d facieſ. Rñdet puer Faciã p̄cepta ⁊ mãdata ſua. Idẽ ſi q̄raľ de q̄ cõedet:rñdet puer: pť me9 ⁊ mř mea curãt. Talẽ cõfidẽtiam vult xp̄s q̄ nos hẽam9 de eo:⁊ q̄ nõ hẽam9 ſollicitudinẽ:ſʒ vult q̄ ẜuemus.x.p̄cepta:ſʒ mõ:nagis ꝯfidim9 de vno iudeo.ꝓbaľ:nã ſi hẽtis inſtrm̃ q̄ taľ iude9 q̄l3 ãno dabit vobis.c.flore. cũ magna ꝯfidentia ⁊ ſecuritate eſtis hñdi ⁊ panẽ ⁊ vinũ ⁊ alia nec̃aria:⁊ de xp̄o q̄ ꝓmiſit nob̃ oia nec̃aria ẽt cũ inſtrõ:notari9 fuit matheus:ſi ẜuam9 ſua mãdata: ñ ꝯfidimus imo qñ ð2 auaris ne faciãt vſurã:dicũt:dẽm9 tenẽ os clauſũ ad vẽtũ:de q̄ viuemus. Et nũq̄d ꝯfiditis de xp̄o p̄re vr̃o. Idẽ de clericis faciẽtibus ſymoniã.recipiũt ꝓ ſepultura ſymoniace pecuniã. Bñdictus q̄ ꝯfidit i xp̄o patre nr̃o pijſſimo:i ip̄m ꝓijciamus oẽ3 ſollicitudinem nr̃a3.i. Pe.v. Oẽm ſollicitudinẽ vr̃a3 ꝓijciẽtes in eũ q̄m ipſi ẽ cura de nob̃: ꝓijciť ſollicitudo di. Dñe ego ſemiabo cãpũ ⁊c̃.ſʒ ſi hẽbo triticũ dij e hoc ẽ in vob̃. Ego ẜuabo mãdata vr̃a ⁊ vos dabitis mihi ⁊c̃. Idẽ de vinea ⁊ ð oibus negocijs.idẽ apl̃s. Nihil ſolliciti ſitis:ſʒ

in oī ōrōne ⁊ obſecrōe cū grāꝝ actōe petitōēſ
vře inoteſcāt apud deū. Phil.iiij. ¶ Dico 3°
ꝙ xp̄s i h° euāge° oñdit nob 3ᵐ neccariū qḋ ē
diligē+ꝯtuaſ. Hoc dī. thē. Querite pᵐ regnū
dei ⁊ iuſticiā ei⁹: ⁊ h̄ oīa.ſ.tpalia adijciēt vob
Nō ⁊ iuſticiā ei⁹. Et dabo ꝺclaratiōe3 hui⁹ ꝑ
auctatē apſi dī. Nō ē regnū dei eſca ⁊ pot⁹: ſ3
iuſti ⁊ pax ⁊ gaudiu3 i ſpūſctō. ad Ro.xiiij.
Regnū dei i trib⁹ ꝯſiſtit.ſ.i iuſticia ne.ſ.aliqs
faciat iiuriā alteri vt hēat ꝓuiſiōem: imo ſi d
frandaſti aliquē vł iiuriā itulīſti ei ſatiſfacias
Verbigfa. ſi dānificaſti aliquē in manu: ⁊ ſic
de alijs mēbris ꝑncipalib⁹ ne poſſit acqrē ꝓ
uiſiōe3: ecce iniuſticia ē ꝑpetrata: ſ3 tu debes
eidē ſatiſfacē: ⁊ i h̄ iuſticia ꝯſiſtit. Itē ſi aliqs
tenēt tibi i certa q̄ntitate ⁊ ñ pōt ſoluere ⁊ ꝑ
te detinēt capt⁹: meli⁹ eēt vt ſeruiret tibi i ali
q̄ vel vt lucrarēt aliqd: q2 ñ ē iuſticia vt videt
ſ3 crudelitas. Scdo regnū dei in pace ꝯſiſtit
qḋ inuit apl's cū addit: ⁊ pax. Et illa pax d3 h̄
icipe: q̄ pax d3 eē in corde ⁊ oſtēdi i ore. Hic
errāt aliq ꝯfeſſores qñ aliqs iniuriat⁹ ꝯfitetur
dicētes: ꝙ illi q ſūt paſſi iniuriā debēt remittē
totā ⁊c. h° nō eſt verꝝ. verūtñ odiū cordis d3
remittē offenſus: ſ3 ñ vult pōt ꝓſeq ciuilit vel
crimialit cām ſuā iuridicei3 regrit ꝙ hēat ꝓ
poſitū nō nocēdi inimico: et ſi ipſu3 iueniret
dormiēdo: ſine ordie iuris. Itē d3 oñdi pax i
ore ſalutādo loq̄ndo ⁊c. Si dicaī icipiat loq
⁊c. dicaī ꝙ q̄ incipit loq poti⁹ vł lucrari coro
nā: q̄ȝ ille qui reſalutat: q2 iudeo ⁊ agareno ſa
lutāti loquit hō reſalutādo. Tertio regnū ce
loꝝ i gaudio ꝯſiſtit: qḋ notat apl's cū dic̄. gau
diū. de hoc vide ſctm̄ Tho. ꝑma ſcde. q.xi.ar.
i. quo q̄rit vtru3 ad btitudinē regrit delecta°
Et h° gaudiū ē gaudiū de hītatiōe vite btē ⁊
padiſi: ſiue de viſione btā dine eēntie. Nec i
merito: qa ibi ē ſanitas ſine morte: gaudiū ſi
ne triſticia: iuuent⁹ ſine ſenectute ⁊c. ſeqt. Et
hec oīa.ſ.bōa tpalia adijciēt vob. Ergo q̄rite
pᵐ reg. dei ⁊ iu. ei⁹. ¶ Ser. ſcds d aiab⁹ i pur.

**H** Odie ē ⁊ cras i clibanū mitti
tur. Mat.vi. Nō iuē
itellectu3 quē volo ꝑdicare ⁊ ꝯtra
ctare de aiab⁹ purgatorij o3 decla
rare tres breues ꝓpōnes. Pria ꝓpoſitio ē talī
Pñs vita tota ē ſic vna dies vſualis vł artifi
cialis. Scda ꝙ de nulla ꝑſona proprie dī eē
nec viuē niſi ſit in ſtatu gr̄e diuine. Tertia ꝙ
loc⁹ purgatorij ē ſic camin⁹ vł furn⁹ in quo fit
panis mālis. Prima ꝓpō declaraī ſic. Uos
debetis ſcire ꝙ ſm ꝙ ſctā mr̄ eccleſia diuidit
diē ꝙ diuidit in ſex horas.ſ. pme: tertie: ſexte:
none. veſpoꝝ. ⁊ ꝯpletorij. Sic et vita hoīs di
uidit in ſex ꝑtes: hora ꝑma hoīs ē a natiuita
te vſq3 ad.x.vel.xij. ānos. Rō: q2 ſic claritas
diei icipit hora ꝑma: ita tūc hoc ē.x.vł.xij. an
nos hō icipit intelligē ⁊ cognoſcē aliq̄: nō tñ
h3 magnā claritatē ſcie: q2 nec hora ꝑme ſol
dat magnā claritate3 mūdo. Hora tria a.xij.
vſq3 ad.xx.vel.xxv. ānos. Rō: q2 ſic hora ter
tia ſol eſt altior clarior ⁊ calidior q̄ȝ hora pri
me: ita tūc hō h3 altitudinē corpalē ⁊ maio
rē claritatē intellect⁹ niſi ſit ſtult⁹: ⁊ et calidi
tatē ꝯplexionis. Hora ſexta hoīs ē a.xxv. an
no vſq3 ad.xl. annū. Rō: q2 ſicut ſol in illa ho
ra ē in altiori gradu: ita hō tūc eſt in ſua ꝑfe
ctione. Hora nona a.xl. anno vſq3 ad.lv. an
nū. Rō: q2 ſicut ſol in alia hora icipit declina
re: ita calor nālis: tūc icipit declinare ⁊ et for
titudo. Hora veſperaꝝ hoīs eſt a.lv. āno. vſq3
ad.lxx. annū. Rō: q2 illa hora iā ſol iclinatur
ad occaſū: ſic ⁊ hō ad mortē. Hora cōpletorij
hoīs ē a.lxx. anno vel.lxxx. vſq3 ad finē. Et ex
iſta rōe vita hoīs dī vna dies hñs iſtas ſex ꝑ
tes ꝑdictas. Auctas. Hodie ſi vocē ei⁹ audie
ritis nolite obdurare corda vſa. ps.xciiij. Ho
die.ſ. in tota vita pñti: q2 in alia vita nō ſūt ꝑ
dicatores: ſ3 hodie.ſ. in hac vita: ⁊ ita exponit
apl's. ad Heb.iij. Audit aūt vox dei legendo
vł ꝑdicatiōes audiēdo. P3 g° prima ꝓpō.ſ.
ꝙ tota pñs vita ē vt vn⁹ dieſ viſual. Scda ꝓpō
dic̄ ꝙ d nulla ꝑſona ꝓprie dī eē: niſi ſit in gr̄a
diua: q2 q nō viuit in gr̄a nō dī viuē. Rō: q2
phs dic̄ ꝙ forma eſt q̄ dat eē rei: ſic in homie
eſt mā.ſ. corpus ⁊ forma.ſ. aīa q̄ dat eē corpi:
idē de eē ſpūali: q2 l3 aīa ſit forma ſubalis cor
poris ⁊ eēntialis: tñ ipſa aīa h3 eſſe per aliam
formā.ſ. ꝑ gr̄am diuinā: ⁊ q̄ȝdiu eſt in gr̄a: vi
uit. qñ aūt aīa perdit grām dei nō h3 eſſe gr̄e
Jō ꝓphā. Pres nři peccauerunt ⁊ nō ſunt.
Treno.v. q2 l3 habeant eſſe nāle poſt peccatū
tñ nō hñt eſſe ſpūale. S3 ille dī eē ſpūalit qui
eſt in gr̄a: deuotiōe ⁊ dilectiōe dei. Jdeo xp̄s
Qui h3 mādata mea ⁊ ſuat ea: ille eſt q dili
git me Jo.xiiij. P3 ſecūda ꝓpō ꝙ nulla per
ſona habet eē ⁊c. Tertia ꝓpō dicit ꝙ loc⁹ pur
gatorij eſt ſicut furn⁹ in quo fit panis ⁊c. quia
ſicut in furno mittit panis nō ad cōburendū:
ſ3 ad coquēdū: ⁊ inde extrahit ⁊ ꝑſentaī pla
to pape vel etiam regi ⁊ ponitur in mēſa ſua
ita purgatoriu3 eſt vt cliban⁹ in quo mittunt
aīe nō vt fiāt carbones vt ille de inferno: ſed
vt mūdent ⁊ purificent: deinde extrahunt in
de ab āgelis ⁊ ꝑſentant pape ieſu ⁊ regi xp̄o
⁊ ponunt in mēſa glie eius. iō de purgatorio



dicit ꝓpha. Quaſi cliban⁹ ſuccēſus a coquēte
Oſee.vij.ſ. poſt mortē: iō loquēs thēa d hoīe
dicit. Hodie.ſ. in hac vita corpali eſt.ſ. in gr̄a
dei. ⁊ cras.ſ.p⁹ mortē in clibanū mittit: q2 nul
la aīa itrat purgatoriū niſi ſit in gr̄a dei. Nō
loqt thema de aiab⁹ ꝑfectis: q2 ille ſtati3 euo
lant ad padiſu3: nec aiab⁹ xp̄ianoꝝ ipenitēti
b⁹: nec de infidelib⁹ q2 ille nō ſt.ſ. in eē ſpūali
gr̄e. iō ſtatī deſcendūt ad infernū: ſ3 loqt ſolū
de illis q vadūt ad purgatoriū. De q̄libet ta
li dī. Hodie eſt: ⁊ cras in clibanū mittit. P3
thēa. Nō volēs vobis declarare ſtatū purga
torij ſciēdū ꝙ purgatoriū ē in corde terre: nā
ſicut in corde pomi ſt domus: ita et in corde
terre ſt q̄ttuor dom⁹. In iferiori eſt ignis ꝑpe
tu⁹ ⁊ eſt plena demonib⁹: ⁊ ibi ſt aīe xp̄ianoꝝ
ipenitentiū. Alia dom⁹ ē ſup illā.ſ. lymb⁹ ꝑuu
loꝝ in q̄ nō eſt ignis nec demōes: ⁊ ibi vadūt
pueri nō baptizati. 3ª dom⁹ ē purgatoriū in q̄
eſt ignis vt flāma clara ſ3 nō ſt ibi demones.
Quarta dom⁹ ē ſinus patrū ſctōꝝ: ⁊ illa mō
vacat. Nō ego hēo loq de purgatorio qḋ dī
cliban⁹ in q̄ coquit panis aiaꝝ: q̄liter h̄ ſit de
clarat apl's cui d's oñdit clare cū adhuc viue
ret dī. Si qs ſuꝑedificat ſuꝑ funᵐ hoc auꝝ: ar
gētū: lapides ꝑcioſos: lig̃: fenū: ſtipulā: vniuſ
cuiuſq3 op⁹ manifeſtum erit. Dies enim dñi
declarabit: q2 in igne reuelabitur: ⁊ vniuſcu
iuſq3 opus q̄le ſit ignis ꝓbabit. Si cui⁹ opus
māſerit qḋ ſuꝑedificauit: mercedē accipiet. ſi
cui⁹ op⁹ arſerit detrimētū patiet: ipſe aūt ſalu⁹
erit: ſic tñ q̄ſi per ignē. i. Cho.iij. No. ſi qs ſu
peredificat ſupra fundamētū hoc.ſ. fidei ſine
errore: dubio ⁊ falſa opinione auꝝ.ſ. charita
tis: ⁊ argentū credulitatis: ⁊ lapides ꝑcioſos
.ſ. virtutū ⁊ meritoꝝ: ligna: fenum ⁊ ſtipula.ſ.
pctōꝝ venialiū: detrimētū patiet.ſ. in purga
torio. ipſe tñ ſaluus erit: ſic tñ quaſi per ignē.
In dicta auctate apl's innuit ꝙ i purgatorio
ſunt tres ꝑtes: ⁊ in vna fit ignis de lignis. in
alia de feno: ⁊ in alia de paleis. Et ignis de li
gnis plus durat q̄ȝ de herba ſiue feno: ⁊ plus
de feno q̄ȝ de palea. Ita in purgatorio aliqui
ſtāt diu: aliq nō tñ: aliq modicū. Primi cō
paranī lignis. Scdi feno. Tertij paleis. De
his tribus ꝯditionibus habebo modo loqui.
¶ Primo ligna ſunt impfectionis pniales.
¶ Secūdo fenu3 ſunt cōmiſſiones veniales.
¶ Tertio palee ſunt omiſſiones cerimōiales
Et de q̄libet dicit thēa. Hodie eſt: ⁊ cras ⁊c.
¶ Dico p° ꝙ ligna ſunt p° que vadūt ex hoc
mundo cu3 impfectione pnialiꝫ q2 l3 fecerint
pniam de pctis: q2 aliter irēt ad infernu3: ſed
nō tñ q̄ȝtū regrūt pctā: q2 doctrina eſt cano
niſtaꝝ ꝙ pro quolibet pctō mortali hō tenet
ſeptē annis penitere in hoc mūdo: alit reſtat
cōplenda in purgatorio. Si aūt dicaī. Et nū
qd pnie ſunt arbitrarie. Dico ꝙ in pnia ſunt
duo.ſ. q̄litas ꝙ ſit talis vel talis: ⁊ hoc ē arbi
trariū. Scdm q̄ntitas tpis eſt: ⁊ hoc nō ē arbi
trariū ſm canones: q2 iā q̄ntitas tpis eſt taxa
ta ⁊ limitata.ſ. ſeptē annoꝝ. Verbigfa. Si qs
furatus fuit: peccauit mortaliter ⁊ ſufficit ad
damnationē: ſ3 nō eſt de maioribus: pro iſto
op3 facere ſeptem annis de pnia: ⁊ l3 cōfeſſor
nō dicat: iam limitata eſt in iure. Sed quali
tas eſt in arbitrio ꝯfeſſoris.ſ. ꝙ ieiunet ſemel
in hebdomada vel in mēſe. Si vero peccatū
mortale ſit maius: vt homicidiū vel piurium
⁊c. q̄litas pnie erit maior: ſ3 q̄ntitas tpis erit
ſeptē annoꝝ. Rō: q2 in quolibet pctō morta
li hō facit iniuriā ꝯ ſeptem dona ſpūſancti.
Propter hoc ſcti pr̄es ſciētes dei voluntatē
in iure ordinauerūt ſeptē annos de penitētia
Nō tñ ſm Tho. ꝙ rōnabiliter confeſſores in
iungūt q̄nq3 minorē pniam. De hoc vide do
cto. in.iiij. ⁊ ſic vidētur eſſe arbitrarie vtroq3
modo ⁊c. De dictis auctas allegorice: ⁊ ſunt
ꝟba dei pr̄is ad filiū. Si emeris ſuū hebreu3
ſex annis ſuiet tibi: ⁊ in ſeptimo egredietur
liber. i. gratis. Exo.xxi. No. Si emeris ſeruū
hebreū ⁊c. No. emit in ꝯfeſſione. vñ emptor
eſt ꝯfeſſor: qui tractat cū xp̄o: qui ꝑcio ſui ſan
guinis emit nos. Sex annis ſeruiet tibi ⁊ in
ſeptimo.ſ. cōpleto egrediet liber. Nō fiat ta
lis deductio. Quotiēſcūq3 recurriſti ad diui
nos ſortilegos: ſiue ꝯiuratores: numera pro
qualibet vice penitere debes ſeptē annis: eo
ꝙ ꝯ preceptum dei iuiſti: ⁊ mortaliter pecca
ſti. Itē quotiens iuraſti inuanū: vel falſe: rene
gando ſiue blaſphemādo: l3 cōfeſſus fueris
cōputa ſeptē annos de pnia pro q̄libet. Ite3
quotiens fregiſti feſta de quolibet ope ſuili.
Itē nō audiēdo miſſa3. numera pro q̄libet vi
ce ſeptē annos. Itē quotiēs deſpexiſti paren
tes corde vel ope: numera ꝓ q̄libet vice ſeptē
annos. Itē quotienſcūq3 ꝯſenſiſti in aliquod
op⁹ mortale: numera ⁊c. Itē q̄tiēs feciſti luxu
riā numera ꝓ q̄libet vice ſeptē annos. Item
pro q̄libet furto. Itē pro q̄libet diffamatiōe
numera ſeptē ānos de pnia. Forte eſt aliqs q
ex ſuis pctis obligaī in.c. mille ānis de pnia.
O diceres tu. Si ꝯfeſſor nō dedit ⁊c. Veru3
eſt: ſ3 iam eſt taxata. Si dicaī. Ego nō viuam
tm̄. Vex eſt. Jdeo cōplebitur in purgatorio
O dices. Si purgatorium nō durabit tantū
Solutio. Propter hoc ꝯgregabit de⁹ penā
c. vel. M. annorū totā in vna die. O qs pote

eſt ſuſtinere:ſz ecce remediũ:qꝛ ſi vltra pniam
cõfeſſoris vis addere diminuitur tempus in
purgatorio. Propt̃ hᵒ dic̃ diſcret⁹ ꝯfeſſor in
ꝯfeſſiõe. Paſſio dñi nr̃i ieſu xp̃i ⁊c̃.⁊ quicqd
bõi feceris ⁊c̃. Idẽ ſi vult̃ orare ieiunare:vel
portare ciliciũ ⁊c̃. Iſta opa pñt fieri ita deuo
te ꝙ remitteret̃ vob̃ mẽſis:vel ann⁹:vel plus
⁊ tãta poterit eẽ ꝯtri°ꝙ totũ dimitteret̃ dicẽ-
te xp̃o. Serue nequã oẽ debitũ dimiſi tibi qm̃
rogaſti me. Mat.xviij. Itẽ audiẽdo miſſas:
ſmõẽs:dãdo elemoſynas:lucrãdo idulgẽtias.
Sic paulati hõ do obligat̃. Ecce q̃re dic̃ apl̃s
Si qs ſupedificat ſup̃ fũdamẽtũ hᵒ lignũ.ſ.i-
pfectões pniales. Velut̃ gᵒ cõgregare ⁊ facẽ
opa pnialia. Et ſic euadet̃ de illo igne ⁊ pẽa
purgatorij:q̃ eſt ita dura ⁊ aſpa. Mag̃ fuit pe
na bti Laurẽtij i craticula.⁊ ẽt bti Bartho-
lomei:ſz nihil fueſt reſpectu pene purgatorij
Intantũ ꝙ momẽtũ vr̃ mille anni:⁊ clamãt
aĩe.di. Heu mihi qꝛ incolat⁹ me⁹ plõ.⁊c̃. Iõ
velit̃ iuuare aĩas parẽtũ ⁊ amicoꝝ:qꝛ ꝯtinue
petũt di. Dñe pone in corde heredis mei filij
vl̃ manumiſſoris vt ꝯplaceãt teſtã. Mõ no-
tate hic qd̃ pctm̃ ẽ illoꝝ q nõ ꝯplẽt teſtã ⁊ oc
cupãt bõa eoꝝ q eis ꝯmiſerũt aĩam ⁊ ipſi nõ
curãt. Iõ:qa aĩe nõ ſentiũt adiutoriũ cõque-
runt̃ deo di. Iuſticia fiat cõtra illos tradito-
res in mũdo.ſ.filios:heredes:manumiſſores
⁊c̃. Et credit̃ ꝙ de⁹ ſit ſurd⁹ ꝙ nõ audiat:⁊ ce-
cus ꝙ nõ videat.ſ.iſtas crudelitates. Iõ dicit
xp̃s. Nũqd de⁹ nõ faciet vindictã electoꝝ ſuo
rũ clamãtiũ ad ſe die ac nocte.⁊ patiaꝫ hẽbit
in ill̃. Dico vob̃ ꝙ cito faciet vindictam. Lu.
xviij. qꝛ ſi videres patrẽ in igne quẽ poſſes iu
uare ⁊ nõ curares q̃ crudelitas eẽt:maior eſt
iſta. Iõ dic̃ ſcripẗa.ij. Mach.xij. Sctã gᵒ ⁊ ſa
lubris ẽ cogita° p defũctis exorare vt a pctis
ſoluant̃. ¶ Dico ſcdo ꝙ fenũ ſeu herba dicũt̃
pᶜ q̃ trãſeũt cũ pctis venialib⁹. Nõ hic dr̃iaꝫ
īter pctm̃ veniale ⁊ mortale. Pctm̃ mortale
eſt qdlibet op⁹ qd̃ fit ꝯ̃ pceptuꝫ dei. Venialia
pctã ſũt exceſſus vite:q̃ tñ nõ ſũt ꝯtra pceptũ
dei. Verbigr̃a. Si vos comedit̃ nimis exceſ-
ſiue:vel qꝛ frãgit̃ ieiuniũ eccl̃ie:ſeu voti:mor-
talit̃ pctis:ſi cũ tali pctõ deceditis ad īfernuꝫ
ibitis. Sꝫ ſi comeditis modicũ plus ex boni
tate panis vel bibit̃ plus:nõ tñ inebriami:qꝛ
tũc eẽt mortale:qꝛ ſicut ſcidẽ manũ vel pedẽ
pxio ẽ pctm̃ mortale:mai⁹ ẽ ſcindẽ caput aĩe
ſ.itellectũ:inebriando ſe:⁊ efficit̃ peior q̃ be-
ſtia q̃ onerata ſcit trãſire per viã arctã:⁊ ebri⁹
neſcit icidẽ per viã latã. Sec⁹ ſi ex bonitate vi
ni bibit bis vel ter:veniale forte erit. Nõ de
ſſe pdicatore bibẽte de ſero vnã taceaꝫ vini ſi
ne aq̃:vt poſſet dormire:⁊ ſurgẽ ad matutiaſ.
⁊ poſt mortẽ apparuit petẽs adiutoriũ. Ideꝫ
de mulierib⁹ q̃ ornant̃ aliq̃ peccãt mortaliter
aliq̃ ſolũ venialit̃. Venialĩr peccãt ille q̃ ſoluꝫ
vt placeãt viris ⁊ ne deſpiciãt̃ ab eis ornãt ſe
aliquãtulũ. Sꝫ ille peccãt mortaliter nõnũq̃ꝫ
q̃ ornãt ſe exceſſiue:oñdẽtes mãmillas hoib⁹
⁊c̃. Iã vr̃ ꝙ vultis eas vendẽ. Itẽ ſi mulier i
veſtitu facit exceſſuꝫ:ſꝫ nõ ꝯ̃ deũ ⁊ pceptũ di:
qꝛ de ſuis redditibus vl̃ pr̃imonio vel de ſuo
offõ veniale ẽ. Sꝫ qñ de vſura:rapina:vel de
furto:vel de falſis aduocationib⁹ viri mulier
vult hr̃e:veſtes:tales ad īfernũ vadũt:qa fa-
ciũt ẽt dãnati viros quia vt pnideãt vanitati
vxoris:hñt facẽ vſurã rapinã ⁊c̃. qꝛ ſũt alique
q̃ nõ pmittũt viuẽ iſtos pacifice:niſi eaꝝ vani
tati ſatiſſaciãt. Itẽ multũ ridẽ veniale ẽ:ſꝫ qñ
rident de blaſphemijs vel truffis de deo ⁊ de
ſanctis:tũc ẽ mortale. Itẽ i locutõe:tãta diffi
cultas eẽt ſiẽda ad aperiẽdũ burſã ſolutiõi:q
ſp diſputat. Idẽ debẽt eẽ de v̇bo:q̃re loquar.
Nõ dicit Ambro. i libro de padiſo. Pctm̃ ẽ
trãſgreſſio diue legis ⁊ celeſtiũ iobediẽ⁹ mã-
datorũ. Alij aũt exceſſus vite ſũt cõmiſſiões
veniales. Iõ dicit apl̃s. Si qs ſupedificat ſup̃
fundamẽtũ hoc fenũ:detrimẽtũ patietur ⁊c̃.
Ecce ſecũda ps purgatorij in q̃ cõburit̃ fenũ.
¶ Dico 3° ꝙ palee ſũt pſone q̃ trãſeũt omiſſi-
one cerimoniaꝝ:qꝛ ſic palea cito ꝯburit̃:ſic ta
les modicũ ſtãt i purgatorio:qꝛ p mẽſẽ vl̃ heb
domadã:p diẽ vel horã:vel trãſeũt ſubito vt
ſagitta ex omiſſiõib⁹ cerimoniaꝝ:q̃ ſũt qñ hõ
facit aliq̃ bona opa:ſꝫ ñ ita deuote vt fieri de-
bẽt. Verbigr̃a. Quilibꝫ nr̃m tenet̃ ꝯfiteri in
q̃dragẽſima:⁊ vos venitis ad ꝯfeſſiõeꝫ ipme
ditati:⁊ dicitis ꝯfeſſori. Interrogetis me:qꝛ ñ
recordor de aliq̃ pctõ. Sꝫ ſi ꝯfeſſor eẽt aſtut⁹
vt peteret de vicino ⁊c. vos diceret̃ de illo ñ
ſolũ mortalia pctã:ſꝫ ẽt venialia:ſꝫ õ vr̃is nõ
recordamini. Iõ qñ hõ debet ire ad ꝯfeſſiõeꝫ
pmo dꝫ pmeditari quõ peccauit:corde cogi-
tãdo:ore loq̃ndo:ocul̃ aſpiciẽdo:aurib⁹ audiẽ
do ⁊c̃.⁊ vos venit̃ ad ꝯfeſſionẽ ſic̃ ad platea.
Aliq ꝯfitẽt̃ negligẽt̃:qꝛ i pn° q̃dragẽſime eẽt
ꝯfitẽdũ:⁊ ipſi expectãt vltiaꝫ diẽ. Sꝫ ex q̃ ꝯfi
tent̃ ñ ẽ mortale:ſed ſi nõ cõfiterent̃ eẽt mor-
tale. Itẽ cõicare debem⁹ in paſcha:qd̃ qui nõ
facit peccat mortaliter:ſꝫ q ñ bñ ſe prepant:
aliq̃ñ venialiter peccãt. Itẽ pſbr̃i ſi ñ dicũt of
ficiũ mortale ẽ. ſi ẽt dicãt ſꝫ ñ cũ alijs cerimo-
nijs vt tenet̃. vel ſi bñ ſe ſignãdo:vel ñ ꝯſiderãdo
ſe ſcindẽdo venialiter peccat̃ poſſũt. Itẽ ſi nõ



tenetis penitẽtiã iiũctã a ꝯfeſſore mortaliter
peccatis. Propter hoc ꝯfeſſores debẽt dare
penitẽtias tales ⁊ taliter vt recordẽt̃. ſi ẽt ſer
uãt pniaꝫ:ſꝫ negligẽter ⁊ ideuotẽ nõnũq̃ꝫ ve-
nialit̃ deliquũt:⁊ ſic õ alijs negligẽtijs. Nota
miraculũ de btõ Auguſtino:cui appuit dmõ
cũ eẽt i ſtudio:q portabat q̃ndã magnũ librũ
in q̃ ſcribebat pctã ⁊ negligẽtias hoiuꝫ p a.b.
c.⁊ interrogat⁹ ſi eẽt ibi aliqd de eo. Rñdit
ꝙ ſic. Et Auguſtin⁹. O pditor de pctis ante
baptiſmũ factis ego ñ curo:qꝛ illa remiſſa ſt
poſt baptiſmũ ñ hẽo ꝯſciẽtiã de aliq̃. Et adia
rat⁹ demõ oñdit ſibi librũ i q̃ legit Auguſtin⁹
tali die talis ãni Auguſtin⁹ dimiſit ꝯpletoriũ
⁊c̃. O dicit demõ:decepiſti me:qꝛ expectabã
ꝙ ex iſta negligẽ⁹ trãſires purgatoriũ. Iõ aũt
ſetis vos ⁊ ſitis diligẽtes:qa aĩs ille totũ ſcri
bit. Iõ dic̃ xp̃s. Cũ accepo tp̃s.ſ.p mortẽ ego
iuſtitias iudicabo.i.opa iuſta. ps.lxxiiij. ſꝫ ne
gligẽt̃ facta. Iõ faciatis ea cũ diligẽtia ⁊ fer-
uore ſpũs. Ecce q̃re dic̃ apl̃s. ſi qs ſupedificat
ſupra fundamẽtũ hoc ſtipulã:que ſignat ter-
tiam partẽ purgatorij in qua cõburent̃ omiſ-
ſiones cerimoniales. Ecce q̃re dicit thema:
Hodie eſt ⁊ cras in clibanum mittitur.

¶ De eadẽ dñica.xv. Sermo tertius.

Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mã-
mone. Mat.vi. origialiter
⁊ in euãgelio currẽtis dñice recita
tiue ſcribit̃ v̇bũ iſtud. Pro īpetran
da ⁊c̃. Salutet̃ virgo ma.⁊c̃. Iſtud verbũ eſt
dñi ſaluatoris nr̃i ieſu xp̃i dicẽtis oĩb⁹ nobis.
Nõ poteſtis deo ſuire ⁊c̃. Nota ꝙ mãmona
in ſcripta ſctã ſigt̃ diuitias tpales. Vult ergo
dicẽ dñs. Nõ ẽ poſſibile ꝙ ſil̃ ſuiatis deo ⁊ di
uitijs tpalib⁹. Pro declaratõe hui⁹ v̇bi ſcien
dũ ꝙ dr̃ia eſt īter ſuire tpalib⁹ diuitijs ⁊ dña
ri. Nã ſicut hõ dr̃ dñs q hꝫ ſuos ⁊ vnũ mittit
ad vineã aliũ ad cãpũ ⁊c̃. facit eos laborar̃ ⁊
ſuire vt lucrent̃:ſic ille eſt dñs diuitiarũ q nõ
pmittit diuitias q̃ſcẽ in taxia:ſed facit labo-
rare ⁊ ſuire eas:⁊ ptẽ mittit in barbariã p re
dimẽdis captiuis. Itẽ ad ꝯſtruẽdũ hoſpita-
lia:eccl̃ias:ſubuenit paupib⁹ ⁊c̃. Ille eſt dñs
diuitiaꝝ q in opib⁹ mie fac̃ eas laborare ⁊ ſer
uire:⁊ hoc ẽ bonũ ⁊ ſanctũ ⁊ ꝯcordat cũ ordi
natiõe diuina:qa qñ de⁹ ab initio creauit hoieꝫ
⁊ mulierẽ:dedit eis dñiũ ſup oẽm creaturam
dicẽs: Dñamĩ piſcib⁹ maris ⁊ volucrib⁹ celi
⁊ vniuerſis aĩantib⁹ q̃ mouẽt̃ ſup terrã. Gen.
i. Aurũ enĩ ⁊ argentũ ſunt res tpales:gᵒ bo-
nũ eſt dñari eis. Et iſto mõ ſcit patriarche lu
crati ſũt padiſũ p opa mie de pecunijs ⁊c. Sꝫ
ſuire diuitijs ẽ ꝯtra naturã:ſcripturã ⁊ cõtra
deũ ⁊ bonã rõnẽ:qꝛ dñs dꝫ quieſcere ⁊ ſeru⁹
laborare ⁊ ſeruire. Oppoſitũ facit qui ſeruit
pecunijs:qꝛ ipſe laborat de die ⁊ de nocte p
terrã:mare cũ piculis:⁊ pecunie quieſcunt in
taxia ſiue in domo:vt dñi. Hoc dico ꝙ ẽ ꝯtra
naturã:ſcripturã ⁊c. ꝙ hõ queꝫ de⁹ fecit dñm
⁊ ipſe facit ſe ſeruũ:⁊ hoc eſt malũ ⁊ peccatũ.
Propt̃ hoc dicit xp̃s. Nõ poteſtis deo ſuire
⁊c. Licꝫ ſil̃ poſſit̃ ſeruire deo ⁊ dñari diuitijs
nõ tamen ſimul poteſtis ſuire deo ⁊ diuitijs.
Pꝫ thema. Ego q̃ſiui in ſcriptura ⁊ inueni
ꝙ diuitie habent quattuor ꝯditiones malas
pter quas homo nõ poteſt ſeruire deo ⁊c.
¶ Pᵒ diuitie hui⁹ mũdi ſũt maculoſe turpit̃.
¶ Secũdo ſunt deceptiue fallaciter.
¶ Tertio ſunt ocioſe inaniter.
¶ Quarto ſunt periculoſe finaliter.
Ideo cauendũ eſt ne ſeruiamus eis. Iõ dicit
xp̃us. Nõ poteſtis ⁊c. ¶ Dico pmo ꝙ diuitie
tpales hui⁹ mũdi ſũt maculoſe turpiter:quia
a capite vſq̃ꝫ ad pedes intus ⁊ extra maculãt
hoieꝫ q eis ſeruit. Pmo maculat̃ i ītellectu
quo deberet cogitare de ſuo creatore. de aĩa
de alio mũdo:ſed q̃ ſeruit pecunijs:ſi orat ſta
tim cogitat de negocijs:de mercatõib⁹:de fe
rijs ⁊c. Itẽ maculat̃ in volũtate q̃ dꝫ inflãma
ri ⁊ deſiderare qñ erit in glĩa ⁊c. exire carce-
rẽ hui⁹ mũdi. ſꝫ diuitie auferunt deſideriũ pa
diſi. Dicũt enĩ nõnulli q̃ñq̃ꝫ diuites. Dñe libẽ
ter facerẽ pactũ vobiſcum ꝙ curetis de me:⁊
ego nõ curabo de vob̃. O v̇bũ iſidele. Item
maculat̃ in mẽoria:qa deberet cogitare quã
tũ de⁹ fecit p nob̃. Voluit.n.naſci:⁊ pati in li
gno crucis ⁊ mori:ne aliqs ſibi credẽs ⁊ obe
diẽs ⁊c. dãnaret̃. Sꝫ diuitie faciũt mẽorari de
mercatõib⁹:caſtris ⁊c. Maculãt os p mẽda
cia:⁊ falſa iuramẽta. Itẽ maculãt aures:quia
plus placꝫ diuiti ſuiẽti diuitijs audire õ mer
catõib⁹ q̃ꝫ v̇ba dei.ſmões ⁊c. In manib⁹ ⁊ pe
dib⁹ ⁊ in toto corpe:qa plus laborat in pecu-
nijs ꝯgregãdis q̃ꝫ in pnia ⁊c. Ecce qũo macu
lãt totũ hoieꝫ:⁊ hᵒ pueñt ex ppinq̃tate reꝝ i-
mũdaꝝ p q̃s maculant̃ res ẽt mũde:qa ſi te-
la lini albi approximet̃ tincture:maculat̃. De
hoc vide ſanctũ Tho.pma ſcde in mã de ma
cula pcti. Iõ dicit ſcriptura. Qui tetigerit pi
cẽ:inq̃nabit̃ ab ea. Eccli.xiij. In cui⁹ ſignũ ma
nifeſtuꝫ. Aug. q̃rit in libro de trini. de multis
q̃ ad oculũ vident̃ õ quib⁹ nõ põt rõ ſufficiẽs
aſſignari:de auro tã mũdo ⁊ argento tã cla
ro ⁊ albo ꝙ faciunt lineas nigras:⁊ maculã
manus cõputantiũ ⁊c. de hoc rõ ſufficiens nõ

pōt aſſignari:vt dicit Aug⁹.niſi q2 de⁹ dat ſi
gnū φ ſūt ſicut macule aſarū. Jō dič ſcptura.
Argētū eoꝝ forīs ꝑijcieꝛ ⁊ aurū in ſterqlinīū
erit. Ezechiel.vij. Nota ſterqlinīū cōgeſtū in
domo corrūpit ⁊ facit domū fetidā:ſʒ i cāpo
ſicco diſpſū facit ipſū fructificare. Jta de mōe
ta i tarīa cōgeſta. Sed ſi i terra ſicca diſpgaꝛ:
ipſam faciet fructificare in vitā eternā. Ecce
quare dicit:argētū eoꝝ forīs ⁊c̄ Ex iſta ratio
ne multū deberēt cauē religioſi clerici ne ma
cularēt ſ māib⁹ cōgregādo pecunias:q2 hñt
tractare corp⁹ xp̄i:iō aplus. Oīa.ſ.q̄ ſunt tpa
lia ⁊ mūdana arbitror vt ſtercora vt xp̄m lu
crifaciā. Phil.iij. ¶ Dico ſecundo φ diuitie
⁊c̄.tres magnas deceptiōes faciūt. Prima.
ad maḡ deceptio ē recipe apparētiā ꝑ exiſtē
tia.ſicut ſ̄bi gr̄a eſſet deceptio recipe ſomniū
ꝑ ṽitate:vt ſi famelic⁹ ſomniaret φ cōediſſet
ſplēdide ⁊ reciperet ꝑ ṽitate:decept⁹ eēt:cū ni
hil haberet in ſtomaco de illis i ſōno viſis ⁊c̄.
Jſto mō diuitie hui⁹ mūdi decipiūt:q2 illi q
credūt ſe eſſe diuites ſōniāt:vt ſi ruſtic⁹ ſōnia
ret φ eēt rex:⁊ mulier φ eſſet regia:ſʒ qñ exci
taꝛ iuēit ſe ſup paleas ⁊c̄. Jdē de clerico pau
pe ſōniāte φ ē papa:ſʒ qñ excitaꝛ iuēit ſe ſolū:
ita φ ſomnia nō ſūt niſi apparētia:⁊ q ea reci
pit ꝑ exiſtentia decipiꝛ:ita de diuite dicente:
Ego habeo tot mille florēos:reddit⁹ poſſeſſio
nes ⁊c̄.ſʒ qñ in morte excitaꝛ inenit ſe vacuū
ſic̄ q excitaꝛ a ſōno:q2 vita p̄ſens nō eſt niſi ſō
niū:⁊ qñ homo excitaꝛ p mortē iuēit ſe decep
tū. Modo paup ſōniat φ ſit vl̄ eſt papa totū
eſt ſōniū. Patʒ quō pecūie ⁊ honores ſūt de
ceptiue:q2 apparētiā faciūt recipe ꝑ exiſtētia
Auctas. Dormierūt ſōnū ſuū ⁊ nihil iuenerūt
oēs viri diuitiarū i māib⁹ ſuis. ps.lxxv. Qui
ſūt in alio mūdo cognoſcūt φ iſta vita nō ē
niſi ſōniū. Secūdus modus decipiēdi ē reci
pe imaginē ꝑ re:ſic̄ ſi alicui hoī habēti vxorē
dilectā:depigereꝛ imago vxoris ⁊ reciperet
imaginē ꝑ vxore mortua vel abiēte. Jdeʒ de
imagie filij ⁊c.bñ eēt decept⁹. Talē deceptio
nē faciūt ditie h⁹ mūdi. Nā ṽe diuitie ſ̄t i celo
diuitie ṽo h⁹ mūdi ſolū ſunt imagines ⁊c̄. De
iſtis diabol⁹ ðcipit gētes queādmodū tigris
decipiꝛ. Dicūt nāles φ tigris ē ſpēs velociſſi
mi curſus ⁊ currit pluſq̄ʒ velox equ⁹ ⁊ filij ſui
ſ̄t bōi ꝑ tyriaca:⁊ ab ea dr̄ tyriaca. Et dr̄ qui
vult hr̄e filios facit iſtā cautelā: hʒ tria maḡ
ſpecula rotūda ⁊ obſuaꝛ ꝑus filijs ei⁹ qñ ty
gris ē abñs ſcipit filios ⁊ fugit in aliq̄ bono
eq̄:⁊ qñ tygris vēit ⁊ nō iuenit filios naſr ſen
tit ꝑ quā viāvadit hō ⁊ ſeqꝛ eū. Tūc hō ſciēs
eā vēiētē ꝑijcit vnū ð ſpeclis:⁊ ipa vidēs i ſpe
culo imaginē ſuā credit ibi filios eē dās ei vbe
ra:⁊ poſtq̄ cog°ſcit ſe ðceptū:iteꝝ iſeqꝛ fugiē
tē:⁊ ille iteꝝ ꝑijcit 2m:⁊ ita ð 3°:⁊ tādē ē ille i
tuto. Jſto° diabol⁹ ðcipit nos ipediēs ne poſ
ſim⁹ attingē ad filios nr̄os. Nā certū ē:φ filij
q moriūꝛ i ſtatu inocēc fcte euolāt ad padiſū:
⁊ nos debem⁹ currē vt ꝑueniam⁹ ad padiſuʒ:
ſʒ diabol⁹ decipit nos cū trib⁹ ſpeculꝭ. Pm ſpe
culū ē ditiaꝝ q̄ ñ ſ̄t niſi imagies ditiaꝝ:q2 ṽe
ditie ſ̄t i celo:ſʒ iſte ditie h⁹ mūdi ſ̄t iſtabiles ⁊
tot evolubiles vt tygris. 2m ē honoꝝ p̄latiom
offōꝝ hr̄e regimē q ñ ſ̄t niſi imagies:q2 ṽi ho
nores ⁊ ṽa offā i padiſo ſūt:⁊ tu recipis ima
ginē ꝑ re. 3m ē delectationū h⁹ mūdi q̄ ēt ſunt
imagies:q2 ṽe delectatiōes ſ̄t i celo:⁊ iſta ſpe
cula retinēt nos ne ad padiſū ꝑueniam⁹. ec
ce quō diuitie ſunt deceptiue. Terti⁹ mod⁹ de
cipiēdi ē recipe vmbrā ꝑ ṽitate. Recitaꝛ pa
bola de q̄dā cane portāte fruſtrū carnis i ore
q ad natādū trāſiret flumē vidit vmbrā car
nis quā volēs recipe.apuit os:⁊ ꝑdidit ṽam
portionē carnis. Jdē de diuitijs q̄s ñ multuʒ
diligaꝛ:q2 ñ ſūt niſi vmbre:q2 qñ moriꝛ diues
nihil de eis ſecū portat. Mō nō cognoſcitis
φ ſūt ſic̄ vmbre:ſʒ illi de inferno cognoſcūt q
hñt tātā idigētiā φ guttā aq̄ ñ pñt hr̄e: vt pʒ
de diuite epulone ⁊c̄. Vñ dicūt dānati:qd no
bis ꝓfuit ſupbia aut diuitiarū iactātia:qd cō
tulit nobis:trāſirēt oīa illa tāq̄ʒ vmbra. Sap.
v. Jō ſi hēꝛ pecunias ſitis dñi ⁊ ñ ſui:q2 iā vi
detis quō ſ̄t deceptie ⁊c. ¶ Dico 3° φ diuitie
ſūt ocioſe inaneꝛ.q2 nullū fructū faciūt. Vere
diuitie duos faciūt fruct⁹.ſ.ſatiāt:⁊ faciūt nul
lo idigē:iō in padiſo vbi ſ̄t ṽe diuitie:ita bti ſ̄t
ſatiati φ nihil āpli⁹ appetūt.vidēt.n.btiſſimā
trinitatē:ṽginē ⁊c̄. Jō dō. Satiabor cū appa
ruerit glia tua:q tñ erat rex glioſus ⁊ ditiſſim⁹:
q in morte ſua dimiſit filio ſuo ſalomōi pma
ximas diuitias:q tñ dicebat. Satiabor cū ap
pue.⁊c.q2 diuitie h⁹ mūdi ñ ſatiāt cor:imo fa
ciūt pl⁹ appetē. Nō q2 fames diuitiaꝝ ē i cor
de vbi nō itrat pecūia:ſʒ replēt vel ſatiāt bur
ſā vel tarīā vbi itrāt. Sic̄ de eſuriēte vidente
mēſā ornatā cibis ⁊ nō p̄t comedē ñ ſolū ñ ſa
tiaꝛ:imo eſuries augeꝛ ⁊ appetit⁹. Jdē dm eſt
de auaro ſi poſſet comedē vel bibē aurū ſatia
reꝛ:ſʒ q2 nō p̄t:ſatiaꝛ bñ burſa ⁊ nō cor. Dicit
clic⁹. O ſi hērē bñſiciū cōpetēs eēm ꝯtēt⁹:ſʒ
cogendo:ſed monendo dicit. Uenite ad me
oēs qui laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego reficiā
vos.Mat.xi.quaſi dicat: quare vultis illum
ſequi:ſed pauci reducuntur ad chriſtum. Se
cundus eſt māmona princeps ſeu capitane⁹
qui tēptat de auaritia. Nota qualiť etiam vt
primus vocatur a lucifero ꝛc.Qui incedit cū
vexillo ꝛ titulo māmona pñceps auaritie cu
piditatis: hic facit tñ ꝙ iam ſunt pauci qui
ſint cōtēti de ſuis redditib⁹:ſz ſūt raptores ꝛc.
Qui oēs ex ꝓ pctō ſecū ducit:iō xps nō coge
do liberū arbitriū:ſz monēdo dicit. Cauete
vobis ab oī auaritia:q2 nō ī abūdātia cuiuſqz
vita ei⁹ ē ex his q̄ poſſidet.Luc.xij.No.ab oī
vſr.Terti⁹ eſt aſmode⁹.de q̄ Thob.vi.Demo
niū noīe aſmode⁹ occidebat eoſ mox vt igreſ
ſi ſūt.Iſte dyabolus tēptat de luxuria.Nō ē
qui ſe abſcōdat a calore ei⁹. Hic cū vexillo ꝛ
titulo īcedit aſmode⁹ pñceps luxurie ꝛ carna
litatis.Hic iā totū mūdū corrūpit.ꝛ verificatur
dō.Corrupti ſunt et ꝛ abhominabiles facti ſūt:
nō eſt qui faciat bonū.ſ.caſtitatē: nō eſt vſque
ad vnū.de adulť.ps.xiij. Iō xpus. Sint lūbi
vři pcincti ꝛc.Luc.xij.Quart⁹ capitane⁹ inui-
die ē beelzebub.de q̄ Luce.xi.In beelzebub
pncipe demonioꝝ eiicit demonia.Uerbū fuit
iudeoꝝ.Hic cū vexillo et titulo ꝓcedit beelze
bub pnceps inuidie ꝛ malignitatis. Hic fecit
tantū ꝙ totus mund⁹ eſt plen⁹ inuidia inť do
minos ꝛ plātos:laycos ꝛ clericos.Quint⁹ ca
pitane⁹ gule ē beelfegor.ꝺ quo dauid. Inicia
ti ſūt beelfegor ꝛc. Hic cū vexillo ꝛ titulo īce
dit beelfegor princeps gule. Hic facit tātū ꝙ
totus mund⁹ nō ſeruat q̄dragesimā: faciūt ſe
infirmos ꝛc.nec vigilie ſctōꝝ ieiunanť:nec ve
niunt ieiuni ad miſſam.Sunt ebrij:debiles:ꝛ
infirmi ꝓpter vinū ꝛc.Iō xps nō cogens:ſed
monēs dicit. Attēdite vobis ne grauenť cor
da vřa crapula ꝛ ebrietate.Luce.xxi. Sext⁹
eſt baalberith capitane⁹ ire:de quo Iudic.ix.



hic icedit cū vexillo ꝛ titulo baalberith capi-
tane⁹ iracūdie ꝛ iniqtatis.hic fecit tantū ꝙ po-
ſuit ſciſma ꝛ diuiſionē in eccľia dei:nec pt pa-
cificari.Q̄ qt ducit ſecū. Iō paul⁹.Si fieri pt
q̄tū ex vobis eſt cū oīb⁹ hoībus pacē haben-
tes.ad Ro.xij.Septim⁹ eſt aſtaroth q tēptat
de accidia.de q̄ Iudic.ij.Dimiſerūt dñm ſer
uitutes baalim ꝛ aſtaroth ergo dř xpiano q
nō memorať creationis ꝛ redēptiōis:ſz ē xpi
i.Regū.vij.Auferte de medio vřz deos alie-
nos baalim ꝛ aſtaroth.Hic icedit cū vexillo
ꝛ titulo aſtaroth princeps accidie ꝛ ocioſitatis
Hic fecit tantū ꝙ iā pauci ſūt q quolibz die fa
ciunt orōnē dñicam:ſz qñ induunť: nec ſciūt
dare dñicā diē deo:nec ꝯfitenť:nec cōicant ſe
mel in ãno:nec veniūt ad miſſaz:vel ſi veniūt
ꝓ tpe nō ſciūt orare:nō ſeruant pniam: ꝑdūt
tpa.No.q̄liť decipiť mund⁹:ecce q̄re dř luci-
fer ceſar.i.poſſidēs pncipes.de quib⁹ aplus.
Nō eſt nob colluctatio aduerſus carnē ꝛ ſan
guinē.Glo.hoīes:ſz aduerſus pñcipes ꝛ ptā
tes.demones.ſ.Eph.vi.Hij admodū iudeoꝝ
dicunt.Nō habem⁹ regē niſi ceſarē.Ioā.xix.
¶ Quantum ad ſcđam q̄re aīa dř cenſus ꝛc.
Pro q̄ nō ꝙ ſi ſic īpator ī q̄libz regͦ ꝛ ꝓuīcia
ꝛc.exigebat tributū.Ita xps rex ꝛ īpator in q̄
libet regͦ ꝛc.aīas tributarias exigit vob prin
cipaliť:ita ꝙ in.hͦ tantā hz diligētiā ꝙ cuilibz
aīe mittit ꝓcuratorē ſuum ne aliq ꝑdať:nō tñ
cogit liberū arbitriū.iō dič xps mūdo: Da mi
hi aīas:cetera tolle tibi.ſ.diuitias:dignitates
ꝛc.Geñ.xiiij. Ecce q̄re aīa dř cēſus:q2 debeť
vni magͦ dño:tū iure creatiōis. Ecce oēs aīe
mee ſūt dicit dñs.Eze.xviij.Tū etiā iure redē
ptōis.Que mulier hñs drag.x.ꝛ ſi perdi.ꝛc.
No.pctice iſtā ꝑabolā.vt hř Lu.xv. Hec mu-
lier ē ſapia diuina. Rō:q2 mulier regit ꝛ gub-
nat domū:ita ſapia diuina.de q̄ ad lrām dicit ſa
lomon.Mulierē fortē qs inueniet:ꝓcul ꝛ de
vltimis finibus pciū ei⁹. Prouer.vi. Dř fort
q2 nihil pōt fieri ꝯ ſapiam diuiā.Nota procul
q2 a ſalomone vſqz ad xpm trāſierūt mille an
ni:in textu biblie.Salomon nō poſuit nume
rum clarū:ſz vbi dicit ꝓcul poſuit lrāz aleph
qđ interp̄tatur mille.Nota de vltimis finibuſ
eius:numera aſcendēdo:q̄ttuor elemēta.x.ce
los.ordies.ix.angeloꝝ de vltimis.ſ.de cathe
dra dei venit ſapia euāgelica. Hec mulier ha
bebať.x.dragmas auri.ſ.x.gd⁹ creaturaꝝ ſpi
ritualiū ī quib⁹ de⁹ ſculpſit ſuā ꝓpriā imaginē
ſicut in moneta auri imago regis vel impera
toris.Prim⁹ grad⁹ eſt ſeraphinoꝝ.ſcđs che-
rubinoꝝ.terti⁹ thronoꝝ.q̄rtus dñationū.qn
tus vtutū.ſextus poteſtatū.ſeptim⁹ principa-
tuū.octau⁹ archangeloꝝ.nou⁹ angeloꝝ.deci-
mus eſt hoīum:ꝑdidit dragmā vnā.ſ.naturā
humanā.Sed dř.aliqs:etiaz ꝑdidit naturam
angelicā.Uerū eſt:ſed differenť:q2 nō tota na
tura angelica fuit ꝑdita:ſz ꝑ Adā ꝛ Euā tota
natura hūana fuit ꝑdita:ſed qđ fecit ſapiētia
diuina:accendit lucernā xpz:in furno.ſ.vteri
virginalis.xps aūt dicit lucerna.rō:q2 ſicut ī
lucerna ſunt tria:cera mollis:ꝛ ligmen:ꝛ lux
ſic in xpo eſt caro fragil:aīa:ꝛ diuitas. Iō dō
in ꝑſona dei pris dicit.Paraui lucernaz xpo
meo.pſ.cxxxi.ꝛ euertit totā domū.i.mūdū.ſ.
in pdicatiōe.Euerſio ē qñ illō qđ ē ſupvenit ī
fra.Tot⁹ mūd⁹ erat in altū eleuat⁹ ꝑ ſupbiā ſz
xpus euertit pdicando ꝛ pcepta humilitatis
dando:ꝛ queſiuit diligēter eūdo de villa ī vil
lā.Si fuiſſz ſibi decē ꝛc.Dñe qđ q̄riť dragmā
quā ꝑdideraz ꝛc.Tantū eā queſiuit q̄uſqz in-
uenit.Qñ aīa aſcēdit ad limbū ibi inuenit tot
millia: q̄ inuenta dixit amicis ſuis.ſ.virtutib⁹
angeloꝝ.Cōgratulamini mihi oēs:q2 inueni
dragmā quā ꝑdiderā ꝛc.Moraliť ꝓ gaudeť
debem⁹ qñ dragma.ſ.ꝑſona ad deū ꝑ bonā vi
tā venit cū ꝓpoſito nō redeūdi.Iō exēplo an
geloꝝ gaudendū eſt.Sed aliq faciūt oppoſi
tū deridēdo ꝯ illis q faciūt pniaz. No.quō ꝓ
pctis ſecretis ſufficit pnia ſecreta.ſz ꝓ publicis
neceſſaria eſt pnia publica. ꝯbigřa ſi aliqs ſe
crete in corpe ſuo fuit ſupbus: ſufficit ſecreta
pnia ſi publice nečia ē publica pnia:ita vt ſic
oēs ſcādalizauit:oēs edificenť ꝑ pniam ſuā ꝛ
laudēt deū:q2 bonū eſt correptū manifeſtare
pniam.ſic eni effugies volūtariū pctm.Eccľi.
xx.Pz ſcđa qđ.¶ Quantū ad tertiā cui cē-
ſus dari oporteat ꝑ iuſticiā ꝛ rigorē:hoc ē ad
ꝓpoſitū ꝓ mortuis.de aīab⁹ ex hoc mūdo de
cedētib⁹ fit iudiciū a xpo ſm iudiciū qđ xpus
fecit qñ iudei dixerūt ſibi.Licet cēſuz ꝛc.xps
aūt viſa moneta imagine ꝛ ſupſcriptiōe iudi-
cauit di. Reddite ꝛc.ſic aīa iudicať ſz imagi
nē ꝛ ſupſcriptionē quā pfert. Pro quo ſcien-
dū ꝙ aīa ī ſui creatiōe recipit imaginē dei:ſic
eni qñ fit moneta auri in ea iprimiť imago re
gis.Itē ī aīa qñ creať ꝑſona pris: iprimit me
moriā pteritoꝝ.ꝑſona filij intellectū pñtiū.ꝑ-
ſona ſpūſſancti volūtatē futuroꝝ.ꝛ ſic nō ē ni
ſi vn⁹ de⁹:ſic eſt niſi vna aīa cū illis trib⁹ potē
tijs.Ad imaginē quippe dei fact⁹ ē hō.Geñ.
ix.Sz in ſui redēptiōe q̄ ꝑ baptiſmū applica
tur tūc aīa recipit ſupſcriptionē tituli ieſus.n.
r.iu.De hoc dič Io.Hñtes nomē ei⁹ ſcriptuz
in frōtib⁹ eoꝝ.Apoč.xiiij.ī pte ſupiori.ſ. ī mē-

rc. Et ſic qñ michael quẽ ↄſtituit dñs ꝑncipẽ
ſup oĩs aĩas ſuſcipiẽdas dicͭ xpo. Licet cẽſuʒ
dari ceſari.i.dyabolo: an nõ. rñdet xps. cui⁹ ẽ
imago hec ⁊ ſupſcriptio. Dicit michael dei.
Et xps. Reddite q̃ ſũt dei deo. ſʒ qñ aĩa auer
tiẜ a deo: peccãdo mortaliẜ: ſupinduit ſibi hor
ribilẽ imaginẽ dyaboli: ac ſi ſup ſigillũ regis
aliqd ſupponereẜ. verbigr̃a. ſi peccas p ſuper
biã ſupponiẜ imago leuiathan. Anſel. loq̃ns
in oꝛõne vt pctõꝛ dʒ loq. d. Heu me miſerũ q̃
lẽ: vt. ĩ. in ſermone. Reddite. Terribiẜ ẽ etiã
titul⁹ qui circumſcribiẜ. d. Lucifer dyabol⁹ rex
pctõꝝ. Juxta illud Pctm̃ iuda.i.xpiani cõſi
tentiũ: ſcriptũ eſt ſtilo ferreo in vngue adaman
tino. Jere.xvij. Scḋm diuerſitatem imagĩs ⁊
ſupſcriptionis iudicabiẜ aĩa reddẽda deo vel
ceſari.i.dyabolo. No. ꝑctice qñ aĩa pctõꝛis ĩ-
penitẽs decedit: dicit michael xpo. Licʒ cen
ſum dari ceſari an nõ. Et xps. Cui⁹ eſt imago
Rñdet: ceſaris. Reddite gͦ ⁊c. ſtatiʒ dyabo
lus accipit aĩam. Ecce quõ fit iudiciuʒ. Nota
ꝙ ḋ Jero. qñ ſibi dictũ fuit a xpo. Nõ es xpia
n⁹ ſʒ ciceronian⁹: q꞉ ex nimio coꝛdis affectu
ꝑferebat imaginẽ ciceronis ⁊ ei⁹ doctrĩe ſup-
ſcriptionẽ. Jdeo ꝑferentib⁹ ⁊ imaginẽ ⁊ ſup
ſcriptionẽ dyabo. Si qs adoꝛauerit beſtiã ⁊
imaginẽ ei⁹ ⁊ acceperit caracterẽ in frõte ſua
aut ĩ manu ſua hec bibʒ de vino ire dĩ. Apoc.
xiiij. Jõ dauid. Dñe in ciuitate tua imagineʒ
ipſoꝝ: de⁹ in celeſti ciuitate. ſ. eſt: ⁊ ipſi ĩ ſua ter
reſtri ciuitate imaginẽ ei⁹ ad nihilũ redegeẜ
pſ.lxxij. Si dicaẜ. qd faciã ergo q꞉ ſum pctõꝛ
⁊ ſupinduxi imagineʒ ⁊ ſupſcriptionem dya.
Solo. Nõ debes deſperare: q꞉ adhuc poteſtiẜ
imaginẽ dei repare: ꝓponẽdo a pctis abſti-
nere ⁊ cõtinere. Scriptura dyaboli deletur:
⁊ xpi reparaẜ in cõfeſſione qñ confeſſoꝛ dicit.
Aucte dñi nr̃i ⁊c. Tũc imago dei ⁊ ſuperſcri
ptio eſt reparata: ⁊ qñ in iudicio dr̃. cuius eſt
imago hec. dicitur dei. ergo reddite deo.

¶ De eadẽ dñica.xxiij.poſt feſtũ tri. Ser.iij.

Ree̅dite mihi nũmiſma cẽſus.
Jſtud ḋbuʒ hr̃ Mat.xxij.
Ad lr̃aʒ ḋbũ ẽ xpi ad q̃õnẽ ꝑplexã
rñdens ⁊ dicens. Oñdite mihi ⁊c.
Jn p̃nti ſmõe volo ꝑtractare hͦ tropologice
ſeu ſpũalr. Pꝛo quo ſciẽdũ ꝙ ſicut impatoꝛ
roman⁹ in illo tpe de oĩ regno ꝓuincia ⁊ ciui
tate ⁊c. exigebat certos redditus in tributuʒ
etiã ſub pena moꝛtis ne fraudareẜ: ⁊ hẽbaẜ iã
in quolibet loco certos creditoꝛes ⁊ collecto
res: ita rex ⁊ ipatoꝛ nr̃ ieſus qui eſt rex regũ ⁊
dñs dñantiũ: q꞉ omne dñium eſt in eo intãtũ
ꝙ dicit Joã. Habet in veſtimento ⁊ in fe. ſuo
ſcriptũ. rex re. ⁊ dñs do. Apoc.xix. No. habet
in veſtimẽto.i. in humanitate: q꞉ ſicut veſtimẽ
tũ ꝑſonã coopit hoĩs: ita hũanitas in xpo dñi
cã ꝑſonã: ꝙ hũanitas dicaẜ veſtis aucto. Qui
cũ in foꝛma dei eẽt: exina. ſemet. foꝛ. ſui acci-
pi. ⁊ hitu inuẽt⁹ eſt vt hõ. ad Phil.ij. No. ⁊ ĩ
femoꝛe. femur eſt iuxta ptes gñatõis: ⁊ ſigt ꝑ
ſonã filij dei q p eternã gñationẽ ꝓcedit a pa
tre. Vult gͦ dicẽ ꝙ ſc̃ntũ hõ ⁊ incõtũ fili⁹ dei
ẽ rex regũ ⁊c. Jõ di. ſcripẜa. Dñe de⁹ rex oĩs
ĩ ditiõe tua cũ ſt po. ⁊c. Heſter.xiij. iõ in oĩb⁹
regnis: terris ⁊ ꝓuincijs vult hr̃e tributũ certũ
nec vult defraudari: tributũ qḋ ipe vult: ſẜ aĩe
tũ rõne creatõis: q꞉ ipe cũ pr̃e ⁊ ſpũſctõ crea
uit eas ad imaginẽ trinitatis: tũ etiaʒ iure re-
creationis ⁊ redẽptiõis: q꞉ ipſe emit ſanguie
ſuo nos. Jõ ipe dicit. Oẽs aĩe mee ſunt. Eze.
xviij. Lʒ eni oĩa ſint ſua: ꝑncipalr tñ aĩe: q꞉ ni
hil ꝑcioſi⁹ aĩa: dempꜩ angel ſub celo. Aucto.
Quid ꝓdeſt hoĩ ſi vniuerſuʒ mũdũ lucretur.
aĩe ḋo ſue detrimentũ faciat. Mat.xvi. Pꝛo
iſto tributo miſit ꝓcuratoꝛes. ſ. p̃triarchas ⁊c.
imo ipſemet voluit venire. Filius. n. hoĩs ve
nit q̃rere ⁊ ſaluare qḋ pierat. Luc.xix. Et qñ
ipſe receſſit dimiſit ꝓcuratoꝛes ſuos vt cuſto-
diant ⁊ ꝓcurant ſibi tributũ. Jſti ſunt curati
aĩarũ. Papa eſt maioꝛ. cardinales. archiepĩ ⁊
epĩ ⁊c. q plus deberẽt curare de ſalute aĩarũ
ꝙ de redditib⁹. Vtinã mõ ñ ſit oppoſituʒ. Et
ſicut ipatoꝛ dabat ſalariũ collectoꝛib⁹ ſuis: ita
xps dat eis reddit⁹. Qñ aũt hͦ tributũ p̃nta
tur xpo. ſ. in moꝛte: dicũt angeli. Dñe tributũ
hͦ de tali villa venit: qḋ vob mittit taẜ curat⁹
⁊c. Quẽadmodũ dicebaẜ impatoꝛi ⁊ videba
tur ſi eſſet bonũ. Jta de aĩa qñ p̃ntatur xpo di
cit xps. Reddite mihi nũmiſma cenſus: ſi eſt
bona ꝑcipit vt ponaẜ in ciſtulis ſuis. ſ. in oꝛdi
nibus angeloꝝ. ſi aũt ſit mala moneta: ꝑcipit
vt ponatur in igne inferni ad cõburẽdũ. Pʒ
thema. Jnuenio ꝙ aĩa nr̃a ad iſtar bone mo-
nete ſi dʒ reponi in locis angeloꝝ dʒ hr̃e. vij.
cõditiones virtutes ſeu pꝛopꝛietates.

- Pꝛima eſt imaginis veritas.
- Secunda eſt ſuperſcriptionis ꝓꝛietas.
- Tertia materie pꝛecioſitas.
- Quarta equi ponderis grauitas.
- Quinta ſoni cõgruitas.
- Sexta figure ſinceritas.
- Septima circularis integritas.

De q̃libet iſtarũ examinaẜ aĩa in iudicio. tres
pꝛime cõditiões habenẜ p tres virtutes theo
logicales. ⁊ q̃ttuoꝛ ex q̃ttuoꝛ ḋtutib⁹ moꝛalib⁹



¶ Dico ꝙ pꝛima ↄditio quã dʒ hr̃e ad iſtar
bone monete ẽ imagĩs ḋitas. Jã videẜ ꝙ cõi
ter in moneẜ eſt imago ꝑncipis. Hoc ſuabaẜ
antiq̃t⁹ in moneta auri: vel nõ reputabaẜ bõa
Sic ẽt neceſſariũ ẽ aĩe ad hoc ꝙ ſit bona ⁊ re
ponẽda in celo oʒ ꝙ hẽat ḋitatẽ de imagĩe.
Q꞉ lʒ q̃libʒ aĩa hẽat imaginẽ trinitaẜ p crea-
tionẽ. nõ tñ ex hoc ſaluaẜ niſi hẽat imagineʒ
xpi p ḋtualẽ iuſtificationem vel imitationeʒ.
Hec aũt imago hr̃ p ꝑmã ḋtutẽ theologica-
lẽ q̃ ẽ fides: q꞉ ſicut imago vna hʒ multa mẽ-
bra: ita vna fides catholica hʒ. xij. articulos: ⁊
depingit in aĩa vnã imaginẽ ḋtualẽ. xij. mem
bra hñtẽ. Pꝛim⁹ arti. fidei ẽ Credo ĩ deũ pa
trẽ oĩpotẽtẽ creatoꝛẽ celi ⁊ t̃re ⁊c. Hic depin
git frõtẽ imagĩs. Rõ ẽ: q꞉ ſicͭ frõs ẽ ꝑncipiuʒ
imagĩs: ita de⁹ pr̃ ẽ ꝑncipiũ oĩum creaturaꝝ.
imo ẽt ẽ ꝑncipiũ filij ⁊ ſpũſcti: ẽ ꝑncipiũ nõ de
ꝑncipio. Scḋs articul⁹ ẽ. Et ĩ ieſũ xpm fi. eius
v.d.n. Hic depingit oculos. Rõ. q꞉ iſte arti-
culus duob⁹ oculis debet videri. ſ. dextro quã
tũ ad xpi diuinitatẽ: ⁊ ſiniſtro quãtũ ad hũa-
nitatẽ. Terti⁹ eſt. Qui cõcept⁹ eſt de ſpũſãcto
nat⁹ ex ma. vir. Hic depingit aures. Vñ dicẜ
ḋgini: Gaude ḋgo mater xpi q̃ p aurẽ conce
piſti gabꝛiele nũcio. Scḋo ↄtinet natiuitateʒ
in qua virgo audiuit angelos cãtãtes. Quar
tus eſt: paſſus ſub p. pi. c. m. ⁊ ſe. Hic depĩgit
nares. Rõ: ſicut ex grano incẽſi in igne poſi-
to redolet bon⁹ odoꝛ: ſic de grano coꝛpis xpi
in igne paſſionis poſito. Jõ apl̃s. tradidit ſe
ipſum ꝓ nobis obla. ⁊ hoſtiã deo in odo. ſua
ui. ad Ephe. v. Quit⁹ ẽ. Deſcẽdit ad iſer. Hic
depingit duas genas. Rõ: q꞉ ſicͭ gene deco-
rãt imaginẽ: ita xps deſcẽdit ad iſeros vt ide
eruẽt duas ↄditiões gẽtiũ q̃ dederũt pulchꝛi
tudinẽ mũdo. ſ. aliq̃s aĩas legis na. ſ. ade: eue
noe ⁊c. ⁊ legiẜ ſcꝑte q̃ dicũẜ gene. aucto. Qua
lis dilect⁹ tu⁹ o pulcherrima mulieꝝ. Cant.v.
Rñdet ḋgo. Dilect⁹ me⁹ cãdid⁹ ⁊ rubicũd⁹.
Gene illi⁹ ſicͭ areole aromatũ ↄſite a pigmen
tarijs. Sext⁹ ẽ. Tertia di. r. a. m. Hic depingit
oſ. Rõ: q꞉ xps oꝛe ꝓbauit ſuã reſurrectionẽ. ſ.
loquẽdo: cõedẽdo: q̃ ſt officia oris. Septim⁹
Aſcẽdit ad ce. ſe. ad ḋx. dei. p. Hic ḋpigit col
lũ. Rõ: q꞉ cibũ mittim⁹ p collũ ⁊ deſcẽdit ad
ſtomachũ ⁊ dat vitã coꝛpi. Sic oĩs cib⁹ ſpũaẜ
exq̃ ipſe aſcẽdit p eũ deſcẽdit ad nos dãs no
bis vitã ſpũalẽ. Jõ apl̃s. Aſcẽdẽs xps ĩ altuʒ
captiuã duxit captiuitatem: dedit do. ho. ad
Ephe.iiij. Octauus. Qui ven. eſt iu. viuos ⁊
moꝛ. Ecce hic bꝛachia. Rõ. q꞉ ĩ iudicio extẽ
det duo bꝛachia. ſ. dextrũ dicẽdo bonis. Veni
te bñdicti pr̃is mei. Scḋo ſiniſtrũ: maẜ dicen
do. Diſcedite a me male. ⁊c. Mat.xxv. Non⁹
Credo in ſpm̃ſan. Ecce hic pect⁹. Rõ: q꞉ ſicut
infra pect⁹ cõſiſtit coꝛ a q̃ ꝓcedit vita coꝛpalis
ſic a ſpũſctõ ꝓcedit vita ſpũalis. Spũs enĩ eſt
q viuificat. caro aũt nõ ꝓ. ⁊c. Jo.vi. Decim⁹
ſctã m ecc. ca. Hic depĩgit vẽtrẽ. Rõ: q꞉ ſicͭ vẽ
ter recipit oẽs eſcas bonas ⁊ malas: ſic eccl̃ia
oẽs recipit: nulli claudit gremiũ. Undecim⁹
eſt ſctõꝝ. c. re. p. Hic depĩgit crura. Rõ: q꞉ in
ter oĩa alia mẽbꝛa crura ſunt partib⁹ gñatio-
nis ꝓpĩnquoꝛa ad generandũ filios: ſic p ſacr̃a
eccl̃ie generanẜ filij dei. Duodecimus. carnis
re. ⁊ vi. eter. Ecce tibie ⁊ pedes. Rõ: q꞉ ſicͭ ti-
bijs ⁊ pedib⁹ ãbulam⁹: ſic etiã finalr p reſurre
ctionẽ oʒ nos ãbulare ad vitã eternã in glr̃ia.
De tibijs eſtis. Auto. De⁹ creauit. i. foꝛmauit
hoiem ad imaginẽ ſuã. i. in aĩa p creationẽ: et
iteꝝ ↄuertit illũ in ipſaʒ. ſ. imaginẽ ⁊ ſm ſe ve
ſtiuit eũ ḋtute. Eccli.xvij. Qñ aũt dicͭ xps. oñ
dite mihi nũmiſma ſi in aĩa iueniaẜ hͦ imagĩs
ḋitas: recipiẜ ĩ cofris xpi. aĩs ꝓijciẜ in inferno
tanq̃ moneta falſa. iõ ⁊c. ¶ Scḋa cõditio q̃
requiriẜ eſt ꝓpꝛietas ſuperſcriptionis. Scri-
bebaẜ. n. titul⁹. Ceſar ipatoꝛ roman⁹ vẜ hmõi
Et hoc hr̃ p illã ḋtutẽ q̃ ẽ ſpes q̃ coꝛdi ſupſcri
biẜ nomẽ dñi qḋ ẽ ieſ⁹ ĩ q̃ ĩ cũctis tribulatiõib⁹ ⁊
neceſſitatib⁹ ẽ ↄfitẽdũ. No. exẽplũ ḋ btõ igna
tio in cui⁹ coꝛde p⁹ obitũ ei⁹ iuẽtũ ẽ nomẽ ieſ⁹
lr̃is aureis ſcriptũ. Jõ xps. Dabo tibi calcu-
lũ cãdidũ ⁊ in calculo nomẽ nouũ ſcriptũ qḋ
nemo ſcit niſi q accipit. Apoc.ij. Sʒ mõ ſunt
multi miſeri q ponũt ſpem ſuã in falſis ↄiura
toꝛib⁹ ↄiurãdo ſepe ſtulte qḋ nunq̃ fuit verũ.
Aliq obſeruãt dies egyptiacos. Jtẽ mulieres
etiã q̃ plurimas in ſuis actib⁹ ⁊ credẽtijs cõ-
mittũt ⁊ hñt ſtultitias: ſicuti ꝙ mulier ĩ puer
perio nõ ſignet vel faciat crucẽ ſup cibũ. Jtẽ
ꝙ mulieres in pꝛio anno qñ receperũt viros
nulli dent lumen vel ignẽ. Jtẽ ponũt bꝛacas.
Sed illis fatuitatib⁹ dimiſſis ponaẜ ſpẽ vraʒ
in noĩe ieſu. Vñ dḋ. Btũs vir cui⁹ ẽ nomẽ dñi
ſpes ei⁹: ⁊ nõ rex. in vani. ⁊ iſani. fal. pſ.xxxix.
Qñ dicit xps oñdite ⁊c. ¶ Tertia ẽ ꝑcioſitaẜ
materie ne ſit de plũbo: q꞉ lʒ hr̃et imaginẽ ⁊
ſupſcriptionẽ: falſa moneta eſſet. Hec hr̃ ĩ aĩa
p t̃tiã ḋtutẽ que eſt charitas: deũ ſup oĩa ⁊ ꝓ-
ximũ ſicͭ ſeipſʒ diligẽdo. Et hec charitas facit
aĩam ꝑcioſaʒ corã deo. q꞉ ſine charitate nulla
opa q̃ hõ facͭ ẽt bõa ḋ gr̃e placẽt do. vñ apl̃s
Si hũero fidẽ ita vt mõtes trãſferã. cha. autẽ
nõ hũero nihil ſũ. i. Choꝛ.xiij. Etiã ſi vn⁹ hẽ-
ret fidẽ p̃triarcharũ ⁊ deuotionẽ ꝓphetaꝝ ſine

charitate nihil valeret: q2 nullum opus nec
corde cogitãdo: nec ore loquẽdo: nec opere
oꝑando valet aliqd ſine charitate. Apls. Si
linguis hoium loquar ⁊ angeloꝝ: charitatez
autẽ nõ habeam fact⁹ ſum velut es ſonans. i.
Cor. xiij. Angelorũ lingue ſunt eorũ ſignifi-
cationes. Uult ergo dicere apls ꝙ ſi ipſe pre
dicaſſet qđ eſt offm oris nõ ſolum lingwis ho
minum: ſ3 etiã angelorũ: ⁊ charitatẽ nõ hẽret:
eſſet vt es: qđ vocẽs ad eccłias gentes nõ in-
trat: ſ3 deſtruit ⁊ cõſumit ſeipſum. ¶ Quarta
eſt equi põderis grauitas. iõ vl ꝙ moneta an
ni pondera͂. Hec hẽ͂ per vnam virtutẽ mo-
ralem que eſt humilitas: q2 pſona humilis in
ſtatera deſcẽdit p⁹ in oculis: humilr reſpiciẽ
do: in veſtitu: in ore humilr loquẽdo: ⁊ in cor
de neminẽ deſpiciẽdo: ⁊ põt dicere. Dñe nõ
eſt exaltatũ cor meũ neqꝫ elati ſunt oculi mei
Sicut. n. ſupb⁹ aſcẽdit in altũ in officijs ⁊ ho
norib⁹: ſic per op^m humil͂ in ſtatera deſcẽdit.
Pro quo nõ ꝙ ponderãda eſt in ſtatera di-
uine iuſtitie vita xpi: cui debem⁹ equari: nõ ꝑ
equiparãtiã: ſ3 per imitationẽ ſeu cõformita-
tem vite: q2 ſicut xps in vita ſua fuit humil͂ in
oibus ſic etiã nos humiliem⁹. item ſicut ipſe
fuit liberal͂: ita ⁊ nos: ꝙ nõ ſim⁹ auari. item ſicut
ipſe fuit purus virgo ⁊ caſtus ⁊ nũꝙ̃ ſciuit ex
perimẽtaliter actũ illũ: ita ⁊ nos ei⁹ exemplo
caſti eſſe debem⁹. iõ apls. Hoc. ſ. põdus vite
chꝛi ſentite in vob qđ ⁊ in chꝛo ieſu. ad Phi.
ij. Mulieres aũt debent vitã ſuaʒ põderare
ad vitã chꝛi ⁊ ad põdus vite virginis: nõ per
equalitatẽ ſ3 per cõformitatẽ: q2 dĩc chꝛiſtus
mulierib⁹ vanis. Uirgo ⁊ mr mea l3 eſſet de
ſtĩe regali: noluit indui de auro. ⁊c. Propt
h. d. chꝛs ⁊ ergo hoib⁹. Diſcite a me: q2 mitis
ſum ⁊ humilis corde. Mat. xi. ¶ Quinta eſt
ſoni cõgruitas: ita pba͂ moneta a ruſticis. ſic
chꝛs reqrit bonũ cenſum ⁊ boni ſoni. Et hoc
hẽtur per virtutẽ prudẽtie que examinat ſo-
nuʒ vborũ ab ore ꝓcedentiũ: nec ſint in offen
ſam dei iurãdo ⁊c. nec ꝓximi ipſiꝫ diffaman-
do: iniuriãdo vel falſe decipiẽdo: nec in lau
dem ſuijpſi⁹ ſ3 ꝓximi ⁊ dei. ſi qs loquit͂ quaſi
ſermones dei. ſ. loqua͂. i. Pe. iiij. ſunt multi
qui faciunt malũ ſonũ iurãdo blaſphemãdo
ꝓximum diffamãdo vel iudicãdo: vel petiſ
occultum publicãdo. Nã ⁊ ſi ex pctõ ꝑdidit
aĩam tñ remanebit ſibi bona fama: ſ3 dãnatis
vos eũ diffamãdo. ideo apls. Ois ſermo ma
lus ab ore vr̃o non ꝓcedat: ſ3 ſi qs bon⁹ eſt ad
edificationẽ fidei vt det gr̃am audientib⁹. ad
Eph. iiij. De hoc ſono examina͂ aĩa in iudi
cio qñ in lapide ferit. Petra aũt erat chꝛs. i.
Cho. x. Oſtendite ⁊c. ¶ Sexta eſt figure ſin
ceritas. ſ. ꝙ moneta nõ ſit fracta. Hec hẽ͂ per
virtutẽ obediẽtie que includit oium mãdato
rũ dei obſeruantiã: q2 ſi vnũ preceptũ frangit
nõ hẽt ſinceritatẽ. Dicũt aliq: bñ placeret mi
hi cõſeruare illud preceptũ ⁊ illud: ſ3 nõ iſtõ.
S3 illud nõ põt bñ ſtare ⁊c. Moneta aĩe vr̃e
nõ eſt ſincera. ideo dicit btũs Jacob⁹. Qui-
cũqꝫ totã legem impleuit: peccauerit autẽ in
vno: fact⁹ eſt oiuʒ re⁹ Jac. ij. Queſtio quõ eſt
hoc: cũ precepta ſint. x. ꝙ ſi ego faciã ꝯ vnum
ꝙ ſim re⁹ oium. Uerbigr̃a. ſi ego cõmitto fur
tuʒ pecco ꝯ illud preceptũ: nõ furaberis quã
ero re⁹ nõ hẽbis deos alienos: q2 nũꝙ̃ feci ꝯ
ſcdm. nec tertiũ. Jõ eſt hic magna difficultas
que declara͂ ſubtiliter ſic. In oi pctõ mortali
ſunt duo: vt dĩc btũs Aug. ⁊ oẽs theologi. ſ.
auerſio ab incõmutabili bono ⁊ cõuerſio ad
cõmutabile bonũ. Deus eſt bonũ incõmuta-
bile: ⁊ creatura bonũ cõmutabile: ds precipit
humilitatẽ: ⁊ tu dicis nolo eẽ humilis: gyras
dorſuʒ deo: ⁊ cõuertis te ad creaturã: ad ſup-
biam. Ecce auerſio a deo ⁊ cõuerſio ad crea-
turã: ⁊ ſic de oib⁹ alijs peccatis: ergo fact⁹ eſt
oiuʒ re⁹. ſ. auerſionis ⁊ cõuerſionis. ¶ Septi
ma ẽ circularis integritas ꝙ ſint ſine angulis
Hec hẽ͂ per virtutẽ pſeuerãtie finalis. Tunc
figura circularis eſt pfecta qñ finis rñdet pri-
cipio: vt pꝫ in cõpaſſo faciẽte circulũ ⁊c. ſic ẽt
ille qui icipit bonũ ponit pedẽ paſſuʒ cõpaſſi
in cẽtro corpis: deinde circuit cõterendo de
pctis ꝓponẽdo nõ redeũdo cõfitẽdo ⁊c. tũc
finis vni͂ pncipio qñ es cũ deo. Alij aũt inci-
piunt bonã vitã ⁊ ponũt pedẽ in centro paſſi
ſ. religionis ⁊ circuũt p⁹ ſtatũ nouitij: deinde
ꝓfeſſi ⁊c. vſqꝫ ad mortẽ. Idẽ de clericis. ideo
xps qui pſeuerauerit nõ dĩc inchoauerit vſqꝫ
in finẽ h ⁊c. Mat. x. Multi incipiũt tam in
religione ꝙ̃ in heremo qui nõ pſeuerant ſed
tunc pes de circulo moue͂. Nõ legi͂ de iuue
ne quodã religioſo qui petijt cõſiliũ a quo-
dam ſctõ religioſo vt oñderet ſibi regulã bñ
viuendi: qui dixit. Sicut incepiſti ſic finias. iõ
apls. Bonũ faciẽtes nõ deficiam⁹ ⁊c. tpe. n.
ſuo metemus nõ deficientes. Ecce quare di-
cit. Oſtendite mihi nummiſma.

¶ De eadẽ dñica. xxiij. poſt feſtũ tri. Ser. iiij.

Noſtra cõuerſatio in celis eſt
hẽtur iſtud verbum
ad Ph. l. iij. Uerbũ eſt aplĩ dicẽtis
de ſe ⁊ alijs aplis ⁊ diſcipulis chꝛi.
Nr̃a cõuer. ⁊c. Mõ ſi nos volum⁹ itelligere



illud verbum de ſanctis animabus apoſtolo
rum ⁊ aliorum ſanctorũ a corporibus exutis:
tunc clarꝫ eſt: q2 ꝙ eoꝝ conuerſatio in celis ſit
nõ eſt dubiũ: q2 nõ ſolũ aĩe apoſtoloꝝ cõuer-
ſantur in celo: ſed etiam aĩe innocẽtũ: q2 ſicut
filij intrant pr̃is domũ abſqꝫ difficultate. Itẽ
aĩe perfecte penitentiũ ex quo iam in hoc mũ
do habuerũt ſuũ purgatoriũ. Itẽ aĩe martyꝝ
⁊ aliorum perfectoꝝ ſtatim poſt mortẽ intrãt
celũ: ſic conuerſatio eoꝝ eſt in celis: ꝙ̃tum ad
animas Jõ cantat eccleſia. Gaudent in celis
aĩe ſanctoꝝ qui xpi veſtigia: vel per innocen-
tiam: vel per penitentiaʒ: ſunt ſecuti: ⁊ q2. ſ. ali
qui pro eius amore ſanguinẽ ſuũ fuderunt: iõ
cũ xpo re. in. e. ⁊c. Si ergo de eoꝝ animabus
volumus intelligere thema. clarũ eſt nec ha-
bet difficultatẽ: quin eoꝝ anime ſint in celis ⁊
conuerſatio eoꝝ. Sed ſi volumus intelligere
ſm ꝙ apoſtolus loquebatur. que. ſ. adhuc vi-
uentes in hoc mundo cõuerſationẽ habebãt
in celis: habet difficultatẽ: ſed nõ intelligatis
ꝙ eorũ cõuerſatio ꝑ habitationẽ corporalez:
ſed per imitationẽ virtualẽ ſit in celis. Uerbi
gr̃a. Si aliqs viuẽdo in domo ſua ſeruaret ꝑ-
fecte vota ⁊ cerimonias oẽs alicuius religio
nis. ſ. per paupertatẽ: caſtitatẽ ⁊c. Si querere
tur vbi eſt ſua cõuerſatio: oportet rñdere cuʒ
diſtinctione vel quãtũ ad habitationem cor-
poralẽ: vel quãtum ad imitationẽ virtualem.
Quantũ ad habitationẽ corporalẽ eſt in hoc
mundo: ſed per imitationẽ virtualẽ: ſic ſua cõ
uerſatio eſt in celis: q2 habet proprietates: vir
tutes: ⁊ cõditiones celeſtes. Jõ dicebat apo
ſtolus de ſe ⁊ de alijs. Nr̃a ꝯuer. in c. eſt. Jõ
cãta͂ de pſona ſancta. Qm̃ in hac peregrina
tione ſolo corpore conſtitutus: cogitatione ⁊
auiditate in illa eterna patria cõuerſatus eſt
ſ. per imitationẽ virtualẽ. Ego queſiui ⁊ inue
ni qualitates ⁊ virtutes ⁊ cõditiones celi ſm
phiam ⁊ ſm theologiã: vt ꝑ virtualẽ imitati-
onẽ cõuerſemur in celo: ⁊ ſunt ſeptẽ. ☞ Pria
alta ſublimitas. ☞ Secũda plena rotũditas.
☞ Tertia pfecta puritas. ☞ Quarta pura cla
ritas. ☞ Quĩta firma ſtabilitas. ☞ Sexta am
pla vtilitas. Si nos habemus iſtas. vi. condi
tiones: nr̃a cõuerſatio eſt in celis. ¶ Prima
eſt alta ſublimitas. Tanta eſt altitudo celi ꝙ
nõ põt mẽſurari. Aliqui vt rabi moyſes ⁊ alij
voluerunt mẽſurare: ⁊ l3 laborauerũt ad hoc
ſciendũ tamẽ neſcierũt omnẽ veritatem: q2 di
cit ſcriptura. Altitudinẽ celi ⁊ latitudinẽ ter-
re ⁊ profundũ abyſſi quis dimẽſus eſt. Eccli.
i. q. d. ipoſſibile eſt. Altitudinez celi fecit
deus ſicut magnus dñs ⁊ potẽs q pro ſe vxo
re ⁊ filijs facit cameras in altũ. ⁊ baſſe fac͂ ſta-
bulũ iumentoꝝ: ⁊ infra terraʒ facit carcerem.
Iſto mõ deus ordinauit mundũ. Cogitate ꝙ
tot⁹ mũdus ſit dom⁹ dei. Baruch. iij. O iſra-
el ꝙ̃ magna eſt domus dei ⁊c. Supius in ce-
lo ſunt camere: vbi eſt dñs cuʒ filijs ⁊ amicis
ſuis. ſ. ſanctis. Et iſte camere ⁊ palacia ſũt cor
poralia nõ de luto ſeu lapide: ſed de materia
celi vbi ſunt iam ſancti in gloria. Hic inferius
ſunt beſtie: q2 ꝓ eis eſt factus iſte locus. ⁊ nos
ꝓpter peccatũ ſumus cuʒ beſtijs. Si tenueri
mus vitã bonã aſcẽdimus ad cameras: ſi ma
lã deſcendimus ad carcerẽ inferni cũ malefa
ctoribus in corde terre. Iſtã qualitatem debe
mus nos habere per imitationẽ virtualẽ ele
uando nos in altũ ꝑ deſideriũ appetẽdo: ſu-
ſpirãdo: ⁊ deſiderãdo vitã eternã: ⁊ deſpicien
do oia mũdana honores ⁊c. q2 nõ ſunt niſi ſu
mus: ſimiliter deſpicere debem⁹ venereas de
lectatiões: ⁊ tũc nr̃a conuerſatio erit in celis.
Apoſtolus q oia mũdana deſpiciebat vt ſter
cora vt xpm lucrifaceret. ad Phil. iij. dicit.
Oia detrimentuʒ feci: ⁊ arbitror vt ſtercora:
vt xpm lucrifaciã. No. vt ſtercora. Qñ aliqs
in domo ſtercus ⁊ imũdicias cõgregat nocet
corrũpẽdo aerẽ domũ ⁊ pſonaʒ: ſ3 qñ ſpergi͂
in agris ſic fructificat. Ita qñ religioſus cleri
cus vel laycus cõgregat diuitias congregat
ſtercus: qđ corrũpit nos in memoria itelligẽ-
tia ⁊ volũtate ⁊c. Corrũpit domuʒ ⁊ illos de
de domo qui forte interficiũt vos: vt habeant
pecuniã. Ergo de camera cordis ſunt iſta tpa
lia bona abijciẽda ⁊ in terras ſiccas. i. paupes
diſpergẽda. Quare retinetis vos ſtercora vul
tis vt corrũpant vos. Ecce q̃re dicit. Oia de-
trimentuʒ feci ⁊ arbitror vt ſtercora vt ⁊c. ad
Phil. iij. Et cõcordãs Ezechiel dicit. Argen
tũ eorũ foras ꝓijcie͂ ⁊ aurũ eoꝝ in ſterquiliniũ
erit. Subdit rõnẽ. Q2 argẽtũ eoꝝ ⁊ aurũ eo-
rũ nõ valebit liberare eos in die furoris dñi.
Eze. vij. Qñ ergo terrena a nobis deſpiciunt
⁊ celeſtia appetunt͂ poſſum⁹ dicere. Nr̃a ⁊c.
¶ Scđa conditio celi eſt plena rotũditas: q2
caret angulis. Certũ eſt ꝙ deus potuiſſet cõ
poſuiſſe triãgulatũ vel quadrãgulatũ: ſed or
do ſeu ſapiẽtia dei fecit celũ rotũdũ totuʒ. Et
habe͂ iſta qualitas ꝑ imitationẽ virtualẽ qñ
homo in vita ſua hꝫ ſimplicitatẽ. ſ. qñ hõ nõ
hꝫ angulos. ſ. ꝙ oſtenda͂ vnus ad extra: ⁊ ꝙ
ſit alius ad intra. Aliqui oñdũt ſe ad extra li-
berales: ſed intus ſũt auari ⁊c. Ubi angulus
ibi ſordes. Simplicitas eſt qñ homo eſt talis

intus: qualis vult apparē ad extra. Jō Pe.
apl's. Deponētes oēm maliciā ⁊ oēm dolū ⁊
ſimulationē ⁊ iuidias ⁊ oēs detractōes ſicut mō
geniti inſan. ⁊c̄. i. Pe. ij. excludit a nob quinq an
gulos ſuitatis. Prim⁹ ē malicia cordis odiū
rācor. ⁊c. Intātū ꝙ tales nō poſſunt ꝓximū
diligere. Scōs angulus eſt oēs dolū. Iſte an
gulus ꝯſiſtit in ore qn̄ emēdo vl' vēdēdo decī
piūt ꝓximū: iurādo tātū valet: tantū ꝯſtat ⁊c.
Jō mercatores auiſet vos. Antiq⁹ nullus ꝑe
tebat niſi qd erat iuſtū. Jō credebat eis: ſ; mō
petūt tm̄ ⁊c. Terti⁹ ē ſimulatiōes. i. fictiōes: qn̄. ſ.
ex° hō oſidit ſe bonū: cū tn̄ ad intra ſit malus.
Ꝑbigra. In habitu albo oſidit caſtitas quam
debeo hr̄e ⁊ i nigra cappa aſpitas ⁊c. Quar
tus eſt iuidia. Inuidia eſt triſtari de bono et
honore ⁊ officio alteri⁹: qn̄ vos videtis ꝙ ille
iā fuit iurat⁹ vel ⁊c. Quint⁹ ē oēs detractiōes
Detractio ē laudare an̄: ⁊ diffamare retro. Et
extra de ordine deponere iſtos āgulos debe
mus ⁊ nos emēdare. Sicut mō geniti iſantes q
neſciūt depingere extra qd nō hn̄t ad itra: ac
ſimplicitatis ꝯcupiſcētie. ¶ Tertia ꝓprietas
celi eſt ꝑfecta puritas: q2 nullā h; maculā nec
hr̄e pōt. Hic ſūt multa palacia que tn̄ poſſūt
maculari aliquo mō: ſ; nō celū: q2 dicūt aſtro
nomi ꝙ celū elemētū ignis tāgit: tn̄ ipſū nō
cōburit. Jō dixerūt ph'i ꝙ celū nō eſt ſuſcepti
uū ꝑegrinarū ipreſſionū. Iſta q̄litas hr̄ ꝑ ca
ſtitatē que hoīem ꝓſeruat nō cōburit nec ca
lefacit. Multi ꝯburunt ex nimia familiarita
te etiā habita ꝓpt̄ bonā itētionē. Aliq icipiūt
bonā amiciciā: ſ; poſt modicū cōburunt ꝑ lu
xuriā ⁊c. Et de luxuria dicit Job. Ignis eſt vſ
q3 ad ꝑditionē deuorās ⁊ eradicās oīa geni
mina. Job. xxxi. Oīa cōburit ⁊ totū ꝑdit. Jō
auiſet vos: ⁊ ꝓſeruem⁹ a cōbuſtiōe ⁊ elōgem⁹
nos ab occaſiōe ⁊ nimia familiaritate orātes
ꝯtinuē. Alij nō cōburunt ſ; caleſiūt. nō enī
faciūt actū pricipalē timore mūdano: ſ; reſpi
ciēdo loquēdo delectant ⁊ caleſiūt: ſ; melius
eēt fugere. In ꝑſona q̄rū dic̄ Iſa. Vach cale
fact⁹ ſū: q2 vidi focū. Iſa. xliiij. aliq maculant
q2 hn̄t aliquā familiaritatē ⁊ ſuſpectant: q2 l;
ipſi nō faciūt pctm̄ tn̄ oēs opinant. Jō eoꝝ fa
ma que d; eē clara ſit nigra in corde gētium.
De talib⁹ dicit Jere. Denigrata ſup carbōes
facies eoꝝ ⁊ nō ſūt cogniti in plateis. Threñ.
iiij. Facies dr̄ fama: q2 ſicut in facie cognoſcit
hō: ita fama q̄ diuulgat. Si fama cognoſcunt
ſic cognoſcunt boni ex bona fama: ⁊ mali ex
mala. ¶ Quarta ꝓprietas celi ē. ſ. pura clari
tas: nō eſt ibi tenebra ſicut h̄. Jō dicit. Sen.

Talis eſt animus ſapiētis q̄lis eſt mūdus ſu
ꝑ lunā: ſemꝑ illic ſerenū eſt. Iſtā i claritatē de
bem⁹ nos hr̄e ꝑ clarā ſapiā fidei. Caueat ne
in corde vr̄o itret tenebra erroris ⁊c. debem⁹
enī hr̄e cor clarū: ⁊ hoc ē ſapia nr̄a de q̄ dicit
moyſes iudeis ⁊ ꝑ eos nobis. Hec. ſ. fides eſt
ſapia vr̄a corā pplis vt audiētes vniuerſa pre
cepta hec dicāt. En pp'ls ſapiēs ⁊ itelligēs: gēs
magna. Deut. iiij. Nō fidē catholicam vocat
ſapiā: ſed nō ſciā. Dicit ph's. vi. ethy. ꝙ tres
ſunt v̄tutes itellectuales ⁊ ſpeculatiue. ſ. ſapi
entia itellect⁹ ⁊ ſcia. Sapia ē cognitio diuinoꝝ:
ſ; mō dicant ſapiētes aſtuti ⁊ fallaces mūda
ni hoies: ⁊ falſe dicētes ſe eē ſapiētes ſtulti fa
cti ſunt. Ro. i. Intellect⁹ v̄o eſt cognitio prin
cipioꝝ. Scia v̄o eſt cognitio cōcluſionū q̄ ha
bent ꝑ demōſtratiōes. Fides aūt dr̄ ſapia: q2
eſt de diuis ⁊c̄. Dr̄ intellect⁹ q2 articuli fidei
ſūt ꝓncipia toti⁹ theologie: ſ; fides nō dr̄ ſcia:
q2 articuli nō ſunt ꝯcluſiōes habite ſeu ꝓbate
⁊c̄. ꝑ demonſtrationē: q2 l; nō hēam⁹ rōnes ⁊
argumēta ꝓbantia articulos fidei: tn̄ nō ſunt
demōſtratiōes: q2 niſi de⁹ reuelaſſet rōnes nō
ſufficiūt: ſ; ſunt ꝑſuaſiōes. Ecce q̄re dr̄. Hec ē
ſapia vr̄a. No. corā pplis: q2 nō ſufficit xp̄iāo
hr̄e fidē in corde: ſ; o; etiā ꝯfiteri vocalr̄ tp̄e
⁊ loco cōgruis: ſm̄ illud. Corde credit ad iu
ſticiā. ore aūt ꝯfeſ. fit ad ſa. ad Ro. x. Dicat.
Credo: in quo ſunt. xij. principia theologie.
¶ Quinta eſt firma ſtabilitas: q2 celū icorru
ptibile eſt: ⁊ l; habuerit ꝓncipiū tn̄ nō hēbit
finē in ſuba. Dō loquens de corꝑib⁹ celeſtib⁹
dic̄. Statuit ea in eťnū ⁊ in ſcl'z ſcl'i. Idē dicūt
ph'i ꝙ durabūt ſine fine. Iſtā q̄litatē debem⁹
nos hr̄e ſi debem⁹ h̄itare in celo. Nā debem⁹
hr̄e h̄ ſtabilitatē ꝑ firmā obediētiā ⁊ ꝑſeuerā
tiā. In bona vita quā hō elegit ꝑſeuerant ma
nē. S; nō ꝙ an̄q̄3 hō eligat ſpalē ⁊ ſpūalē vi
tā ⁊ ſtatū: hō d; reſpicē ⁊ eligē qd meli⁹ eſt ꝓ
aīe ſaluatiōe. ꝑbigra. q vult itrare religionē
d; deliberare i q̄. Et ꝓmo reſpicē regulā ⁊ cō
ſtitutōes: ⁊ nō igerē ſeipſū ſtati: ſ; reſpicē tria
Prio regulā ⁊ ꝯſtōnes: ſi placēt tibi: alr̄ non
intrare debes. Scōo ſi ſr̄es ſuāt illā regulā ⁊
ꝯſtōnes alr̄ non debes te obligare. Tertio ne
in ingreſſu fiat ſymonia ⁊c̄. Sed poſtq̄3 iā ele
giſtis ⁊ eſtis intus debetis cōtinuare bonā vi
tam ⁊ mori in illa. Itaq3 ſr̄es mei dilectiſſimi
ſtabiles eſtote ⁊ imobiles in oī tp̄e dn̄i ſemꝑ
abundātes ſciētes ꝙ labor veſter nō eſt ⁊c. i.
Coꝛ. xv. ¶ Sexta eſt āpla vtilitas q2 oēs vir
tutes: cōditiōes ꝓprietates ⁊ q̄litates q̄s de⁹
dat eis: large tribuunt nobis: vt p; in ſole qui



tribuit nobis claritatē a deo ſibi datā. Idem
de luna ⁊ de alijs. Jō Gen. i. Fiāt luminaria
magna in firmamēto ⁊ diuidāt diē ⁊ noctē ⁊c.
Ibidē. fecit deus duo luminaria magna: ma
ius vt ꝑeſſet diei: min⁹ vt preeſſet nocti. S; ſi
ꝑ auaritiā vellēt ſibi retinē: de⁹ eis auferret: ſi
volum⁹ hīc ꝯuerſationē in celis hēam⁹ iſtam
ꝯditionē ne gr̄as a deo nobis datas ſpūales
vel corꝑales nobiſipſis retineamus: vnicuiq3
āt dat māifeſtaº ſpūs ad vtilitatē. i. Chor. xij.
¶ Dñica. xxiiij. poſt fe. tri. Sermo primus.

Bijt fama hec in vniuerſā terrā.
a Hī v̄bū iſtud textualr̄. Mat.
ix. Sermo nr̄ erit de ſcō euāgelio. Si
placet deo hēbim⁹ multas bonas doctrinas.
⁊c. Salutet v̄go ma. In pn̄ti ſmone volo te
nere modū hortulani: q qn̄ vult ſeminare vel
plātas in horto plātare bōas ⁊ vtiles prio di
ſponit ⁊ ordinat in tabulis. poſt ſemiat. ita fa
ciā. rō: q2 in ſctā ſcriptura ſingularit̄ ſcm̄ euā
geliū dr̄ hort⁹ cōcluſus ⁊ nō ager: hort⁹ clau
ſus vel ꝯcluſus. Cāt. iiij. Vn̄ eēt clauſus hor
tus: q2 hēret altiſſimū ꝑietē ꝓ muro: ⁊ porta
le ſtrictum ⁊ bonā ianuā ⁊ fortes ſeras. Sic
ſcm̄ euā. ē altiſſimo muro. ſ. fide xp̄iana mura
tum vſq3 ad celū aſcēdit intātū ꝙ nullus ifi
delis nec hēretic⁹ nec ſciſmatic⁹ pōt itrare ad ꝯ
ſtruēdū fruct⁹ ei⁹: portale ſtrictū ⁊ baſſum eſt
humilitas. Jō null⁹ ſupb⁹ pōt intrare colligē
do fruct⁹ ei⁹ ſecretoꝝ: nec intelligēdo. Ianua
firma eſt pauptas apl'icalis ꝓp hoc l; multi ſtu
deāt: nō tn̄ pn̄t inuenire fructū ſpūalē: nā ꝑſo
ne carnales: delicioſe ⁊c. nō pn̄t itrare ad co
medēdū de fructib⁹ hui⁹ horti: q2 nō ſentiunt
dulcedinē: q2 dulcedine vitioꝝ amittūt guſtū
⁊ inficiūt palatū: ſ; eſt apt⁹ xp̄iano corde hu
mili ⁊ paupi ſpū ⁊c̄. talis ſentit odorē ei⁹. iō
dicit xp̄s q eſt dn̄s hui⁹ hort⁹. Veniat dilect⁹
meus in hor. ſuū. Cāt. v. No. dilect⁹ a xp̄o eſt
xp̄ianus q in corde h; firmā fidē. No. in hor
to ſuū euāgeliū eſt hort⁹ xp̄i dn̄atiue: ſed dici
tur xp̄iani finaliter: q2 pro eo factū eſt. Ecce q̄
re ſanctū euāgeliū dr̄ hort⁹: ꝓpter hoc i hor
to euāgelij hodierni ordinabo tres horas ſ;
tres principales ꝑtes quas h; iuxta tres xp̄i
excellētias que in eo oſtendunt.

¶ Prima eſt humilitas gratioſa.

¶ Secūda benignitas virtuoſa.

¶ Tertia ſublimitas glorioſa.

In his aūt nō plātabo caules nec ſpinargia:
ſ; herbas aromaticas ⁊ v̄tuoſas bonarū do
ctrinaꝝ. In prio plātabo vnā herbā aromati
cā q̄ dr̄ doctria ethica vel monaſtica ad regē
dū ꝓpriā ꝑſonā. In ſcda aliā q̄ dr̄ politica ⁊
gn̄alis ad regēdū cōitatē. In tertia aliā q̄ di
citur yconomica coniugalis ad regendū pro
priam domum. He plante erunt ita odorife
re ꝙ pōtero dicere. Exijt fama hec ⁊c. ¶ Di
co primo ꝙ in euāgelio hodierno oſtēditur
vna excellētia xp̄i que dr̄ humilitas gratioſa
hec oſtēdit in prima ꝑte euā. cū dr̄. Loquēte
ieſu ad turbas: vſq3: ſequebant eū ⁊ diſcipuli
ei⁹. Querit q̄re xp̄s hūc principē ſtatī ſecut⁹
ē: cū tn̄ regulū ei⁹ aduētū petētē icrepauit: vt
p; Joā. iiij. Rn̄ſio ꝙ iſte pricepe hēbat duo
ſ. firmā credētiam in corde ꝙ. ſ. poterat ſana
re filiā ſuā: vt p; i petitiōe di. Veni ipone ma
nū ſup eā ⁊ viuet. 2º hēbat ardētē deuotionē
ad xp̄m. q2 accedēs adorauit eū. Iſta duo ſta
tim trahūt ſe ad xp̄m. No. ad hoc exēplū nā
le ꝙ cādela clareſcēs ⁊ fumigās finalr̄ trahit
ad ſe lucē: xp̄s dr̄ lux. Erat lux vera ⁊c. Jo. i.
Si ergo tu hēs claritatē fidei in corde ⁊ fu
migationē deuotiōis: ſtatī trahes ad te xp̄m.
Apl's. In xp̄o ieſu neq3 circūciſio aliqd facit
neq3 ꝓpucium: ſed fides: ecce credentia que
ꝑ fidē opat: ecce deuotio. ad Gal. v. Quia er
go ille ꝓnceps hēbat iſta duo ⁊ nō ille regul⁹
iō ⁊c. Ecce hic hūilitas xp̄i gratioſa: ecce hic
pria ps horti xp̄i hui⁹ diſpoſita ⁊ ordiata: mō
ſeminem⁹ in ea herbas aromaticas. ſ. de do
ctrinis ethicis ⁊ monaſticis ad regēdū ꝓpriā
ꝑſonā in bona vita. Et ſunt duo. ſ. ofo q̄ nos
ꝓſeruat a pctis futuris. Scda ē ꝯfeſſio q̄ pur
gat a pctis ꝓteritis: ofo oſtēdit cum dicit. Ecce
princeps vn⁹ acceſſit ⁊c. Qui enim vult ⁊c. d;
primo ad xp̄m accedere: q vult regi ſupplica
re: ꝓmo accedit. Si dicat. Et quō poſſemus
xp̄o accedere cū ſit in celo. Dico nō debem⁹
accedē corꝑaliter: ſed itellectualit̄ cogitādo
qn̄ vis orare cū q̄ hēs loq. ſ. cū rege celi: cogi
tādo ꝙ videas eū i cathedra ſedētē. Sic acce
dit hō: ⁊ ſicut ille q loqt̄ cū rege flectit genua
⁊ diſcooꝑit caput. Ita etiā i orōne: q2 exquo
hō acceſſit d; orare. Jō dr̄ de pricipe ꝙ acceſ
ſit ad eum: ⁊ fecit ſuā ſupplicationē. Ecce q̄li
ter oſtēdit nobis orare. ideo dauid. Accedi
te ad eū ⁊ illuminamini ⁊c̄. Qui autē ſic ora
uerit ſicut princeps iſte: erit eius oratio acce
pta: qui alr̄ nō obtinebit aliqd: ecce hec her
ba aromatica que preſeruat hominē. Nota
hic exemplū ſiue miraculū de iuuene merca
tore deuoto virgini marie: qui q̄libet dic cō
tēplādo. xij. gr̄as factas virgini marie. ſ;. xij.
partes ſue ꝑſone pn̄tabat. xij. Aue Maria.
Prio cogitabat ⁊ ꝯtēplabat caput Marie.

plenum ſapientia pluſq̃ patriarche prophe
te ⁊c̃.⁊ ſic dicebat pꝛimũ Aue maria deinde
oculos quotiens reſpexit xp̃m. Tertio aures
quõ audierit xp̃i ſermones quarto nares q̃tẽz
odoꝛẽ ſenſit de coꝛpoꝛe xp̃i in die natiuitatis.
q̃nto os quotiẽs oſculata eẽt xp̃m.ſexto vbe-
ra que lactauerũt filiũ dei.ſeptimo coꝛ plenũ
igne amoꝛis.octauo bꝛachia qb⁹ amplexata
eſt xp̃m.nono vẽtrẽ tanq̃ȝ xp̃i cameraȝ.decio
genua qualiter oꝛabat. vndecimo tibias q̃lr
uit laboꝛãdo q̃ñ ꝑdidit filiũ dñ eẽt annoꝛuȝ
xij.duodecimo aiam plenã oi ꝑfectiõe:⁊ coꝛ-
pus pnali afflictione. Nõ q̃liter dñ ꝓdictus
iuuenis iret ad feriaȝ: in via inuenit latrones
⁊c. Et iſto miraculo poteſtis cognoſcere quõ
oĩo facta ad deũ eſt herba aromatica. Jõ xp̃s
dicit. Opoꝛtet ſemp oꝛare ⁊ nõ deficere quo-
libet mane ⁊ ſero. Luc.xviij. Scḋo iſtẽ prin-
ceps oñdit cõfeſſionẽ ſacramentalẽ que pur-
gat a peccatis pꝛeteritis in v̾bis q̃ñ dixit: dñe
filia mea ⁊c.ſtatim poſt peccatũ moꝛtale filia
mea.i.aia eſt moꝛtua. Jõ de bona rõne ⁊ de
cõſilio ſtati eſſet cõfitendum pcõ̃ q̃libet die.
Nõ dicũt multi: expectabo.xl. ⁊ ſi cadit lu-
tũ in tunica.nunq̃d dices expectabo ꝑ annũ:
ecce quare dicit: mõ defuncta.q̃ aũt nec in.xl.
vult ꝯfiteri punieẽ.⁊ pꝛimo in aia que ſepelie
tur in inferno.ſcḋo in coꝛpoꝛe q: nõ dȝ ſepeli
ri in cemiterio.extra de pe.⁊ re.c.oĩs. vide.ſ.
do.xviij.ſermone.i. in fine. Nõ quõ curatus
hȝ hꝛe in ſcripẽ q̃ cõfitenẽ: ⁊ qui non ⁊c. Qui
abſcõdit ſce.ſua nõ diri.q̃ aũt cõfeſ.ſu.⁊ reliq̃.
ea mi.cõſequeẽ. Prouer.xxviij.ecce q̃re dicit
filia mea ⁊c. Scḋo dixit pꝛima pars. Ueni et
ipoue ma.tu.ſup eã ⁊ viuet. Ecce hec abſolu-
tio antq̃ȝ ꝑſona cõfiteaẽ ⁊ abſoluaẽ eſt habi-
tatio demonuȝ: quot pctã moꝛtalia q̃s hȝ tot
diciẽ hꝛe demonia. De beata magda. dicunt
euãgeliſte q̃ xp̃s eiecit.vij.demonia.i.vij.pec
cata moꝛtalia: q: nõ legiẽ q̃ fuit demoniaca:
ſed facta cõfeſ.venit xp̃us per gr̃am: iõ dixit:
veni dñe. Et xp̃s: veniã ⁊c. Doctrina eſt theo-
logie: q̃ in abſolutiõe non ſolũ venit xp̃s per
gr̃am: imo etiã ꝑ pñiam ꝑſonalẽ: ⁊ nõ ſoluȝ
xp̃s: ſȝ etiã tota trinitas. Joã.xiiij. Si q̃s dili-
git me ſer.meũ ſuã.ſ.illũ quẽ dixit ꝑ os apl̃i.
Jac. Cõfitemini alter.pctã vr̃a ⁊ o.ꝑ inuicẽ
⁊c̃. Jac̃.v.⁊ pa͛ me⁹ diliget eũ: ⁊ ad eũ venie
mus. Ecce pnĩe iniunctio. Pniam vocat mia
nũ: que q̃nq̃ȝ digitos hȝ. Pri⁹ eſt pollex: ⁊ eſt
cõtritio coꝛdis. Secũdus eſt bonũ ꝓpoſituȝ
nõ redeũdi ad pctã. Tertius eſt pnalis affli-
ctio: q: ſicut caro fuit ſibi occaſio peccãdi: ita
etiã penitere debet. Quartus eſt iniuriarũ re
miſſio: cogitando q̃ maioꝛes iniurias feciſti
xp̃o: dicũt medici q̃ in iſto digito ẽ vena coꝛ
dialis. Jõ in deſpõſatione poniẽ ibi annulus
ad innuẽdũ q̃ ſe debẽt coꝛdialiter diligẽ. Qui
tus eſt iniuſtoꝝ reſtitutio tã de fama q̃̃ etiam
de bonis. Ecce quare dicit: ipone: q: ita ꝓmi-
ſit de⁹. Si ipius egerit pniam a pctõ ſuo: vita
viuet ⁊ nõ moꝛieẽ ⁊c̃. Ezech.xxxiij. ¶ Dico ſe
cũdo q̃ in ſcḋa ꝑte euã. oñdiẽ ſecunda virtus
xp̃i: que dȝ benignitas v̾tuoſa cum dȝ. Et ecce
mulier ⁊c. vſq̃ȝ: mulier ex illa hoꝛa. Ecce h̃ xp̃i
benignitas v̾tuoſa: q: cũ illa mulier deberet
puniri: q: appꝛoximabat ꝯ legẽ Leui.xv. xp̃s
nõ puniuit: ſed ẽt cõſolat⁹ eſt eã. Et in illa ꝑte
plantãde ſũt herbe aromatice.ſ.doctrine po
litice que ſũt ad bonũ regimen cõitatis: ⁊ ad
hoc oꝫ duo pũcta declarare. pꝛĩo q̃ eſt mulier
hec que hȝ ⁊c. Jſta mulier eſt cõmunitas que
abũdat in pctis notoꝛijs: pctã notabilia ⁊ no
toꝛia dñr ſanguis in ſacra ſcriptera. Auto.dõ
qui peccauit grauiẽ luxuria ⁊ homicidio: q:
ꝯña ſũt: ⁊ credidit ⁊c. Jõ fuit ſibi dictũ. Egre
dere egredẽ vir ſanguinum ⁊ vir belial. Ecce
⁊c.ij. Re.xvi.⁊ petijt veniaȝ a deo di. Libera
me de ſanguinib⁹ ⁊c. Quõ curabiẽ iſta coꝛru-
ptio cõitaẽ. Dico q̃ ẽ tãgẽdo veſtẽ xp̃i q̃ eſt
ſacra ſcriptura. rõ: q: ſicut veſtis coopit perſo
nã: ita ſacra ſcriptura xp̃ȝ. Jõ iudei ſolũ vide
rũt veſtem. De iſta veſte dicit Jſa. Gaudens
gaudebo in dño: et exultabit aïa mea in deo
meo: q: induit me veſtimẽtis ſalutis: ⁊ indu-
mẽto iuſtitie circũdedit me. Jſa.lxi. No.cuȝ
dẽ in pl̃i: veſtimẽtis: q: ſacra ſcriptura in vno
libꝛo nõ ꝯtineẽ ſȝ i multẽ. Scḋo dicit: ⁊ indumẽ
to iuſtitie: q: ſacra ſcriptura tota ẽ vna q̃ xp̃s
induiẽ. Si g° hec cõitas patitur fluxũ ſangui
nis ⁊ id fetet ꝑ malã famã: ⁊ deficit paulatim
⁊ vadit ad deſtructõeȝ: remediũ ẽ tãgere fim
bꝛiã xp̃i.ſ.ſacrã ſcripturã faciẽdo ea q̃ dĩẽ cõ-
tra ſex pctã moꝛtalia: ⁊ ſic curabiẽ. Pꝛimuȝ
pctũ eſt ſupſtitiõis dyabolice. Secũdũ blaſ-
phemie diuolis. Tertiũ negligẽtia feſtiuitatũ
Quartũ ludus. Quintuȝ lupanaria ſecreta.
Sextũ ſocietates crĩales. Ex pctis ſecretis
cõitas nõ hȝ ꝑiculũ: ſȝ q̃ñ pctũ ẽ notoꝛiũ ⁊c.
¶ Dico tertio q̃ oñdiẽ xp̃i ſublimitas gl̃oſa
in tertia ꝑte euãge. vbi dẽ. Cuȝ veniſſet ieſus.
in domũ ⁊c. vſq̃ȝ in finem. Jn iſta tabula ſunt
plantande herbe aromatice de doctrinis yco
nomicalib⁹ ꝓ bono regimine dom⁹. Tria ſec̃
xp̃us in ſuſcitatione hui⁹ puelle in quo oſten-
dit totũ regimẽ domus. Pꝛimo eiecit de do-



mo tubicines ⁊ turbaȝ tumultuantẽ. Jn quo
ſignificatur excluſio male ſocietatis. Si vul-
tis bene regere domũ vr̃am: expellatẽ malos.
Jtẽ nõ ſolũ expellere malas ꝑſonas debetẽ: ſȝ
etiã malas ꝯſuetudines. Jtẽ ſi famuli non ha
bẽt occaſionẽ audiẽdi miſſã deẽ eis facultatẽ
q: oꝫ reddẽ rõneȝ de eis. Jõ ſcp̃tura. Si q̃s.ſ.
pr̃ifamilias ſuoꝝ: ⁊ maxie domeſticoꝝ curã nõ
habuerit fidẽ negauit.i. Thy.v. Scḋo tenuit
manũ ei⁹. Ecce xp̃i ꝓtectio. Qõ cõſuabit do
mũ tuã in abũdãtiã ⁊ i pace ⁊c. Et poteris di
cere cũ dõ. Tenuiſti manũ dexterã meaȝ.ſ.ꝓ-
ſpitatẽ: ⁊ in volũ.t.dedux.me. ⁊ cuȝ gl̃ia ſuſce.
me. ps.lxxij. Tertio dixit puelle ſurge. Ecce
gr̃e ſpiritualis collatio. Surge qui doꝛmis ⁊
exurge a moꝛ.⁊ illumina. te xp̃s. ad Ephe.v.
¶ De eadẽ dñica.xxiiij.poſt feſtũ tri. Ser.ij.

a **Acceſſit** retro ⁊ tetigit fim-
bꝛiã veſtimẽti eius.
Jſtud v̾buȝ hẽ oꝛiginaliẽ Mat.ix.
Jn iſto ſmone volo declarare qua
liẽ aia pctis infirma poterit curari. Materia
erit bona ⁊ ſpeculatiua ⁊ etiã moꝛalis. Sȝ pri
mo ſaluteẽ vir.ma. Cogitaui ꝑtractare v̾buȝ
iſtud ſm tres itellect⁹ ſacre ſcripture.ſ. ꝟ Hi-
ſtoꝛicũ: vel lr̃alẽ. ꝟ Allegoꝛicũ vel figuraleȝ.
ꝟ Tropologicũ vel moꝛalẽ. ¶ Quãtũ ad ꝓ-
mũ itellectũ ſciẽdũ q̃ exq̃ adã ⁊ eua peccaue
rũt ꝯ deũ: oẽs gẽtes mundi ꝓpter pctã tẽde-
bãt ad finalẽ deſtructionẽ ⁊ ꝑditionẽ. ꝓpẽ qḋ
de⁹ volens mittere ſaluatoꝛẽ ⁊ redẽptoꝛẽ ele
git ſibi certũ ppl̃m in iſto mũdo de q̃ naſcere
tur ſm carnẽ. Cui⁹ ppl̃i pẽ fuit abꝛaã: cui pꝛo
miſit de⁹ q̃ de ſua gñatione ſaluatoꝛ mũdi na
ſcereẽ. Cui populo dedit duo ſigna pꝛicipalia
vt diſtingueret a ceteris ppl̃is pꝛout paſtoꝛ ſi
gnãs oues: vnũ occultũ in carne: ⁊ aliũ publi
cũ in veſtimẽtẽ. Signũ occultũ ⁊ ſecretũ i car
ne ẽ circũciſio i mẽbꝛo virili: ad ſignificãduȝ
q̃ de ſua gñatõe meſſias mũdi ſaluatoꝛ naſce
reẽ. Circũcideẽ i vob oẽs maſ. Geñ.xvij. Dñe
⁊ vbi erit iſta circũciſio: in aure: nõ in digito:
nõ: ſȝ circũcideẽ carnẽ ꝓpucij v̾i: vt ſit in ſig$^{m}$
ſ. q̃ de illa gñatiõe naſceẽ ſaluatoꝛ mundi. Jõ
iudei ⁊ agareni q̃ circũcidunẽ faciũt ꝯ ꝓmiſſi
onẽ: q: exq̃ ꝓmiſſio ẽ cõpleta: ceſſat ſignũ pꝛo
miſſiõis. Quid facit ſignũ in tabña exq̃ vinũ
iã eſt vẽditũ: q: iã venit xp̃s ⁊ ipi oñdũt q̃ nõ
dũ venit: iõ peccãt ꝓpẽ q̃ nos nõ recipim⁹ cir
cũciſionẽ illã. Ait apl̃s. Dico vobis q̃ñ ſi cir
cũcidamini xp̃us vob nihil ꝓdeſt. ad Gal.v.
Hoc ſignũ voluit recipe xp̃s vt daret finẽ le-
gi moyſi: que tota oꝛdinabaẽ ad xp̃ȝ tanq̃ȝ ad
cãm finalẽ. Jõ dicit xp̃s. Amẽ dico vobis: q:
nõ veni ſolue.le.⁊c̃. Mat.v. Scḋm ſignũ qḋ
dedit illi pplo fuit publicuȝ.ſ. extra in tunica
ſuꝑioꝛi: vt oẽs cog°ſcerẽt q̃ erãt de gñe abꝛa
am.ſ.q̃ttuoꝛ fimbꝛias de coloꝛe celeſti de filo
vel de ſerico: vna añ: alia retro: alia a dextris:
alia a ſiniſtris: ⁊ dicunẽ fimbꝛie. De hoc aucto
ritas. Dixit quoq̃ȝ dñs ad moyſen. Loq̃re fili
is iſrl̃ ⁊ dices ad eos vt faciãt ſibi fimbꝛias ꝑ
q̃ttuoꝛ angulos pallioꝝ ponẽtes in eas vittaſ
iacinctinas q̃s cũ viderint recoꝛdenẽ oĩuȝ mã
datoꝝ dñi ⁊c. ſintq̃ȝ ſcti deo ſuo. Nũe.xv. Nõ
vittas iacinctinas ad ſignificãdũ doctrinã ce
leſtẽ regis meſſie: q̃ debebat dari ꝑ q̃ttuoꝛ euã
geliſtas: ꝑ matheũ q̃ añ alios ſcripſit euãgeli
um. Doctrina ⁊ lex xp̃i nõ ꝓmittit terrena vt
lex moyſi: ſȝ celeſtia. Qui facit volun.pa.m.q̃
in celis eſt ipſe itra.in reg.celoꝝ. Matth.vij.
Xp̃s aũt ſicut voluit in carne ſuſcipe ſignũ cir
cũciſiõis: ſic etiã in veſtimẽto poꝛtabat pꝛedi
ctũ ſignũ diſtinctiõis. Jterũ cũ eẽt puer v̾go
maria manib⁹ ꝓpꝛijs fecit ſibi vnã tunicã: ⁊ ſẽ
ꝑ poꝛtabat illã amoꝛe mr̃is: ⁊ ipſo creſcente:
creſcebat veſtis: ⁊ v̾go poſuit in illa illas vit-
tas iacinctinas. Uñ ſuꝑ illo v̾bo mulieris ſa-
maritãe. Quõ tu iude⁹ cũ ſis bibere a me po-
ſcis: que ſuȝ mulier ſamaritana. Nõ.n.coutũ-
tur iudei ſamaritanis. Jo.iiij. Dicunt h̃ gloſe
q̃ in veſtib⁹ ⁊ fimbꝛijs cognouit eũ eẽ iudeũ.
Jõ mulier alia q̃ hẽbat fluxũ ſanguis de qua
loq̃ẽ euangeliũ dicebat intra ſe. O ſi tetigero
tm̃ veſtimẽtũ ei⁹ ſalua ero. Sȝ miſera q̃re ap-
pꝛoximabat: q: tales mulieres ab alijs exclu-
debanẽ ſm legẽ. Leui.xv. q: fetebant. Dice-
bat eñ ſi ego venio añ euȝ ſentiet fetoꝛẽ: ſi ad
lat⁹ iteꝝ. g° voluit retro venire: ⁊ h° dĩc theã.
Acceſſit retro: ⁊ tetigit fimbꝛiã ve.⁊c. Et xp̃s
vidẽs eã ipa timuit credẽs q̃ eaȝ repꝛehẽderet
ſȝ xp̃s cõſolat⁹ eſt eã di. Confide filia ⁊c̃. Et h°
de ꝑmo. ¶ Quãtũ ad ſcḋm.ſ. ad itellectuȝ al
legoꝛicũ. Diciẽ ab aleos grece qḋ eſt alienuȝ
latine: ⁊ goꝛe ſnĩa quaſi aliena ſnĩa: q̃ñ facta
vel dicta ſacre ſcripture exponunẽ de xp̃o. Jõ
apl̃s exponẽs aliqua facta abꝛae de xp̃o dicit
Que ſũt per allegoꝛiã dicta. ad Gal.iiij. Cũ
ergo diciẽ acceſſit retro.ſ.aia peccatrix ⁊ teti-
git. Opoꝛtȝ declarare q̃ ſit ipa veſtis xp̃i. Di-
co q̃ ꝑ allegoꝛiã veſtis eſt hũanitas ſũpta de
btã v̾gine. Rõ: q: ſicut veſtis coopit ꝑſonam
ita hũanitas diuinitatẽ chꝛiſti. Jdeo iudei ſo
lũ videbãt veſtẽ. Cũ in foꝛma dei eẽt habitu
inuentus eſt vt hõ. ad Phil.ij. Jn hoc veſti-
mẽto poꝛtat q̃ttuoꝛ fimbꝛias. Anterioꝛ ẽ vul

ciſſima mia ad penitẽtes: intãtũ ꝙ ſi aliquis
princeps vel dñs haberet ptẽ ſue mie reputa
ret ſtult⁹.Qꝛ ſi eẽt aliqs miles qui feciſſet oĩa
hec mala.ſ.ꝙ occidiſſet patrez ſuũ ⁊ matrẽ ⁊
filios regis ⁊ violaſſet filias ei⁹ ⁊ ipſuꝫ ꝑcuſſiſ
ſet ⁊ ꝑceret ſibi: ſtultus reputaret. Maioꝛ eſt
adhuc infinita mia xpi: qꝛ ſi vnus hõ occidiſ
ſet oẽs apl̃os: ⁊ ioſeph patrem putatiuũ: imo
ẽt ſi ꝟginẽ ſugillaſſet ⁊ ipm xp̃m ꝓprijs mani
b⁹ crucifixiſſet: ſi poſt hẽret tantã ꝯtritionẽ vt
granuꝫ ſinapis: ⁊ petẽt veniã in hᶜ mũdo xp̃s
ſtati ꝑceret ſibi. De hᵒ aucto. Si ipſius egerit
pniam ab oĩb⁹ pec.ſ.⁊c. Eze.xviij. Scda fim
bria poſterioꝛ ẽ duriſſima iuſticia ad ipenitẽ
tes. Sic.n.ẽ ifinite mie penitẽtib⁹: ſic ẽ ifinite
rigoris ipenitẽtib⁹: q̃ nolũt ꝯteri nec cõfiteri:
nec deſiſtẽ a pctis. Intm ꝙ ſi vn⁹ decedẽt in
vno ſolo pctõ moꝛtali: ⁊ a xp̃o petẽt veniã de
illo pctõ: ⁊ oẽs ſcti ⁊ ſctẽ oꝛarẽt ꝓ illo genib⁹
flexis: imo oẽs ſcti ãgeli imo ⁊ ꝟgo maria: nõ
obtinerẽt ſibi veniã: ẽt ſi cẽtũ vl̃ ẽt mille ãnis
ꝓ illo itercederẽt. Quare pꝫ h̃ ſtulticia mlto
rũ di. Ego bñ ꝯponã me cũ dõ. de⁹ ẽ miſicoꝛs
Vez ẽ ſꝫ ẽt ẽ duriſſim⁹ ipenitẽtib⁹. Aucto. Ze
lus ⁊ furoꝛ viri nõ ꝑcet i die vĩdicte: nec acqe
ſcit cuiuſq̃ ꝓcib⁹: nec ſuſcipiet ꝓ redẽptõe do
na plima. Prouer.vi. Tertio a ſiniſtris largiſ
ſima gr̃a ꝑſtiꝫ deuote oꝛãtib⁹. Qꝛ ſi i p̃nti vi
ta hõ penitet ⁊ petit aliquã gr̃az vl̃ aliqđ do
nũ: ſtatĩ ꝯcedit ſibi niſi eẽt in detrimẽtuꝫ aïe.
Qñ hõ petit aliqđ qđ nõ dat: ſigᵐ ẽ ꝙ nõ eẽt
vtile aïe: ſic nec vos dareſ vinũ ⁊ fruct⁹ infir
mo: lꝫ petẽt: qꝛ ñ eẽt ſibi vtile. Si aũt petit de
zuchero dabit. ſic oẽs ſum⁹ ifirmi neſcim⁹ qđ
ẽ nob̃ vtile vl̃ nociuũ. Infirm⁹ petit ſanitatẽ:
ñ dicit xp̃s: qꝛ ñ eẽt vtilis aïe tue: ſꝫ dat patiaꝫ
q̃ ẽ melioꝛ. Si qs indiget ſapiã poſtulet illã a
deo q̃ dat oĩb⁹ affluent: ⁊ nõ iꝓpꝛopat. Jaco.i.
Quarta fimbꝛia a dextris ẽ excellẽtiſſima glo
ria i futuro. De q̃ apl̃s q̃ eã vidit inirogatus
qđ vidiſſet: nõ potuit exp̃mẽ: ſꝫ dixit. O alti
tudo diuitiaꝝ ⁊c. ad Ro.xi. De oĩb⁹ his q̃ttu
oꝛ fimbꝛijs dic̃ dõ i vna aucto. Qꝛ miaꝫ ⁊ ꝟita
tẽ diligit de⁹ ps.lxxxiij. Nõ quõ de⁹ nr̃ diligit
miaꝫ: ecce fimbꝛia ãterioꝛ: ⁊ ꝟitatez.ſ.iuſticiã:
ecce poſterioꝛ. Gr̃az dabit dñs.ſ.in hᵒ mũdo:
ecce ſiniſtra: ⁊ glĩã i alio: ecce dextra. Qñ gᵒ
aliq̃ pᵃ patit fluxũ ſãguis q.ſ. abũdat in pctis
ad tactũ vni⁹ fimbꝛie ſanat nõ anterioꝛis: ſed
poſterioꝛis.ſ.iuſticie. Jõ dicit Acceſſit retro.
¶ Quãtũ ad tertiũ iuxͣ itellectũ tropologicũ
a tropos qđ ẽ ꝯuerſio ⁊ logos ſmo: q̃ſi ſmo
ꝯuerſiuus ad moꝛes. Pꝛo q̃ ſciẽdũ ꝙ bona vi

ta eſt nobis veſtimentũ neceſſariũ. q̃libꝫ enim
hõ vel religioſus tenẽs bonã vitã ẽ bñ idut⁹.
Nullus ſine idumẽto bone vite põt itrare ad
nuptias ꝑadiſi. Nõ ꝑabolaꝫ q̃ hr̃ Mat.xxij.
de rege faciẽte nuptias filio ſuo. Rex ãt itra
uit vt videret diſcũbẽtes ſi aliq̃ idigebãt q̃ in
uenit ibi vnũ nõ veſtitũ veſte nuptiali: cui di
xit rex. Amice quõ huc itraſti nõ hñs veſtem
nuptialẽ. At ille obmutuit. Tũc dixit rex mi
niſtris. Ligat̃ manib⁹ ⁊ pe. ꝓij. cũ in te.ex.ibi
erit fle. ⁊ ſtri.dẽ. Veſtis nuptial̃ ẽ bõa vita ſi
ne q̃ null⁹ põt celeſtes nuptias itrare. Jõ dic̃
apl̃s. Induit vos ſicut electi. ad Col.iij. Pꝫ
h̃ rñſio ad qõnẽ q̃rẽtiũ ſi erim⁹ iduti vel nudi
i ꝑadiſo: qꝛ oẽs erim⁹ iduti nõ veſtimẽt̃ coꝛru
ptibilib⁹: ſꝫ de veſtimẽtis ꝟtutũ. Jo. i Apoc.
Btũs q̃ cuſtodit veſtimẽta ſua ne nud⁹ ãbu
let ⁊ videãt.ſ.ſcti turpitudinẽ ei⁹. Apoc.xvi.
Quattuoꝛ fimbꝛie veſtis bone vite ſũt q̃ttuoꝛ
ꝟtutes cardinales ſiue moꝛales: anterioꝛ eſt
prudẽtia itellectualis q̃ ꝑcauet ꝑicula ſpũalia
⁊ tp̃alia: qꝛ auiſat an̄q̃ veniat ꝑiculum: ne hõ
cadat faciẽdo ꝯ deũ. Jõ dicit ſcp̃tura. Oculi
tui recta videãt: ⁊ palpebꝛe tue ꝓcedãt greſſ⁹
tuos. Prouer.iiij. Palpebꝛe molles ſunt co
gitatiões aïe q̃ debent ꝓcedẽ di. ſi ego facerẽ
hᵒ: poſſꝫ ſeq̃ hᵒ vl̃ hᵒ. Jõ multi frãgũt ſibi col
lũ: qꝛ pꝛi⁹ nõ cogitãt: vt pꝫ de dyna filia Jacob
q̃ egreſſa vt videret mulieres regiõis illi⁹: q̃
cũ vidiſſet ſichẽ ꝓnceps terre illi⁹ rapuit eã ⁊
doꝛmiuit cũ ea. Geñ.xxxiiij. Ecce q̃re dic̃ ocu
li tui ⁊c. Poſterioꝛ eſt iuſticia pnialis: q̃ pu
nit pctã ꝓterita faciẽdo iuſticiã de ſe ſꝫ ꝙ hõ
peccauit. Si peccaſtis ꝑ ſupbiã faciat̃ iuſticiã
De iſta fimbꝛia dixit de⁹. Cuſtodite iudiciuꝫ
⁊ facite iuſticiã: qꝛ iuxͣ ẽ ſalus mea vt veniat ⁊
iuſticia mea vt reueleť Iſa.lvi. Dextera ẽ tẽ
Quartum ſignum dr̄ cancer.rō vt.ſ̄.de alijs. In iſto ſigno ſtat ſol quarto mēſe.ſ.iunij. In iſto ſigno fuit fili⁹ dei i ſua paſſiōe. Rō.q2 ſic cancer nō incedit recte: ſ; retrog̃de ꝛ abſcon dit ſe infra harenā:ſic fili⁹ dei in ſua paſſione ibat per trāſuerſu3.q2 p⁹ voluerūt ipm facere regē.vt p3 Ioh.vi.ꝛ in paſſione dicebāt. Nō hēmus regē niſi ceſarē. Prio dicebāt ip3 eē regē ꝛ deū creatorē.ꝛ in paſſiōe dicebāt xp̄m eſſe hoiem incantatorē. Pri⁹ honorabāt eu3 ꝛ in paſſione vitupabāt ip3. Pri⁹ aſſociabāt eū:ꝛ in paſſione dimittebāt ipm ſolū. Ite3 in die veneris ſctā cū cruce in collo per trāſuer/ ſu3 ducebat̄ ceſpitādo:ꝛ impulſus vſq̄ ad lo/ cum paſſionis. Ecce quō iuit vt cācer trāſuer ſe quouſq̄ fuit abſcōdit⁹ in monumēto. Et fu it cōpleta pphetia Yſa.i pſona dei p̄ris.d. ad filiū inq̄ztu3 hō. Ecce itelliget ſeruus meus ꝛ exaltabit̄ ꝛ eleuabit̄ ꝛ ſublimis erit valde. Si cut obſtupuerūt ſup eū multi:ſic ingloriofus erit inter viros aſpect⁹ eius:ꝛ forma illi⁹ inter filios hoīu3. Yſaie.lij. Verba ſunt dei p̄ris ad xp̄m hoīem:q̄ inq̄ztū hō eſt ſuus dei p̄ris. Et ſicut q̄ztū ad humanitatē fuit paſſus:ſic etia3 inq̄ztū hō fuit exaltat⁹ i virtutib⁹:pdicatiōib⁹ ꝛ miracul̄ mult̄.ꝛ q̄ṗto magis fuit exaltatus: tāto magis in paſſiōe fuit igloriofus. De hoc iij.p.q.xlix.ar.vi.ꝛ in p⁹ ſmone aduēt⁹ dn̄i ꝛ de paſſiōe ei⁹.q.xlvi.ꝛ.xlvij.ꝛ.xlviij.ꝛ.iij.ſcri. di.xix.xx.ꝛ.xxi.ꝛc̄. Quintū ſignū fuit leo rōe pdictoꝝ. In iſto ſigno ſtat ſol in q̄nto mēſe.ſ. iulij. In hoc ſigno fuit ſol iuſticie xp̄s i ſua re ſurrectiōe glorioſa. Rō.q2 ſic leo qn̄ vult ca/ pere pda3 ponit ſe in ſaltu in porta ſpelunce: Sic xp̄s cui⁹ corp⁹ fuit i ſepulchro vt leo vir/ tute diuinitatis.aīa v̄o vt leena in limbo q̄ i die reſurrectionis ſaltauit reſurgēdo:ꝛ cepit pre da3 ſctōꝝ patrū quos eduxit de limbo. Ecce quō ſol iuſticie fuit in leone. De hoc pphia iacob p̄iarche dicentis de xp̄o ad pdā.aſcen diſti fili mi requieſcēs accubuiſti vt leo ꝛ qua ſi leena. Gen̄.xlix. Nota ad pdam aſcendiſti ſ.arborē crucis vbi recepit toti⁹ mundi dn̄iu3 v̄liter. Spāliter aūt oēs credentes ſibi ꝛ obe diētes.de hoc dicit ipemet. Ego ſi exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipm. Iohā.xij. Regeſcens accubuiſti vt leo:q̄ṗtū ad corpus in ſepulchro.ꝛ quaſi leena q̄ṗtum ad aīam in limbo. Iō Ie.iiij. Aſcēdit leo de cubili ſuo et pdo gentiū ſe leuauit. De hoc.iij.pte.q.liij.ꝛ iij.ſcrip.di.xxi. Sextū ſignū dicit̄ virgo. Ra/ tio vt.ſ̄. In hoc ſigno ſtat ſol i ſexto mēſe. In hoc ſigno fuit ſol iuſticie xp̄s de⁹ nr̄ in ſua glo rioſa aſcēſione qn̄ fuit in eccia triūphāte:q̄ dr̄ virgo puriſſima. Dic quō eſt duplex eccia.ſ. militās:q̄ eſt pn̄s.in qua militam⁹ ɔ̄ mūdū:ɔ̄ carnē:ꝛ ɔ̄ demones:ꝛ ɔ̄ malas inclinationes Alia eſt eccia triūphās.ſ.illoꝝ q̄ hūerunt hic victoriā de mundo:ꝛ carne:ꝛ dyabolo.ꝛ dif/ ferūt.q2 in pn̄ti eccia militāte multe ſunt cor ruptiones ꝛ defect⁹ tā in religioſis q̄ in cleri cis:ꝛ laycis. Dauid dic̄. Corrupti ſunt ꝛ abo minabiles facti ſunt.nō ē q̄ faciat bonū.ſ.pe/ nitentiā.nō eſt vſq̄ ad vnū.ſ.de adultis. Iſto reſpectu pn̄s eccia militās nō pōt pprie dici virgo.q2 virgo ē q̄ nunq̄ nec mēte nec corpe fuit corrupta.ſed eccia triūphans nullam h3 corruptionē nec macula3 nec defectū alicui⁹ pcti.ideo dr̄ virgo puriſſima.de q̄ dicit aplus Deſpondi.n.vos vni viro virginē caſtam.ij. ad Coꝝ.xi. In hac virgie fuit xp̄s in die aſcē/ ſionis qn̄ receſſit de eccia militāte ꝛ intrauit ecciam triumphātē. Et fuit cōpleta pphetia. yſa.lxij. Habitabit iuuenis cū virgine ꝛ habi tabunt in te filij tui. Iuuenis eſt xp̄s q̄ ſurre/ xit in etate.xxx.annoꝝ.q̄ hitabit cū virgine.ſ. ſine corruptione. De aſcēſione eius vide ſcm̄ Tho.iij.pte.q.lvij.ꝛ.iij.ſcri.di.xxij. Septimū ſignū dr̄ libra rōne pdicta.q2 ſtellis lineat̄ re manēt ſigna de libra. In hoc ſigno fuit ſol iu ſticie xp̄s de⁹ nr̄ in ſeptimo ſtatu mūdi.ſ.i pſe/ cutione ſctōꝝ martyꝝ qn̄ iperiū romanoꝝ qd̄ dn̄abatur toti mūdo pſequebat̄ xp̄iāos quia male ponderabāt articulos fidei ꝛ lege3 xp̄i Qn̄ bti apl̄i petr⁹ ꝛ paulus iceperūt pdicare in roma q̄ d̄s vnus q̄ eſt primū pncipiū:ꝛ pri ma cā erāt tres pſone real̄r diſtincte. Roma ni hoc pōderātes dicebāt. Videamus q̄ ſunt iſti q̄ hoc dicūt.q2 piſcatores.deide videam⁹ q̄d dicunt ph̄i. Ph̄i dicūt q̄ primū principi um ē impt̄ibile:ꝛ veꝝ dicūt.ſ; cum hoc ſtat q̄ tres ſunt pſone dine.ꝛ q2 male pōderabāt:iō ipſos occidebāt. Idē qn̄ pdicabant de incar natione filij dei in qua d̄s fact⁹ fuit hō. ſ; ph̄i dicebant q̄ finiti ad infinitū nulla eſt propor tio.veꝝ eſt eq̄litatis:ſ; tn̄ eſt cauſalitat̄ ppor/ tio.q2 infinitū eſt cā finiti. Idem qn̄ predica/ bāt de xp̄i reſurrectione:q̄ fuit valde difficilis ad credēdū ph̄is dicentib⁹ q̄ a pura priuati/ one nō eſt regreſſus ad habitū.veꝝ ē nālīter: imo eſt regreſſus ad habitum ſupernaturali/ ter. Idem qn̄ predicabant de ſacr̄o altaris di centibus ph̄is:q̄ locus ꝛ locatū dn̄t ppoꝛti/ onari ſeu adequari.nō intelligētes poſſe diui nū q̄ infra tunicā auellane poſſet totū mūdū ɔcludere.iō male pōderabāt. hec ſtatera fuit

oſtenſa btō ioāni euāgeliſte.iō dic̄.Vidi ⁊ ec
ce equ⁹ niger.⁊ q ſedebat ſup eum hēbat ſta
terā in manu ſua.Apoc̄.vi.Equ⁹ niger figu/
rabat iperiū romanoꝝ nigrū ex errore īfideli
tatis.Miles q ſedebat ſup eū erat iperator
ſ.nero ⁊ ceteri mali ipatoreſ.De hoc vide de
regno ⁊ rege ad legem Ciꝑ.li.iij. Octauum
ſignū dr̄ ſcorpio rōne ꝓdicta.i hoc ſigno fuit
ſol iuſticie tpe hereticoꝝ qñ ceſſauit pſecutio
martyꝝ tpe ſilueſtri p ꝯuerſionē imperatoris
ꝯſtātini.tūc venit pſecutio hr̄eticoꝝ.ſ. maloꝝ
xpianoꝝ.q ad inſtar ſcorpionum ibāt capite
iclinato humilr ⁊ ſimplr.ſꝫ eleuabāt caudam
venenatā mordendo:ſeminādo errores:⁊ fal
ſas opiniones p mūdū corrūpētes ⁊ deſtruē
tes fidē catholicā i cordib⁹ gentiū.⁊ durauit
bñ.ccc.annis.Et fuit cōpleta ꝓphetia bti ioā
nis apli di. De fumo puteti exierunt locuſte
i terrā:⁊ data ē ilſ ptās ſic hñt ptātē ſcorpio/
nes ſre.Apoc̄.ix.Fum⁹ putei infernalſ ſunt tē
ptationes fidei q̄s dāt heretici q dñr locuſte
q̄ volare videnſ p ſimulatā deuotionē quā
oñdūt.Nota hic de illo ep̄o hereticoꝝ diſpu
tante cū mgr̄o vincentio aſſerente ꝙ vera ec
cleſia eēt apō ipſos ⁊ nō apud nos. qm̄ eccia
xpi fundata fuit in paupertate ⁊ humilitate q̄s
ipi tenēt ſolū.iō ⁊c̄.Rn̄ſio ſciētialſ ē.qꝛ ibi eſt
fallacia figure dictionis.qꝛ mutaſ qd in q̄le.
A ſili.vxor regis que pri⁹ erat paup ⁊ hūilſ ⁊
nig̃:poſt efficiſ diues:ſupba:⁊ alba.gᵒ nō erit
vxor reg.nō vꝫ iſta ꝯña.qꝛ mutaſ qd in q̄le.
qꝛ ex hoc ñ dñē eē vxor reg.idē de eccia.Nō
de h pulchre in q̄libeto.xij.q.xix.qñō ē vna
eccia vītate fidei ⁊ ſacroꝝ ancte ⁊ ꝓfeſſione.
lꝫ ſit aliqō tp̄s eccie nunc ꝙ tpe aploꝝ vel ſta
tus eius.Nonū ſignū dr̄ ſagittari⁹ rōne ꝓdi
cta.hoc ſignū figurat nonū ſtatū huius mun
di.ſ.tp̄s ſctōꝝ doctoꝝ ⁊ predicatoꝝ.ſ.Grego
rij.Aug.qꝛ q̄libꝫ verus ⁊ bonus ꝓdicator eſt
baliſtarius.cui⁹ baliſta eſt ꝓdicatio.arc⁹ eſt vi
ta aſpera reflexa p pniam.corda recta eſt do
ctrina ſctā ⁊ determiatio eccie.Sagitte ſunt
auc̄tes:rōnes:⁊ ſilitudines q̄ vulnerant cor/
da pctōꝝ.qñ ſupb⁹ ⁊ van⁹ aliq̄ ex bona ꝓdica
tione hūilitat ⁊ recipit bonū ꝓpoſitum:talis
vulnerat⁹ eſt in corde.Idē de alijs Dō.Sa/
gitte potētis acute.Nō potētis.i.ꝓdicatoris
q dꝫ eē potēs p bonā vitā ⁊ ſanā doctrinam.
Acute:qꝛ pt vulnerare reges:pncipes: ⁊ ba/
rones:ciuitates ⁊ cōitates.tunc ſol.i.xp̄s fuit
i ſagittario.De hoc ꝓphia Apoc̄.vi.Vidi ⁊
ecce equ⁹ alb⁹:⁊ q ſedebat ſup eū hēbat arcū
⁊ data ē ei corona. Nō equ⁹ albus ſignificat
caſtitatē ⁊ puritatē ꝓdicatoris:cui datur co/
rona ſingularis i paradiſo rōe ꝓdicatiōis.Rō
qꝛ ſicut miles cui rex cōmiſit caſtrū i ſra: ini/
micoꝝ lucratur coronā ſi ipm bñ cuſtodit ⁊
fidelr.ſingularē tñ coronā mereſ miles qui
non ſolū cuſtodit caſtrū ſibi cōmiſſum fidelr
immo ſcaramuzando ⁊ bellando acqrit regi
mlta alia caſtra inimicoꝝ.Ita i ꝓpoſito deus
ꝯmiſit cuilꝫ nr̄m caſtrū ꝓprij corporis poſitum
iter inimicos vt ipꝫ cuſtodiam⁹ fidelr. ⁊ ex h
mēmur coronā in paradiſo.Sꝫ ſingularē coro
nā mereſ ꝓdicator q fidelr cuſtodit caſtrum
ꝓprij corporis regi xp̄o ⁊ ipm prudēter guber
nat.⁊ vltra hoc predicādo acqrit xp̄o multa
caſtra.i.petōres q ſſ caſtra dyaboli de ꝓmio
⁊ aureola doctoꝝ ⁊ ꝓdicatoꝝ.in.iiij.ſcrip.di.
xlix.⁊.q.v.diſt.xxxiij.q.iij.ar.iij.Decimum ſi
gnū dr̄ capricorn⁹ rōne vt.ſ.hoc figurat illū
ſtatū in quo ſum⁹ mō.qm̄ ppl̄us xpian⁹ con/
ſueuit eē vni⁹ cornu ex vnico papa. ſicut vni/
cornus cornu vnicū.ſ.xpi vicariū. mō āt hēt
tria cornua.i.tres papas.ꝯciliū ꝯſtātie.ſ.an/
te.Nota de beſtia quā vidit daniel cap.vij.q̄
hēbat cornua.x.inter que exiuit cornu puuulū
⁊c̄.ſup q̄ dicunt oēs gloſe ordinarie ⁊ docto/
res ꝙ iſta quarta beſtia figurabat imperium
romanū qō iā ē diuiſū i.x.ptes.nec pōt itelli
gi de diuiſiōe dominij tpalis:qꝛ iā diu ꝑditū
eſt.ſꝫ intelligiſ de diuiſiōe dñij eccīaſtici qō iā
nūc diuiſum eſt in decē ptes ſiue diuiſiones.
¶ Pria eſt yndoꝝ ſub preſbytero Iohāne
¶ Scda ē aſſyrioꝝ ſub agno q̄dā tyranno
¶ Tertia ē affricanorū ſub machometo.
¶ Quarta ē grecoꝝ ſub ipatore ꝯſtātino.
¶ Quinta eſt armenioꝝ ſub eorum rege.
¶ Sexta eſt georgianorum ſub quodam
pſeudo propheta.
¶ Septima eſt chriſtianorum documenta
ſub quodam hereſiarcha.
¶ Octaua eſt ytalicorū ſub Bartholomeo
barenſi.
¶ Nona eſt gallicorum ſub petro de candia
¶ Decia do pars ppli catholici eſt hyſpanio
rū ſub dño Benedicto nr̄o vicario ieſu xpi.
Iſte decē diuiſiōes ſſ iā ſtāt:ita ꝙ poſſumus
dicere.In fortitudine nr̄a aſſumpſim⁹ nobis
cornua.Amos.vi.De ſciſmaticis ſcda ſcde.
q.xxxix.p totū.⁊ ibidē ar.i.ad q̄rtū.Sciſma/
tici proprie dicunſ q ꝓpria ſponte ⁊ intentio
ne ſepant ſe ab vnitate eccie:renuētes ſub eē
pape ⁊ cōicare membris eccie.Vndecimum
eſt aquarius eadē rōne.⁊ figurat.xi. ſtatum
mūdi huius futuꝝ poſt mortē antixpi.qꝛ tūc



ſol iuſtitie erit in aq̄rio.qꝛ tūc oēs generatio/
nes īfideliū baptizabunſ. O q̄lis ꝓſſura erit
ad baptiſmū:nō ſufficiēt clerici : nec ꝯpatres
nec cōmatres:nec patrini ⁊ patrinei tūc com
plebiſ ꝓphia Eze.xxxvi. Tollā ꝗppe vos de
gentib⁹:⁊ ꝯgregabo vos de vniuerſis ſris:⁊
adducā vos in ſrā vr̄am.ſ.eccleſiā militantē:
⁊ effundā vos aquā mundā:⁊ mūdabimi ab
oib⁹ ingnamentis vr̄is:⁊ ab vniuerſis idolis
vr̄is m[illegible] vos.Duodecimū ⁊ vltimū ſi
gnū dr̄ [illegible]adē rōe.Et ſignat duodecimū
ſtatū hu[illegible]di futuꝝ.ſ.ſinē mundi ⁊ diē iu/
dicij.qꝛ tūc ſol iuſticie.ſ.xp̄s erit in piſcib⁹:qñ
ad iſtar piſcatoꝝ qui extrahūt ſagenā de ma/
ri ⁊ eligūt bonos piſces ⁊ malos ꝓijciūt.Sic
mō eccleſia militās que eſt ſagena continēs
bonos piſces ⁊ malos.ſ.xpianos trahiſ cōti/
nue:⁊ in die iudicij erit vſqꝫ ad littus:tūc eli/
gentur boni piſces.ſ.pſone deuote:humiles:
penitentes ⁊ ibūt ad gaudiū paradiſi . mali
aūt piſces.i.xpiani mali indeuoti:impeuiten
tes ibūt i ignē inferni eternū.De hoc ad lrāꝫ
dicit xp̄s.Siſe ē regnū celoꝝ. Glo.eccia mi
litās:ſagene miſſe in mari:⁊ ex oi gn̄e piſciū
ꝯgregati.quā cū impleta eēt educētes ⁊ ſec⁹
litus ſedentes elegerūt bonos i vaſa ſua:ma
los aūt foras miſerūt:ſic erit in ꝯſūmatiōe ſe/
culi exibūt angeli ⁊ ſepabūt malos de medio
iuſtoꝝ ⁊ mittent eos in caminū ignis.ibi erit
flet⁹ ⁊ ſtridor dētiū.Math.xiij.Modo ſcitis
totū ſtatū mūdi ⁊ ꝓuidentiā diuinā ⁊ guber/
natōē mūdi.Ecce q̄re dic̄ thema. Erūt ſigna
in ſole.Si aūt volum⁹ loq de effectib⁹ dr̄ erit
ſol in ſignis.Si āt volum⁹ loq de cā . dicem⁹
Erūt ſigna in ſole.Et inſ iſtū modū ꝓdicaui
ego.Et ſic pꝫ ꝙ ſinis mūdi ē ꝓpe. Pꝫ ſermo

¶ De eadē dominica. Sermo tertius.

## E Runt ſigna in ſole lu

na ⁊ ſtellis. Luc.xxi.Sermo nr̄ erit
de ſancto euā.hodier.qō totū eſt do/
ctrina ⁊ iſtructio ieſu xpi:auiſādo nos de ma
gnis malis ⁊ tribulatiōib⁹ venturis in finem
mūdi.⁊ de ſignis q̄ erūt añ ei⁹ aduētū ad iudi
ciū.Credo ꝙ erit mā nobis vtilis ⁊c̄. Erūt ſi/
gna ⁊c̄.Pro hui⁹ vbi declaratiōe ⁊ mãe ꝓdi
cande itroductiōe ſciēdū ſm ꝙ inueniſ in ſcri/
ptura diua ⁊ pꝫ ēt experiētia ſenſuali qñ aliq̄
mag̃ ⁊ ꝗuis tribulatio eſt in hūc mundū ven
tura cōiter oñdunſ aliq̄ ſigna ꝓnunciatiua in
celo vel i aere.⁊ hoc fit ex mīa dei : vt.ſ.gētes
ꝓuidētes p ſig̃ tribulatōēꝫ futurā:p orōnes ⁊
bona opa ſuiāꝫ dei ꝯ illos i curia celeſti datā
reuocari obtineāt i curia mie:vel ſaltē p peni
tentiā ⁊ vite emēdationē ſe ꝓparēt ꝯ vēturāꝫ
tribulationē.iō cōiter añ mortalitates ſolent
apparere comete.⁊ añ fames terremotus : ⁊
añ terraꝝ vaſtatōes terribiles viſiones. Di/
canſ hic ſig̃ terribilia oſtēſa iudeis p multū
tp̄s añ deſolationē ciuitat̄ hirlm ⁊ tēpli.Cōti
git āt p vniuerſā hieroſolymoꝝ ciuitatē vide
ri dieb⁹.xl.p aera eq̄tes diſcurrētes auratas
ſtolas hñtes ⁊ haſtas q̄ſi cohortes armatas
⁊ curſus eq̄ꝝ p ordines digeſtos:⁊ cōgreſſio/
nes fieri comin⁹ ⁊ ſcutoꝝ mot⁹:⁊ galleatorū
mltitudinē:gladijs diſtrictis ⁊ teloꝝ iact⁹:⁊
aureoꝝ armoꝝ ſplēdorē:oiſqꝫ generis lorica
rū.Quapropſ oēs rogabāt mōſtra in bonū
ꝯuerti.Poſt h antioch⁹ iterfecit ppl̄m:⁊ de/
predat⁹ fuit tēplū.ij. Mach.v. Iō Exoꝺ.vij.
Ego multiplicabo ſigna ⁊ oſtēta mea i terra
Modo tres magne ⁊ oiū ꝗuiſſime tribula/
tiōes ſūt i breui i hoc mūdo vēture terribiles
Prima erit tribulatio antixpi hoīs diabolici
Secūda erit cōflagratio mūdi ſrenaſ.Tertia
erit tribulatio iudicij vl̄is.⁊ in his tribulatio
nib⁹ finieſ iſte mūd⁹.gᵒ ſm regulā diūe ꝓui/
dētie ꝓus declaratā añ h erūt ſig̃ ꝓnūciantia
i celo:i ſole ⁊ luna ⁊ ſtellſ:vt dic̄ nrm̄ thema ad
lrāꝫ.pꝫ the.Pria tribulatio i breui ꝗuiſſima
i h mūdo vētura erit tribulatio antixpi hoīs
diabolici q tribulabit totū mūdū q̄ ſubtilr tā
giſ i ꝓncipio euā.cū dr̄ . Erūt ſig̃ i ſole luna ⁊
ſtellſ:⁊ i ſris ꝓſſura gētiū p ꝯfuſiōe ſonit⁹ ma/
ris ⁊ fluctuū.In h textu ſſ q̄ttuor clauſule i q
bus tāgunſ q̄ttuor modi q̄s tenebit antixp̄s
ad decipiēduꝫ xpianos.Pria clauſula ē ibi.
Erūt ſig̃ i ſole.Sciēdū ꝙ i ſac̄ ſcriptura xp̄us
dr̄ ſol.rō:qꝛ vos videt̄ ad oculū ꝙ de pulchri
orib⁹ creaturis corpalib⁹ a deo creat̄ ē ſol i q̄
ſūt tres lr̄e.ſ.o.l.id ē ſol ſup oīa lucēs:ſꝫ ethy
mologiāꝫ.Sic xp̄s ē pulchrior oībus ſctis:⁊
lucet ſup oēs i claritate glīe:nō ſolū inq̄ꝫtum
deus:ſed etiā inq̄ꝫtū hō.Et ſicut oēs ſtelle re/
cipiūt claritatē a ſole ⁊ ipe eā a nullo recipit:
ſic oēs ſcti recipiūt a xp̄o claritatē glorie ſan
ctitatē:virtutē:ſapiam ⁊ itelligētiā ⁊ influen/
tiā.Ecce rō q̄re xp̄s dr̄ ſol.Et noīe ſolis ꝓmi/
ſit ipm de⁹ pr̄ mittē in mūdo.d. Vobis timē
tibus nomē meū orieſ ſol iuſticie.nō dicit ſol
nature.Malach.iiij.Itē eccl̄ia dic̄ in laudeꝫ
ꝟgis marie.Felix nāqꝫ es ſac̄ ꝟgo maria ⁊ oī
lau.dig.qꝛ ex te or.ē ſol.iu.xp̄s de⁹ nr̄.Dicit
gᵒ ꝓma clauſula ꝙ tpe antixpi erūt ſigna in
ſole.i.in xp̄o.Que āt erūt iſta declarat mater
d.Sol obſcurabiſ : nō i ſe ſicut nec ſol nature

obſcuref i ſe:ſʒ ex interpoſitōe vapoꝝ ⁊ nnbi-
um videf nob obſcurari. Sic tpe antixpi ſol
iuſtitie obſcurabif ex iterpoſitōe bonoꝝ diui
tiaꝝ tpaliū q̄ dabit antixps intātū ꝙ claritas
fidei ieſu xpi ⁊ bone vite nō lucebit i xpianis
qm̄ dñi tpales:reges ⁊ pncipeſ ⁊c̄.ne amittāt
dñiuʒ:ſtatiʒ erunt cū antixpo. Idē prelati ne
amittant dignitates:religioſi ⁊ preſbyteri vt
habeāt honores ⁊ diuitias:dimittēt fidē xpi
⁊ adherebūt antixpo q erit ver⁹ hō:ſʒ ita ſup
bus ꝙ nō ſolū dʒ velle hr̄e dominiū vl̄e toti⁹
mūdi:ſed etiaʒ dicef deus.⁊ faciet ſe adorari
vt deus. Auc̄tas. Reuelabif hō pcti fili⁹ ꝑdi
tionis qui aduerſaf ⁊ extollif ſupra omne qd̄
df deus aut qd̄ colif:ita vt in tēplo dei ſedeat
oñdens ſe tanq̄ʒ ſit de⁹.ij.ad Theſ.ij.vide ibi
dē in poſtilla pulcherrime ſcti tho. Sed q̄lr̄
ad h̄ pueniet.dic quō ātixps miſterio demo-
nū habebit omne auꝝ ⁊ argētū t̄re ⁊ maris ⁊
margarit̄ ⁊ lapides pcioſos mūdi. Auc̄tas.
Dñabif theſauroꝝ auri ⁊ argēti ⁊ in oib⁹ pre
cioſis egypti.i.mūdi. Dañ.xi.in fine. Cū his
ꝯgregabit oēs gentes armoꝝ mundi ad pu-
gnandū ꝯ oēs ſibi cōtrarias. Auc̄tas. Sedu-
cet gētes q̄ ſūt ſup q̄ttuor angulos t̄re gog ⁊
magog:⁊ congregabit eas ad p̄liū:quoꝝ nu-
mer⁹ ē ſic̄ arena maris. Apoc.xx. Nota ſedu-
cet gētes.ſ.auro ⁊ argēto ⁊ honorib⁹.gog.i.
tectū ⁊ magog.i.detectū.qꝛ tā tecti q̄ȝ detecti
i.occulte mali ⁊ manifeſte erūt cū eo. tūc dñi
tpales ⁊ p̄lati eccl̄iaſtici timore ꝑdēdi regnū
vel p̄lationē ſtatiʒ erūt cū eo.qꝛ null⁹ erit rex
nec eps niſi q̄s ipſe volet. Ceteri auteʒ vt reli
gioſi ⁊ p̄sbyteri ⁊ laici vt hēant ⁊c̄.ſtatiʒ erūt
cū eo. Tūc erūt ſiḡ i ſole.ſ.iuſtitie: qꝛ obſcura
bitur in corde xpianoꝝ: ꝙ nō dabit claritatē
fidei ceſſabit predicatio melioris vite ex iter-
poſitiōe vapoꝝ ⁊ nubiū.i.bonoꝝ tpaliū. Au-
ctoritas. Multiplicabit gl̄iaʒ ⁊ dabit eis ptā
teʒ i mult̄:⁊ t̄rā diuidet gratuito.i.ad ſuū pla
citū. Dañ.xi. Queſtio q̄re de⁹ ꝑmittet iſtum
errorē in xpianitate:cū ſit de⁹ ⁊ hō potentiſſi
m⁹ ⁊c̄. Rñſio ꝑ quādā regulā theologie que
dic̄. Per q̄ qs peccat ꝑ hec ⁊ torq̄f. Sap.xi.
Per q̄ peccāt gētes hodie i hoc mūdo ꝯ de
um pp honores hūdos diuitias ⁊ dignitates
⁊c̄.iō ꝑmittet de⁹ ꝙ tūc decipianf ab antixpo
honorib⁹ diuitijs ⁊c. Si g⁹ tūc ñ vultis decipi
mō i cordib⁹ vr̄is cōtēnatis ⁊ deſpiciat̄ bona
terrenalia:honores ⁊c.⁊ appetat̄ bona cele-
ſtia:cogitādo ꝙ bona hui⁹ mūdi ſūt trāſitoria
⁊ vana:⁊ celeſtia ſeu ſpūalia et̄na: ⁊ ſic eritis
fortes.hoc ꝯſiliū dat btūs iohānes. Nolite di

ligere mūdū neq̄ȝ ea q̄ i mūdo ſūt.qm̄ tranſit
mūd⁹ ⁊ ꝯcupia ei⁹.i.Jo.ij. Secūda clauſula
dic̄. Erūt ſiḡ i luna. Sciēdū ꝙ i ſacra ſcptura
luna ſignificat ſctāʒ matrē eccleſiaʒ vl̄ ſeu
vniuerſitatē xpianoꝝ.qꝛ qñ hō dic̄ eccl̄iaʒ nō
loqf hō de lapidib⁹ ⁊ parietib⁹ ſʒ de ꝯgregati
one fideliū q̄ df eccl̄ia:⁊ eccl̄ia ſignificaf ꝑ lu
nā ⁊ quinq̄ȝ ſtat⁹ i qb⁹ fuit ad iſtar lūe q̄ p̄io eſt
noua:ſecūdo creſcēs.t̄tio ē plena.q̄rto eſt mi
nuta.q̄nto ē girata ſeu v̄ſa tal[illegible] facit ec
cleſia xpianoꝝ.p̄io fuit noua [illegible] xpi.⁊ ſic̄
qñ luna eſt noua vl̄ p̄mo q̄ſi [illegible] cornutū ⁊
hñs cornua ⁊ ſeqf ſolē.ſic eccl̄ia tpe xpi p̄io
hñs duo cornua.i.duos ap̄los ſolū.ſ.andreā
⁊ petrū qui ſequebanf xpm̄. Secūdo fuit cre
ſcens qñ xps habuit.xij.ap̄los.⁊.lxxij.diſcipu
los.deinde fuerunt.cxx.deinde tria milia ⁊c.
Tertio fuit plena.qꝛ i oi parte mūdi regno ⁊
ꝓuincia fides xpi fuit recepta. Dauid. In oēʒ
terrā exiuit ſon⁹ eoꝝ ⁊c̄. Quarto fuit minuta
qꝛ neſcierūt ſeruare ꝙ ſcti ap̄li lucrati fuerūt.
Primo fuit minuta per totā idiā ꝑ illū q df
p̄sbyter iohes. Scdo aſſyrioꝝ per vnū tyrānū
Tertio affricanoꝝ per machometū. Quarto
grecoꝝ cū iperatore Cōſtantino. Quinto ar-
menioꝝ cū eoꝝ rege. Sexto georgianoꝝ.cuʒ
quodā pſeudo ꝓpha. Septio xpianoꝝ de ci-
tura cū quodā hereſiarcha. Octauo ytalico-
rū cū bartholomeo barēſi. Nono gallici cuʒ
petro de cādia. Quinto mō ē girata ſeu v̄ſa
qnia mō iam nō eſt i illo ſtatu eccleſie in quo
xps eaʒ fundauit. Eccleſiam xps fundauit in
magna humilitate ⁊ paupertate. modo iam
totū verſum eſt in ſuperbiā:pompā ⁊ vanita-
tem:vt pʒ in q̄libet ſtatu. De mīa ⁊ liberalita
te ꝯuerſa eſt in ſymoniā:vſurā:rapinā ⁊c̄. De
caſtitate in luxuriā:imūdiciā ⁊ corruptioneʒ
De charitate i inuidiā ⁊ malignitatem. De
tēperantia in gulā ⁊ voracitatē. De patiētia
in iram:⁊ guerrā ⁊ diuiſiones. De diligentia
in negligentiaʒ.ſolū reſtat vt eclipſef qd̄ fit ꝑ
interpoſitionē terre iter ipſam ⁊ ſolē:vt ſit in
plenilunio. Auc̄tas. Pctā v̄ra diuiſerūt iter
me ⁊ vos. Eccl̄ia eclipſabif tpe antixpi vel lu
na.qꝛ tūc luna.i.eccl̄ia nō dabit lumē ſuum.
Matth.xxiiij.qꝛ tūc nullū facient miraculuʒ
xpiani q̄ȝtūcūq̄ȝ ſint ſcti. ſed antixps ⁊ ſui fa-
cient miracula:nō tñ vera:ſʒ tm̄ apparētia ⁊
falſa ad decipiēdū gentes. De quibus Joh.
Apoc.xiij.di.ꝙ faciēt ignē deſcendere de ce
lo id ē de ſpera ignis.qa hoc pōt facē diabo-
lus deo nō impediēte ⁊ permittēte:ſicut fecit
iam antiq̄tus ad ꝯburēdū oues iob.vt habef



vidē.i.ca. O quō gētes hic mirabunf:hic ca
dent multi. Nō ꝙ antixpus faciet aliq̄ v̄a mi
racula q̄ ad naturā rei v̄tute demonū:ſed fal
ſa q ad rōnē miraculi.de hoc.i.ꝑ.q.cx.ar.iiij.
Secūdo faciet loq imagies ⁊ pueros vnius
mēſis. Dic practice quō interrogabunt ima-
gines vl̄ pueros:vt dicāt v̄itatē de illo dño q
venit nouiſſim⁹ an ſit ſaluator.⁊ diabol⁹ mo-
uebit labia ſua ⁊ formabit v̄ba ſic dicendo ꝙ
ille ē ver⁹ ſaluator mūdi:hic cadēt mlt̄i. Et lu
na.i.eccl̄ia nullū faciet miraculū. Si dicatur
ab aliq̄ illa miracula nō ſūt vera:ſed ſuſcitare
mortuos:ſic̄ fecit dñs ieſus xps. Dic practice
quō ficte ſuſcitabūt mortuos p̄rem tuū ⁊ ma
trē tuā ⁊c. Et dicēt idē vos faciatis in nomie
v̄ri ieſu xpi.xpiani nō poteſt facē. De his ſai
ſis miraculis ⁊ ſignis auiſauit nos chriſt⁹ di.
Surgent pſeudo xpi ⁊ pſeudo ꝓphete.i.filij
xpianorū q ꝑdiderūt iā fidē ex donis antixpi
⁊ dabūt ſigna maḡ ⁊ ꝓdigia vt in errorē idu
canf:ſi fieri pōt ēt electi. Ecce predixi vobis.
Matth.xxiiij. Queſtio ſi dicaf q̄re xps ꝑmit
tet iſta opa diaboli in deſtructionē xpianita-
tis. Rñſio iuxta regulā theologie. Per q̄ qs
peccat ꝑ hec ⁊ torq̄tur. Sap.xi. Et qꝛ gentes
mundi opib⁹ diaboli peccāt ꝯ deū recurrēdo
ad diuos ſortilegos ꝯ deuʒ in neceſſitatib⁹ ſu
is.ſ.ꝓ reb⁹ ꝑditis:ꝓ filijs habēdis:ꝓ ſanitate
obtinēdā. Cū tñ deberēt recurrere ad deū oi
potentē.iō ꝑmittet de⁹ vt tūc operib⁹ demo-
nū decipiant. Qui ergo tunc noluerit decipi
ponat totā ſuā ſpem ⁊ cōfidentiā in noie ieſu
xpi ⁊c.⁊ nolle miracula aliq̄ niſi fierēt i noie
ieſu:⁊ ſic erit fortef. De hoc dauid. Btūs vir
cui⁹ ē nomē dñi ſpes ei⁹ ⁊ nō reſpexit i vanita
tes ⁊ iſanias falſas.ps.xxxix. Nomē dñi eſt ie
ſus. Lu.ij. vocatuʒ ē nomē ei⁹ ieſus. Dic pra-
ctice quō dʒ poni ſup plagā deuote cū ſigno
crucis. Antixps aſſumet oia alia noia xpi.ſed
hoc nomē ieſus pſeq̄tur:vt dicūt pleriq̄ȝ ſan-
cti. Iō ꝑ oppoītum hoc nomē ieſus dʒ a xpianis
maxie honorari qñ noiaf in eccl̄ia inclinādo
caput:vt pʒ extra.li.vi.c.decet ⁊c. Qꝛ als q̄d
libet nomē dei ē honorādū ſeptupl̄r ſm̄ ſcm̄
Tho.⁊ Iſa.lvi.qꝛ.ſ.ē magnū ad timēdū.ſcm̄
ad venerādū:dulce ad meditādū:copioſū ad
miſerandū:efficax ad ipetrandū: v̄tuoſuʒ ad
ſaluandū:⁊ occultū ad ſciendū. Iſa.xxx.dicit
ꝙ fili⁹ dei ē nomē p̄ris tripl̄r.ſ.quo honoraf i
nocaf:⁊ manifeſtaf.⁊.iij.ꝑ.q.xxxvij.arti.ij.dic̄
ꝙ in oib⁹ hoib⁹ q̄ ponūf Iſaie.vij.viij.⁊.ix.ſi-
gnificaf hoc nomē ieſus qd̄ eſt ſignificatiuuʒ
ſalutꝭ.g⁹ ⁊ maxie honorādū. Tertia clauſula

dicit. Erūt ſiḡ i ſtellis. In ſacra ſcriptura ſtel-
le clare lucētes dicunf l̄rati ſicut magr̄i i the
ologia doctores:⁊ licētiati ⁊c. Auc̄tas. Qui
ad iuſticiā erudiūt mltos q̄ſi ſtelle i ꝑpetuas
eternitates. Dañ.xij. In his ſtellis.i.l̄rat̄ eſt
ſiḡ tpe antixpi.qꝛ ſtelle cadēt de celo:vt dicit
xps Matth.xxiiij.⁊ hoc i tertio bello antixpi
ſcʒ diſputatōis. Tūc ſtelle.i.l̄rati cadēt de ce-
lo.i.a v̄itate fidei catholice. Dic pcticaʒ diſ-
putatōis nūcioꝝ antixpi cū l̄ralis erit ſolū de
textu biblie veteris teſtamēti ⁊ l̄rati nō pote
rūt rūdere:imo nec loq. Tūc ſtelle.i.mgr̄i ca-
dent de celo.i.de altitudine fidei. Auc̄tas. Et
faciet iux̄ volūtatē ſuā rex.ſ.ātixps. Et eleua-
bif ⁊ magnificabif.ꝯ oēʒ deū ⁊ aduerſus de⁹
deoꝝ loq̄f magnifica.i.iſolubilia q̄ȝtū ad ho-
mines. Dañ.vij.⁊.ix.c. Queſtio q̄re xps per-
mittit hoc ꝙ illi q hñt defendē fidē cadēt ⁊c̄.
Rñſio ꝙ hoc ꝑmittet xps duplici rōe. Pria
iuxta regulā theologie. Per q̄ qs peccat ⁊c̄.
qꝛ mō q̄ſi null⁹ magr̄ curat de biblia ſʒ de poet̄
⁊c̄. Secūda rō eſt ⁊ doloroſa ex mala vita ⁊
pctis l̄ratoꝝ:qꝛ vt in plurib⁹ q̄ȝto ſūt maioris
ſcie:tāto ſunt peiores ꝯſcie:vl̄ ſūt ſupbi: elati:
ebrioſi ⁊c̄. Qui g⁹ pt ligare leenā bñ pt liga-
re ouē. Si g⁹ diabol⁹ iā mentes tenet ligatas
l̄ratoꝝ ꝓpf eoꝝ prauā vitā:qd mirū ſi tūc pōt
ligare ouē.i.liguā ne poſſint loq. Multo me
li⁹ fuiſſʒ talib⁹ ꝙ fuiſſent ignorātes.qꝛ ſcia in-
flat.i.ad Coꝝ.viij.vt pʒ i multis doctorib⁹ in
medicinis ⁊c. Si ergo vultis eē fortes tenea
tis cōſilium ap̄li dicentis. Fides v̄ra nō ſit in
ſapiētia hoiuʒ.ſ.fundata.ſed in virtute dei.i.
ad Coꝝ.ij. Rōnes ⁊ argumēta bona ſunt ad
confortandū intelligentiā:ſed nō ad firman-
dam credentiā. Amb. Tolle argumēta vbi fi
des querif. Qm̄ fides eſt tenenda ex obediē
tia.qꝛ xps ipſaʒ nunciauit ⁊ ap̄li ipſam pdica
nerunt:⁊ ſancta mater eccleſia ordinauit. Iō
credo dñe ⁊c. Quarta clauſula dicit. Et i t̄ris
p̄ſſura gentiū pre cōfuſione ſonitus maris ⁊
fluctuum. Ecce hic tormenta antixpi q̄ dabit
Et i terris preſſura gentiū p ꝯfuſione ſonitus
maris ⁊ fluctuū.i.pconiʒatiōes q̄s faciēt tūc
dñi q iā erūt cū antixpo.qꝛ null⁹ audebit xpm
nec v̄ginē mariā noiare ſub pena mortis. Et
fluctuū.i.tormētoꝝ q̄ nūq̄ȝ fuerūt ita terribi-
lia ſicut erūt illa q̄ ātixps dabit. De hoc iā auiſ
ſauit nos chriſtus. Erit tūc tribulatio magna
q̄lis nō fuit ab initio mundi vſq̄ȝ mō nec fiet.
Et niſi abbreuiati fuiſſent dies illi non fieret
ſalua omnis caro.ſed propter electos abbre
uiabūtur dies illi. Matthei.xxiiij. Nota bre

niabunt. Apoc. xviij. Cū venerit oꝫ illū breue
tp̄s manere. Dicūt doctores cōiter ꝙ ātixp̄s
regnabit ſolū trib⁹ ānis cuꝫ dimidio: q̄ faciūt
dies mille ducētos ⁊ nonagita. De hoc vide
Dan. xij. ⁊ lirā ibidē. Si dicatur q̄re ds p̄mit
tet ꝙ xp̄iani ita trucidēt ⁊c̄. Rn̄deo iuxta re
gulā theologie. Per q̄ qs peccat p̄ hoc ⁊ pu
nit. Quia mō gētes peccāt ꝯ deū per guer
ras ⁊ diuiſiones ⁊ blādoſitates: ⁊ ſcindunt ſe
gladijs occidēdo ſe mutuo. Jō p̄mittet xp̄us
ꝙ tūc ſcindant ⁊ occidant antixp̄o. Si g⁹ tūc
nō vultis ſcindi mō cū oib⁹ hēatis pacē ⁊ cō
cordiā iuxta ꝯſiliū ap̄li dicētis. Cū oibus hoi
b⁹ pacē habete nō vos defendētes kariſſimi
i. vīdicātes: ſꝫ date locū ire. Scriptū ē. n. Mi
hi vindictā ⁊ ego retribuaꝫ dicē dn̄s ad Ro.
xij. ⁊ Deut. xxxij. Scdm̄ malū ſine retributio
erit cōflagratio mūdi terrenat q̄ tangit i ſcda
p̄te euāgelij. Areſcētibus hoib⁹ p̄e timore ⁊
expectatiōe q̄ ſup̄ueniet vniuerſo orbi. nā vir
tutes celoꝝ mouebūt. Quia mortuo antixp̄o
a fulgure i mōtē oliueti: ⁊ diuulgata ei⁹ mor
te per mundū. mundus iſte ſolū durabit. xlv.
diebus. Nō dico ānis: ſꝫ. xlv. dieb⁹: vt clare in
uenit Dan. xij. A tp̄e quſq; oblatum fuerit iu
ge ſacrificiū ⁊ poſita fuerit abominatio i deſo
lationē dies mille ducēti nonagita. Beat⁹ q
expectat ⁊ p̄uenit vſq; ad dies mille. ccc. trigi
taq̄nq;. Dicunt hic ſcti doctores ꝙ illos. xlv.
dies dabit de⁹ ad ꝯuerſionē ⁊ p̄niam his qui
per antixp̄m fuerūt ſeducti. Sꝫ tot erūt diui
tie ⁊ delitie ab antixp̄o dimiſſe ꝙ lꝫ gentes cō
uertentur ad fidē xp̄i: nō. n. eſt alius ſaluator
niſi xp̄s: non tn̄ cōuertentur ad bonam vitaꝫ
Tunc in quattuor p̄tibus mundi. ſ. in oriente
occidēte aquilone: ⁊ meridie virtute dina ac
cendetur ignis. Sic modū. ⁊ totū mundum
inflāmabit ſucceſſiue ⁊ nihil elemētatū rema
nebit in mundo. Tunc qn̄ gentes ſentient tu
multū ignis ⁊ videbunt fulgura ab ip̄o p̄ce
dentia ⁊ currentia ⁊ diſcurrentia ⁊c̄. Areſcē
tibus hoib⁹ p̄e timore. ſ. illius ignis. ⁊ expe
ctatione. ſ. dānationis eterne ⁊c̄. De hoc dic̄
ap̄ls. Terribilis nāq; eſt expectatio iudicij ⁊
ignis emulatio que ꝯſumptura ē aduerſarioſ
ad Heb. x. Naꝫ virtutes celoꝝ mouebuntur.
Hoc dr̄ ad innuendū ꝙ ille ignis non veniet
nāliter: vt aliqui falſe opinātur dicēdo ꝙ. xl.
ānos an̄ non pluet ⁊c̄. Sed ille ignis veniet
rigore diuine iuſticie ⁊ miniſterio angeloꝝ
qd̄ oñditur ibi. nā virtutes celoꝝ mouebūtur
Et ille ignis deſcēdet ad purgandū alia tria
elemēta qui ex p̄ctis holuꝫ ſunt infecta ⁊ cor
rupta. de illo igne dicit dauid Ignis an̄ ip̄m
p̄cedet ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos ei⁹.
Alluxerūt fulgura eius orbi terre vidit ⁊ cō
mota eſt terra. Mōtes ſicut cera fluxerūt a
facie dn̄i: a facie dn̄i ois terra. p̄s. xcvi. Nota
inimicos eius. Hic qnō p̄ctōres ſunt inimici
xp̄i. Sed quare dicit ꝙ inflāmabit inimicos
cū taꝫ boni q̄ȝ mali morient in illo igne. Rō
q̄ boni ⁊ amici dei morient i illo igne: ſꝫ ſine
pena ⁊ dolore: ſed mali ⁊ inimici morient cū
maxima pena ⁊ dolore. Jō ſolū noiat inimi
cos xp̄i. Nota pulchre de h. iiij. ſcrip. d. xlvij.
ar. vi. q. ij. ⁊. iij. ⁊. i. ꝙ ignis ille finalis ꝯflagra
tionis q̄tū ad hoc ꝙ iudiciuꝫ p̄cedet aget vt
inſtrm̄ diuine iuſticie: ⁊ iteꝝ per virtutem nā
lem ignis q̄tum p̄tinet ad virtutē nālem ip
ſius ſimul aget in bonos ⁊ malos qui viui re
perient: vtrorūq; corpora in cinerē reſoluen
do inq̄tū vero agit vt inſtrm̄ diuine iuſticie
diuerſimode aget in diuerſos q̄tū ad ſenſuꝫ
pene. mali. n. per actionē ignis cruciabūt. bo
ni vero in q̄bus nihil purgāduꝫ inuenient: oino
nullū dolorē ſentiēt. ſicut nec pueri ſenſerūt i
camino. Dan. iij. Quis coꝝ corp̄a nō ſeruent
integra ſicut pueroꝝ ſeruata fuerūt. ⁊ hoc dī
uina virtute fieri pōt vt ſine doloris cruciatu
reſolutionē corp̄is patiāt: boni vō in q̄b⁹ ali
qd purgādi reperient ſentiēt cruciatū doloris
ex illo igne plus vel min⁹ pro meritoꝝ diuer
ſitate. Et illi ſubito purgari poterunt p̄p tres
cauſas. Una eſt q̄ pauca purgāda in eis inue
niētur cū terrorib⁹ ⁊ p̄ſecutionibus p̄cedenti
bus fuerint purgati. 2ª eſt q̄ viui ⁊ volūtarij
ſuſtinebūt penā. pena aūt in hac vita volūta
rie ſuſcepta multo plus purgat q̄ȝ pena poſt
mortem inflicta. vt pꝫ in martyribus. ꝙ ſi qd
purgandū in eis inuenit paſſionis falſe tollit
vt Aug. dicit. cum tn̄ pena martyrū breuis fu
erit in cōp̄atione ad penā que purgatorio ſu
ſtinetur. Tertia ē q̄ calor ille recuperabit in
intētione q̄tum amittit in tp̄is abbreuiatiōe
Sed q̄tū ad actū quē poſt iudiciū ignis ille
hēbit in dānatos tantū aget: q̄ oēs boni ha
bebūt corp̄a īpaſſibilia. Moraliter nō h̄ ꝯ il
los qui nolūt facere p̄niam mō q̄t dn̄i tp̄ales
quot p̄lati eccleſiaſtici ⁊c̄. tūc vellēt facere qn̄
videbūt ignē: ſed nihil valebit: q̄ nō caritate
ſed timore ſeruili fiat. Sic practice de q̄libet
ſtatu Jō mō faciat p̄niam: remittatis iīurias
reſtituatis ablata: ſuate religionem veſtram
ꝯfiteamini clerici: ematis breuiaria. Qm̄ ſi eſ
ſetis certi ꝙ iſta villa deberet in breui cōburi
qd faceretis. nunqd mutaretis oia bona vrā.



ſic eſt de mūdo iſto in breui cōbuſturo. iō mu
tetis corda vrā in celū: ⁊ os loquēdo de deo
cū reuerētia ⁊ op̄a bōa faciēdo. Hoc ꝯſilium
eſt xp̄i di. Nolite theſaurizare theſauros i ter
ra vbi erugo ⁊ tinea demolitur ⁊ vbi fures ef
fodiunt ⁊ furātur. Matt. vi. Nota vbi erugo
⁊ tinea. i. antixp̄s ⁊ ignis deuorabūt oia. Ter
tiū malū erit tribulatio iudicij vniuerſalis: q̄
tangit in tertia p̄te euāge. ibi. Tūc videbunt
filiū hois venientē in nube cuꝫ p̄tāte magna
⁊ maieſtate. Hic practice qūo poſt mūdi cō
flagrationem xp̄s dn̄s iudex cū virgine ma
ria ⁊ cū oibus angelis ⁊ ſctis deſcendet ad fa
ciendū iudiciū: ſedens in throno in aere: ⁊ ar
changelus michael clamabit voce magna di
cens. Surgite mortui venite ad iudiciū. Tūc
ſubito virtute diuina reſurgēt oēs mortui tā
boni q̄ȝ mali: etiam pueri reſurgent adulti: ⁊
oēs cōgregabuntur ad iudiciū: etiam illi qui
mortui fuerunt in vtero matris: vt dicit ſctūs
Tho. ad accuſandū illos quoꝝ culpa mortui
ſunt ſine baptiſmo: ⁊ oēs reſurgent in etate.
xxx. annoꝝ. vt ſupra patuit in p̄io ſmone p̄e
dn̄ice aduentus. De iſto iudicio vlī dicit ip
ſemet xp̄s. Cū venerit filius hois in maieſta
te ſua ⁊ oēs angeli eius cū eo: tūc ſedebit ſup̄
ſedem maieſtatis ſue ⁊ cōgregabunt ad eum
oēs gētes ⁊ ſegregabit eos ab inuicē ſicut pa
ſtor ſegregat oues ab hedis: ⁊ ſtatuet oues q
dem a dextris eius: hedos autem a ſiniſtris.
Matth. xxv. Athanaſius. Ad cuius aduētū
oēs hoies habent reſurgere cum corporibus
ſuis: ⁊ reddituri ſunt de factis p̄prijs rōnem:
qui bona egerūt ibūt in vitā eternā: q vō ma
la egerūt in ignē eternū. Hic qui ſunt oues ⁊
qui ſunt hedi ⁊ quō dicet xp̄s his qui erunt a
dextris. Uēite bn̄dicti patris mei ⁊c̄. Hedis
aūt qui erūt a ſiniſtris dicet. Diſcedite a me
maledicti ⁊c̄. ⁊ ibunt hi. ſ. mali in ſupplicium
eternū: iuſti aūt in vitam eternā. Matt. xxv.
Et decetero nullus habitabit in iſto mundo.
q̄ habito fine ceſſant ea que ſunt ad finem: ⁊
habito termino ceſſat motus. Ideo eccia in
p̄ſona cuiuſlibet xp̄iani dicit orando. Libera
me dn̄e de morte eterna in die illa tremenda
qn̄ celi mouēdi ſunt ⁊ terra ⁊c̄. Deo grās.

¶ De eadem dominica. Sermo. iiij.

E Runt ſigna in ſole ⁊
luna ⁊ ſtellis. Lu. xxi. Euange. ho
diernuꝫ nō declarat q̄ ſigna erunt
iſta ſꝫ iohes cui xp̄us reuelauit de
clarat iſta ſigna Apoc. vi. d. Ecce terremot⁹
magnus fact⁹ eſt: ⁊ ſol fact⁹ ē niger tāq̄ȝ ſacc⁹
cilicinus: ⁊ luna tota fcā ē ſicut ſanguis: ⁊ ſtel
le ceciderūt de celo ſup̄ terrā: ſicꝫ ficus emittit
groſſos ſuos cū a vēto magno mouet: ⁊ celū
receſſit ſicut liber inuolut⁹. In his quoq; clau
ſulis ponit btūs ioh. ſig̃ terribilia q̄ erunt tp̄e
antixp̄i. de q̄b⁹ dicit thema p̄poſitū. Erūt ſig̃ i
ſole ⁊c̄. Pª clauſula dicit. Ecce terremot⁹ fa
ctus ē magn⁹. Ecce hic ſubiugatio humanat
q̄ ille maledictus antixp̄s ſubiugabit omnē
terrā diuerſis modis. Ideo dicit. Ecce terre
motus fact⁹ eſt magnus. Et loq̄tur de futuro
ac ſi iam fuiſſet p̄teritū p̄p certitudinē p̄phe
tie: q̄ ſicut p̄teritū nō pōt eſſe non p̄teritū: ſic
iſtud impoſſibile eſt nō euenire. Antixp̄s ſub
iugabit ſibi oēs generationes mūdi. Primo
iudeos quos decipiet. d. ꝙ ip̄e eſt meſſias p̄
miſſus in lege ⁊ recipiet circūciſionē: ⁊ ſtatiꝫ
iudei ſequētur euꝫ dicendo. Uiuat viuat: iſte
eſt nr̄ meſſias: q̄ ſicut cec⁹ poſtq̄ȝ amiſit bor
donem ſeu ductorē ſuum: nihil afferre per ſe
pōt: ſic populus iudaicus poſtq̄ȝ amiſit bor
donem ſuū. i. xp̄m meſſiā veꝝ ip̄m negando.
de quo tn̄ dicit deus pr̄. Ecce teſtem populis
dedi eū ducem ac p̄ceptorē gentibus. Iſa. lv.
Nota teſtē. ſ. de ſecretis fidei: ducem ac p̄ce
ptorē: q̄ cepit ieſus facere ⁊ docere. Act. i. Et
iudei habebant ip̄m in manibus: q̄ inter ip
ſos fuit natus: nutritus: ⁊ ꝯuerſatus. Sꝫ ami
ſerunt eum coꝝ culpa ⁊ nō xp̄i: dicentes corā
pylato. Non habemus regem niſi ceſarē. Jō
modo recipiunt vt ceci omnes quotquot ve
niūt: vt pꝫ de barcozinā quem receperunt vt
meſſiā. ⁊ regnauit. xxx. annis. Idem de ben
coſina incātatore. Ideꝫ de diabolo in inſula
candie. vt pꝫ in hiſtoria ad vincula ſcti petri.
Idē de tabellano. Auctoritas. Ambulabunt
vt ceci. q̄ dn̄o peccauerunt. Sophonie. i. Jō
tūc ſtatim recipient antixp̄m qui fraudulen
tijs ⁊ coop̄to mō recipiet circūciſionē ⁊ ſua
bit ſabbatū ⁊ alias cerimonias: p̄p hoc dicit
gog. i. coopertus. Ezech. xxxiij. Factus eſt ſer
mo dn̄i ad me. d. Fili hois. i. ade pone facieꝫ
tuā ꝯ gog. Tamē iudei vt reprobati iſtū reci
pient. De hoc dicit xp̄s iudeis. Ego veni i no
mine p̄ris mei ⁊ nō accepiſtis me. ſi p̄ q̄ ali⁹
venerit i noie ſuo: illū accipietis. Jo. v. Scdo
ſubiugabit ſibi oēs agarenos: turcos ⁊ īfide
les nō coop̄te ſed diſcoop̄te ⁊ per violentiaꝫ
per hoies armoꝝ. q̄ dicit ſcriptura ꝙ erit do
minus oium theſauroꝝ auri ⁊ argēti ⁊ mar
garitaꝝ q̄ ſunt ⁊ fuerūt i venis t̄re ſiue i mari
Dan. xi. Et oia iſta hēbit miſterio demonum

deo ꝑmittente.Secus mõ:qꝛ diabolus nõ ꝑt
dare obulũ qꝛ ds mõ nõ ꝑmittit:ſꝫ tũc ꝑmit/
tet ꝓꝓ pctã hoiũ ⁊ faciet ꝓconizationem ꝙ
dabit cuilibet hoi armoꝝ mille floꝛe. ꝓ mẽſe
vt faciãt guerrã ꝯ infideles.⁊ ſtatim oẽs gen
tes de francia de ytalia ⁊c̃.erũt cuꝫ eo:⁊ cum
iſtis ſubiugabit ſibi oẽs infideles diſcooꝑto
mõ.⁊ ꝓꝓ hoc dr̃ alio noĩe magog.i.diſcooꝑ/
tus.nõ credat̃ ꝙ gog ⁊ magog ſunt ille.x.tri
bus que ſũt vltra mõtes caſpios.de qb̾ loquũ
tur doctoꝛes opinatiue ſꝫ nõ determiate. ſꝫ il
le gog ⁊ magog ẽ ãtixp̃s.de q̃ Eze.xxxviij.Fi
li hoĩs põe faciẽ tuã ꝯ gog ⁊ magog ⁊ terraꝫ
ideſt ꝯ gentes terrenas ⁊c̃.3° ſubiugabit ſibi
xp̃ianos qui ſibi faciẽt maioꝛẽ reſiſtentiaꝫ q̃
infideles:eo ꝙ ſũt iã auiſati ꝑ ſcripturã ſacraꝫ
⁊ ꝑ p̃dicatoꝛes. ⁊ ꝓꝓ hoc dr̃ antixp̃s ab anti
qḋ eſt ꝯ ⁊ xp̃m.i.qḋ eſt ꝯ xp̃m.i.chꝛiſtianos ↄ̃
iſto noĩe dicit btũs ioãnes.Filioli mei nouiſ/
ſima hoꝛa ẽ ⁊ ſicut audiuiſtis antixp̃s vẽit.i.
Jo.ij.Ecce quõ ſubiugabit ſibi totũ mundũ.
De h̃ ad lr̃aꝫ dic̃ daniel vt exponit̃ ab oĩbus
doctoꝛib̾.Ingredieť terras ⁊ ↄteret ⁊ ꝑtran
ſiet ⁊ itrabit i terrã glĩoſaꝫ ⁊ multe gẽtes coꝛ
ruẽt.Hec ãt ſole ſaluabunť de manu ei̾ edon
⁊ moab ⁊ p̃ncepꝯ filioꝝ amõ.Dañ.xi.Nõ in
gredieť terras.ſ.iſideliũ ⁊c̃.⁊ ↄteret ⁊ ꝑtran/
ſiet ⁊c̃.⁊ introibit in gloꝛiam.ſ. xp̃ianitat̃.Et
multe.ſ.gentes chꝛiſtiane coꝛruẽt:ſꝫ non oẽs
hec aũt ſole ſaluabunť.edon qḋ interp̃tat̃ ſan
guinea.qꝛ gẽtes ſanguine ſaluabunt.ſ. ille q̃
potius eligẽt moꝛi:q̃ abnegare chꝛiſtũ ⁊ mo
ab qḋ itep̃retat̃ de patre vel ex p̃re. Ecce hic
innocẽtes qui nõ negabũt fidẽ chꝛiſti.Et p̃n/
cipes filioꝝ amon:qḋ interp̃tatur pp̃ls mero
ris.ecce hic penitẽtes:oẽs iſti ſaluabũtur.p̃n
cipes.i.p̃ncipalr̃ pniam faciẽtes.ecce q̃re dic̃
p̃ma clauſula.terremot̾ fact̾ ẽ magnus. O
q̃lis terremot̾ erit qñ oẽs reges pꝛincipes ⁊
dñi terraꝝ erũt ſibi ſubditi. Et amotis armis
⁊ ſignis xp̃i:ponent arma ⁊ ſig̃ antixp̃i: ⁊ fiẽt
pꝛeconizatiões oꝛdinationes ⁊ leges ex ꝑte
antixp̃i:⁊ oẽs erunt ꝯ ieſum xp̃m. Scd̃a clau
ſula dicit ꝙ ſol fact̾ eſt niger tanq̃ ſaccus ci/
licinus.qꝛ ex falſis miracul̃ antixp̃i ⁊ ſuoꝝ di
ſcipuloꝝ xp̃i ꝑdent fideꝫ. Iſto mõ ſol iuſticie
fiet niger in coꝛdib̾ xp̃ianoꝝ:⁊ tanq̃ ſaccus ci
licinus:qꝛ nõ retinebũt aquã baptiſmalẽ: im
mo negabũt fidẽ xp̃i.⁊ ſic ciliciũ ẽ aſpeꝝ ⁊ du
rũ ſic tũc fides xp̃iana videbit̃ aſpera ⁊ dura
ↄfitentib̾ eã.Ad practicã de falſis ⁊ apparẽ/
tib̾ miraculis antixp̃i dic̃ btũs ioãnes ap̃lus
Apoc.xiij.ꝙ faciet deſcẽdere ignẽ de celo:et
faciet loq̃ imagines virtute diabolica.Tũc di
cẽt gẽtes.Et nũqd vidiſtis tã magnũ miracu
lũ.Iſta dꝫ eẽ veritas ꝙ iſte ẽ ſaluatoꝛ mũdi:
⁊ ſic denigrabit̃ xp̃s in coꝛdib̾ xp̃ianoꝝ.Si
dicat̃ eis.faciat miracula q̃ fecit xp̃s.ſuſcitate
moꝛtuos ⁊c̃.Dic p̃ctice quõ faciẽt hec virtu
te diabolica ad decipienduꝫ gẽtes.Ecce quõ
ſol fact̾ ẽ niger nõ in ſe ſꝫ i ſuis xp̃ianis ſic de
ceptis q ꝑdent fidẽ.Jõ xp̃s auiſãdo nos dic̃
Surgent pſeudo xp̃i ⁊ pſeudo ꝓphete ⁊ da/
bũt ſig̃ magna ⁊ ꝓdigia:ita vt in erroꝛẽ indu
cant̃ ſi fieri põt ẽt electi. Ecce pꝛedixi vobis
Matth.xxiiij.3ª clauſula dicit. Et luna facta
eſt tota ſicut ſanguis.ecce hic toꝛmẽta q̃ da/
bit antixp̃s.qñ erũt multe ſctẽ pſone q̃ nõ cre
dẽt illis falſis miracul̃.imo ſtabũt foꝛtes in fi
de xp̃i.Cõtra iſtos dicet antixp̃s ⁊ ſui. moꝛiã
tur ⁊ dabũt illis talia toꝛmẽta ꝙ toꝛmẽta p̃i
moꝝ martyꝝ.ſ.Bartholomei: Uincẽtij:Ka
therine ⁊c̃.nihil fuerũt reſpectu iſtoꝝ. qꝛ du/
rabũt ꝑ annũ vel pl̾:ſcindẽdo mẽbꝛa coꝛꝑis
ꝑ articulos ⁊c̃. Scd̃m toꝛmentuꝫ erit coꝛdis
qñ coꝛã parẽtib̾ recipiẽt filiũ ꝑ pedes dicen
do qs viuet xp̃s vel ãtichꝛiſtus.ſi dicis:viuat
iſte dñs eris dãnat̾.ſi dicis:viuat xp̃s:coꝛã te
occidet filiũ tuũ q erit martyr xp̃i.de hoc aui
ſando nos dicit xp̃s.Erit tũc tribulatio mag̃
q̃lis nõ fuit ab initio mũdi vſq3 mõ: neq3 fiet
⁊ niſi abbꝛeuiati fuiſſent dies illi: nõ fieret ſal
ua oĩs caro.ſed ꝓꝓ electos bꝛeuiabũtur dies
illi Matth.xxiiij.Et antixp̃s ſolum regnabit
trib̾ annis cũ dimidio.Dañ.xij.⁊ Apo.xvij.
Cum venerit.ſ.antichꝛiſtus opꝫ illũ bꝛeue tẽ
pus manere.Quarta clauſula dicit. Et ſtelle
de celo cadent ſuꝑ terram ſicut ficus emittit
groſſos ſuos cuꝫ a vẽto magno mouet̃. Ecce
quartus modus.ſ.diſputationũ. qꝛ verba nõ
ſunt niſi vẽt̾.Dicẽt diſcipuli antichꝛiſti.Ue/
ritas nõ querit angulos.iõ diſputemus. Dic
practicam diſputationis:⁊ quõ illi arguẽt cũ
argumentis ſophiſticis ⁊ rõnibus palliatis.
qꝛ diabolus loquet̃ in oꝛe ipſoꝛuꝫ intm̃ ꝙ nec
magiſtri noſtri:nec doctoꝛes poterũt eis rñ/
dere.qꝛ diabolus ligabit linguã ipſoꝝ ꝑmit/
tente deo ꝓꝓ malã vitã litteratoꝝ.Qui ergo
põt ligare leenã.i.aiam.bene põt ligare ouẽ
i.linguã que nõ eſt niſi fruſtũ carnis. Iteꝫ qꝛ
ille diſputationes nõ erunt nec fient de rõni/
bus p̃hoꝝ nec poetaꝝ:ſꝫ de biblia ⁊ ꝓphetis
⁊ modo nullus curat de biblia: immo eſt res
groſſa vel materia ⁊c̃. Ideo tunc chꝛiſtiani
cadent de celo.qa perdẽt fidem dicendo. O
magiſtri nõ pñt reſpondere:factũ eſt. iſta eſt



veritas:tunc ſtelle cadẽt de celo ⁊c̃. Si vero
aliqs poſt diſputationẽ ſecrete vellet petere
ↄſiliũ vel q̃rere veritatem ab aliq̃ mgr̃o vel a
ſuo ↄfeſſoꝛe qd credẽdũ ẽ.rñdebit expectetis
vnũ modicũ videbo qd dic̃ lr̃a vel glo.oꝛdi/
naria ſuꝑ hoc.tũc ſtelle cadent de celo ⁊c̃.de
hoc ꝓphetia.Faciet iuxta volũtatẽ ſuã rex ⁊
eleuabit̃ ⁊ magnificabit̃ aduerſuꝫ deũ deoꝝ
i.angeloꝝ ⁊ loq̃t magnifica.Dañ.xi. Quita
clauſula dicit.Celũ receſſit ſic̃ liber inolut̾.i.
abſcõſus.Ecce hic q̃rt̾ modus.ſ.donoꝝ ⁊ ꝓ/
miſſionũ bonoꝝ t̃renoꝝ.tũc celuꝫ recedet:qa
pauci curabũt ↄ̃ celo.i.de ꝓmiſſionib̾ celeſti
b̾ a xp̃o factis.ſꝫ de ꝓmiſſionib̾ antixp̃i.Dic
quõ antixp̃s mittet diſcipulos ſuos ꝑ mũdũ
q p̃dicabũt aliq̃s v̾itates.ſ.ꝙ finis mũdi iſtat
lõq3 parẽt ſe ſingularit̃ ꝑ oꝑa mĩe ⁊ pietat̃.qꝛ
multũ placẽt deo:⁊ vt credat̃ ꝙ nos nõ ſolũ
v̾bo p̃dicam̾ ſꝫ ẽt oꝑe.ſi iter vos ſũt aliq̃ pᵉ in
digẽtes veniãt ad nos ⁊ facient̾ eis miaꝫ.nõ
p̃ctice quõ vidue dicẽt cõmatrib̾ audiuiſtis
hodie iſtos ſctõs hoies.Jõ vadam̾.Dic quõ
nõ ſolũ vidue ſꝫ etiã mulieres milites ⁊ ſcuti
feri pauꝑes q oĩa expẽdũt i vanitatib̾ veniẽt
ad eos q dabũt eis denarios ad copiã.Tunc
dicẽt gẽtes. Iſti ſunt boni p̃dicatoꝛes q dãt
nobis.⁊ nõ illi q ſꝑ petũt:intm̃ ꝙ tũc gentes
nollẽt audire ſermões pꝛedicatoꝝ nec mino
rũ imo deridebũt ſmões illoꝝ.tũc dicet vxoꝛ
viro ſuo q̃re vos nõ vadit̃ ad iſtos ſctõs ho/
mines vt dent vobis ſic̃ vicin̾ n̄r ſal̃uit ⁊ ha
buit tm̃ ab eis:⁊ mõ ẽ diues cũ tñ eẽt pauꝑ:⁊
mõ iã maritauit vnã filiã ſuam ⁊c̃.Qui rñde
bit.O mulier ꝓ certo iſtud nõ ẽ bonũ ſignũ:
malus ẽ bolus q ſtrãgulat hoieꝫ. Et vxoꝛ.O
bñdictus ds tã ſctũs eſtis ⁊c̃. iſto° hẽbit oẽs
auaros.Itẽ dabit honoꝛes: dñatiões:ꝑtãtes
p̃latiões:reges amouẽdo ⁊ p̃ncipes t̃re.⁊ ali
os ſibi obediẽtes ↄſtituẽdo.Sic hẽbit oẽs re
ges:dños:p̃ncipes:⁊ p̃latos t̃re.⁊ q̃libet feſti
nabit ad obediẽdũ ei:vt ꝓueniat inimicũ ſuũ
Itẽ dabit abundantiam ciboꝝ ⁊ eſcaꝝ di.Co
medatis ⁊ bibat̃ bñ.⁊ q̃re facte ſunt eſce.Ille
vero ieſus pauꝑ ꝓhibuit ne comederetis.Et
ẽt de ãno ãmouebit q̃dragéſimã.De menſi/
bus q̃ttuoꝛ tꝑa.De hebdomada dic̃ veneris
Iſto mõ hẽbit oẽs guloſos.Item dabit oẽs
delectationes carnis. Frãget totã legẽ mrĩo
nij. Licẽtiabit clericos ⁊ religioſos vt ducãt
vxoꝛes. O dicẽt mali clerici ⁊ religioſi. Iſte
eſt bon̾ dñs:viuat viuat. Et dicent religioſi
antiq clerici ⁊ ẽt moniales. O iſte bon̾ dñs
⁊ tm̃ tardauit. Quilibꝫ hẽbit q̃ttuoꝛ vel q̃nq3
vxoꝛes.Si dicat̃.non ſufficiẽt mulieres.No/
ta de demonib̾:ſuccubis vt tꝑe noe: ⁊ faciet
mriõniũ ſine lr̃is in taberna: ⁊ ipſe ꝓuidebit
oĩbus de pecunijs.⁊ iſto mõ hẽbit oẽs luxu/
rioſos.O miſer ⁊ qs remanebit cũ xp̃o. pau
ci.Auctas.de hoc ꝓphe̾. Multiplicabit gl̃i
am ſuis:⁊ dabit eis ꝑtãtẽ in mult̃. terrã diui/
det g̃tuito.Rõ.dñabit̃ theſauꝝ auri ⁊ argẽti
Dañ.xi.ad lr̃am exponit̃ de ãtixp̃o.Ecce q̃re
dicit the.Erũt ſigna i ſole ⁊ lũa ⁊ ſtellis. Re/
mediũ ꝯ p̃dicta mala ẽ illud. Je.xv.Si ↄuer
teris ↄuertã te. Dñica 2ª aduẽ. dñi.ſer.v.

R Eſpicite et leuate ca
pita vr̃a.Luc.xxi.In p̃nti ſermone
habeo declarare rões ꝓꝓ quas xp̃s
ꝑmittet ⁊ ſuſtinebit ꝙ ille iniquus ⁊ fili̾ ꝑdi/
tiõis antixp̃s faciet tot mala in xp̃ianitate ſic̃
heri dixi vobis qb̾ declarat̃ null̾ mirabitur.
immo mirabũt̃ oẽs quare tm̃ tardat venire.
Spero in deo ꝙ erit bona mã ad pctõꝝ coꝛ/
rectiones.ſꝫ p° ſalutet̃ virgo Maria ⁊c̃. Re
ſpicite ⁊ le.ca.vr̃a. Pꝛo bꝛeui h̾ verbi decla/
ratione ⁊ materie p̃dicãde itroductõe ſciẽdũ
ꝙ oium ſciaꝝ hũano itellectu inuẽtaꝝ p̃ncipi
um fuit admiratio.Qñ.n.antiq p̃hi videbãt
mirabiles effect̾ reꝝ mirabant̃:⁊ eleuabãt in
tellectũ ad igrẽdũ ⁊ ſciẽdũ cãs taliũ effectuũ
Jõ dic̃ p̃hs.Unũq̊dq3 ſcire arbitrãur cũ cãs
cognoſcim̾.Et alibi dic̃.Scire ẽ rẽ ꝑ cãꝫ co/
gnoſcẽ.ꝓꝓ hoc antiq p̃hi vidẽtes effect̾ mi/
rabiles admirãtes moti ſũt vt ſcirẽt cãs qbus
ſcit̃ itellect̾ eoꝝ qeſcebat.Jõ dic̃ p̃hũs.i.me/
tha.ꝓꝓ admirari inceperũt p̃hi p̃hari.i.ingre/
re de cãis ⁊ rõnib̾ effectuũ.v̾bigr̃a.Uidẽtes
p̃hi ꝙ in vere terra ꝓducit herbas virides et
arboꝛes floꝛes folia ⁊ fruct̾. ⁊ in autũno oĩa
dimittit q̃ſi mutando ſe.p̃hi admirabant̃ q̃re
hoc ⁊ vñ tal̃ effect̾ ⁊ oꝛdinatio.⁊ iceperũt q̃/
rere ⁊ iueſtigare de cã.⁊ iuenerũt ꝙ eueniꝫ ꝓ/
pter motũ ſol̃ q̃ in vere aſcẽdit ⁊ trahit ſecuꝫ
ſurſuꝫ hũoꝛes.Jõ t̃ra ⁊ arboꝛes fructus ꝓdu
cunt ⁊c̃.In autũno v̾o ſol deſcendit iõ depo
nũt oĩa folia ⁊c̃.Itẽ qñ videbãt in mari illas
magnas vndas.⁊ aliqñ eſt ita planuꝫ ꝙ vna
gallina poſſet ibi bibẽ ⁊ vna ſcutella natare
⁊ vidẽtes fluxũ ⁊ refluxũ maris:magis admi
rãtes q̃ſierũt:⁊ iuenerũt ꝙ hoc fit ꝓꝓ lunã q̃ i
plenilunio ⁊c̃.ſꝑ hꝫ ſingularẽ iſluẽtiã ſuꝑ aq̃ſ
⁊ ſuꝑ humida.Ita qñ videbãt in aere nubes
fulgura ⁊ impꝛeſſiones ⁊ tonitrua admirabant̃
⁊ q̃ſierũt cãm.⁊ inuenerũt ꝙ hoc ꝓueniebat
ex cert̃ cõſtellationib̾ ⁊ motibus planetarũ

Item qñ videbāt eclypſim lune mirabanť: et
inuenerūt cāz. qm̄ luna ſp eclypſať in plenilu
nio. qñ ſol ē ſibi ex op° ꝛ tūc interponiť terra
īter ipſaʒ ꝛ ſolē: ꝛ tūc ipa eclypſať. Idē ꝺ ecly
pſi ſolis. de q̊ vī ꝙ ſol moꝛiť: q admirantes in
ueneŕt ꝙ fit ex īterpoſitiōe lūe īter ſolē ꝛ nos
in ꝯiūctione. Dič mgř hiſtoꝛiaꝝ ꝙ ī die vene
ris ſctā fuit eclypſis gñalis ſolis: q voluit in
dui de nigro ſicut milites ī moꝛte regis. Qð
videns dioñ. magnus phūs admirās. qꝛ tūc
erat plenilunium iuxta paſcha iudeoꝝ. dixit.
Aut ds nē patiť: aut tota machia mūdi diſſol
uetur. pʒ ergo ꝙ oīs ſcīa hūanit⁹ īuēta hūit
ſuū initiū in admirari. Ad ꝓpoſitū. Heri fui
ſtis admirati de effectib⁹ ſiue opib⁹ antixp̄i in
hūc mūdū in bꝛeui vēturis. Et admirātes q̄ri
tis cām q̄re xp̄s ꝑmittet xp̄ianitatē ſic deſtrui
ꝛ coꝛrūpi ꝛ ſuuerti. Rñdet thē. Reſpicite
ſ. cām iuſtā deſtructōis ꝛ ſubuerſiōis antixp̄i
ꝛ leuate capita vr̄a. glo. i. mētes vr̄as. Quia
nihil ſine cā fit in terra. Iob. v. Reſpice g° di
ligēter ꝛ vide cās ꝛ rōes q̄re ds ꝑmittat ꝓdi
ctos affect⁹ ſeu mala antixp̄i ꝯ xp̄ianitatem.
Totū oñdā vobis ī vna ꝑabola ſeu ſilitudine
quā vobis dicā. qꝛ ſubtilia meli⁹ intelligūť ab
hoīb⁹ ꝛ retinēť ꝑ ꝑabolas ꝛ ſilitudines. Iſta
eſt ꝑabola. Sciēdū ꝙ qdaʒ rex nobiliſſimus
ꝛ potētiſſim⁹ edificauit citatē quādā magnā
ꝛ egregiā cū multꝭ ſūptib⁹ ꝛ laboꝛib⁹ ꝛ ꝑicul.
exponēdo oēs theſauros ſ ei⁹ edificatōe. De
inde dotauit eā multꝭ ꝑuilegijs ꝛ gratijs ma
gnis quā fecit metropoli ꝛ ſedē regni ſui. In
q̄ ipe rex ꝛ vxoꝛ ſua cū filijs moꝛabať ī caſtro.
Ciues aūt dicte ciuitať ꝓditoꝛes ꝛ ingrati di
cto regi īter alia plurima ꝯtumelia ꝛ enoꝛmia
q̄ fecerūt ꝯ regē fuerūt. vij. magne ꝓditiones
Pª rūpēdo iuramētū fidelitatis qð fecerūt
regi: hēbant ſua ꝯſilia: tractat⁹ ꝛ ꝑlamenta ſe
creta cū inimicis capitalib⁹ ipſi⁹ regis. ꝛ hoc
ſciēte rege cui ſumme diſplicuit. 2ª ꝓditio qꝛ
rephēdebat eos. ciues de h̄ īgrati ꝛ īdignati
cū maximis iniurijs ꝛ vituperijs armati enſi
b⁹ euaginatis expulerūt regē de ciuitate ſua.
3ª qꝛ poſtq̄ʒ rex fuit expulſus miſit dici ciui
b⁹ ꝙ ad min⁹ darēt ſibi ſuos reddit⁹. q nega
uerūt ſibi ꝛ noluerūt ſibi dare: ſed ſuis inimi
cis. Quarta qꝛ expulſo rege denudauerūt re
ginā vxoꝛē dicti regis ꝛ cū vberib⁹ ꝛ ꝯtume
lijs eiecerūt ipſaʒ de citate: qð maxie diſplicu
it regi. Quīta ꝙ filias regis q̄ remāſerāt ī pa
latio: ciues dederūt eas ad lupanaria: ꝛ luxu
rias ꝛ coꝛruperūt eas. Sexta qꝛ vnicū filiū re
gis q remāſerat in palatio ēt ſciderūt ꝛ diui
ſerunt ꝑ mediū in duas ꝑtes ꝛ in ꝑuas minu
tas ꝛ decollauerūt: cū tñ eēt iā iurat⁹. Septia
qꝛ oīa ſig̃ ſeu arma ſui regis amouerūt de pa
latio: ꝛ poſuerūt ibi ſigna ſeu arma inimici re
gis. Nūqd videnť vobis ꝑue iſte ꝓditōes. Ni
hilomin⁹ rex benign⁹ poſt tot ꝓditiōes miſit
eis nūcios q̄rens cū eis recōciliari ꝛ hēre cuʒ
eis pacē: ꝓmittēdo plenā remiſſionē oiuʒ of
fenſaꝝ. Sʒ ciues noluerūt: imo ꝯtinue multi
plicabāt offenſas. ꝑꝑ qð p⁹ multos ānos rex
miſit vnū capitaneū cū īfinita gēte armoꝝ: ꝛ
tradidit ciuitatē in man⁹ ſuas: q totā ciuitatē
deſtruxit. Nūqd ꝺ hoc dʒ aliqs admirari aut
dicē q̄re rex fec̄ hoc. certe ñ: imo dicē dʒ qlibʒ
ꝙ rex fec̄ optie. Mō vidēdū ē qs ē iſte rex: ꝛ
q̄ eſt iſta ciuitas: ꝛ q ſunt iſti ciues ꝓditoꝛes.
rex iſte nobiliſſim⁹ ꝛ potētiſſim⁹ ē ille ꝺ q̊ Io.
in Apoč. xix. c. Hʒ ī veſtimēto ꝛ in femo. ſuo
ſcriptū. Rex regū ꝛ dñs dñantiū. Apoc. xix.
Nō in veſtimēto. i. ī hūanitate. hūanitas xp̄i
dī veſtimētū. rō: qꝛ ſic̄ veſtimētū coopit ꝑſonā
ita hūanitas xp̄i coopiebat diuinitatē. Cū g° dī
hʒ ī veſtimēto ꝛ in femo. ſuo ſcp̄. ꝛc̄. vult dicē
ꝙ xp̄s inq̄ʒtū ds ꝑ gñationē tꝑalē: ꝛ inq̄ʒtuʒ
ds ꝑ gñationē eternā ē rex reguʒ ꝛc̄. Ciuitas
magna nobil ꝛ egregia quaʒ xp̄s edificauit ē
xp̄ianitas. Iō venit ī hūc mūdū vt iſtā ciuita
tē edificaret. In cuius edificatione laboꝛauit
xxxiij. ānos. quā cū magnis laboꝛib⁹ ꝛ ꝑicul
ꝛ expēſis edificauit. ꝛ magnis ꝑuilegijſ ꝛ gra
tijs ipaʒ dotauit. ſ. ſctōꝝ ſeptē ſacroꝝ. De q̄ ci
uitate dicit dð. Glioſa dcā ſunt de te ciuitas
dei. ps. lxxxvi. Ciues h⁹ ciuitať ſunt oēs xp̄ia
ni q mō admirātes aliq q̄rūt. q̄re rex xp̄s taʒ
nobil ꝛ potēs ꝑmittet hāc ciuitateʒ deſtrui ꝛ
ꝑdi ab ātixp̄o. Quia dič thē. reſpicite ꝛ leua
te capita vr̄a: ꝛ videte qm̄ ꝑꝑ ſeptē magnaſ ꝓ
ditiones īcoꝛrigibiles q̄s faciūt dicti ciues re
gi ſuo dño ieſu xp̄o. Pª qꝛ tā hoīes q̄ꝫ mulie
res ꝯ iuramētū regi xp̄o ſctū in baptiſmo re
currūt ꝛ hñt ſua colloquia cū inimicis regis
xp̄i. ſ. cū demōib⁹: q lʒ poſſet eos ſubito ānihi
lare ī pūcto: tñ ñ vult. Qm̄ diui ſoꝛtilegij ꝯiu
ratoꝛes ꝛ icātatoꝛes cū demōib⁹ faciūt qcqd
faciūt. Qm̄ ſi aliqd ꝑdidiſtis: vel ꝓ ſanitate
vel ꝓ filijs hñdis ad quē recurretꝭ nō ad xp̄m
nec ad bonū medicū: ſʒ ad diuos īimicos xp̄i
O ꝓditoꝛ nūqd in baptiſmo feciſti xp̄o iura
mētū fidelitatꝭ ꝛ abrenūciaſti diabolo ꝛ pō
pis ei⁹. Idē ꝓ filijs hñdis ꝛ ſanitate obtinen
da recurrūt ad diuos ꝛ ſoꝛtilegos: oēs tales
ſť ꝓditoꝛes: qꝛ ſi eēnt fideles recurrerēt ad re
gē xp̄m potētiſſimuʒ dicēdo. dñe. Ego ꝑdidi



hoc vel illud. vos ſcitꝭ qs hʒ. Iō ponaꝭ in coꝛ
de ſuo vt tradat mihi. ꝛ ego hēbo qð meū ē
ꝛ ipe ſaluabit aīaʒ ſuā. tūc eſſes fidel. Ideʒ ꝓ
ſanitate ꝛ filijs obtinēdis. Qꝛ demōes neſci
unt ſecreta oīa. qꝛ ī tenebꝛis ſť. ꝛ diffamāt ali
q̄s q nō ſť culpabiles vt ſeminēt diſcoꝛdias.
Idē de ſanitate ꝛ filijs. Qꝛ null⁹ pť. dare ſani
tatē nec filios niſi ds ad quē debetꝭ recurrere
dicēdo. Dñe vos dediſtis mihi iſtū filiū q pa
tiť ꝛc̄. vel dñe ego ſum de mr̄imonio. Iō dñe
detꝭ mihi fructū mrionij. qꝛ alr̄s modicū valet
totū aliud qð fit. Alij recurrūt ad diuos vt ſci
āt qd faciat vxoꝛ q oñdūt ī ꝗphoꝛa aq̄ ꝙ pec
cat cū tali ꝛc̄. ꝛ foꝛte ē vna ſctā mulier. ſʒ dya
bol⁹ mētiť: qꝛ mēdax ē ꝛ pť ei⁹ Io. viij. Quot
ſť q qñ ſunt vltra mare dicūt. Certe ego vellē
ſcire qd mō facit vxoꝛ mea ꝛ recurrūt ꝛc̄. alij
recurrūt vt poſſint hꝛe mulieres ad libitum.
Alij vt iueniāt theſauꝝ abſcōditū. alij vt ſciāt
qd erit de tali bello vel ſcō. O q̄t ꝓditoꝛes ſť
in mūdo. Etiā ſi alia nō eēt ī mūdo iſta ſola ē
ſufficiēs cā vt veniat antixp̄s tāq̄ʒ capitane⁹
ad deſtruendū ciuitatē xp̄ianitatis. dicēte ſi
bi xp̄o. Gog habes gētes armoꝝ. Ita dñe vt
arena maris. Iō vade ad ipos vt moꝛiāť. Di
cit de hoc moyſes in ꝑſona xp̄i. Gñatio ꝑuer
ſa ꝛ īfideles filij: ipi me ꝓuocauerūt in eo q ñ
ē ds: ꝛ irritauerūt ī vanitatib⁹ ſuis. Et ego ꝓuo
cabo eos in eo q nō ē ppl̄s: ꝛ in gēte ſtulta. i.
antixp̄i irritabo illos. Ignis ſuccēſus ē ī furo
re meo: ꝛ ardebit vſq̄ʒ ad inferni nouiſſima.
Deuť. xxxij. De pctō diuinatiōis ꝛ ei⁹ ſpecieb⁹
tia virtualis. De hoc dicit thema. Crediderunt in eū diſcipuli ei⁹.qñ viſo miraculo ado
rauerūt eū tāq3 veꝝ ſaluatorē.Jō dicit. Hoc
fecit ieſus initiū ſignoꝝ i chana galilee ꝛ ma
nifeſtauit gloriā ſuā ꝛ crediderunt in eū diſci
puli eius. Nō xp̄s cepit facere miracula i nu
ptijs:nō pri⁹ne humanitas fantaſtica videre
tur.vt dicit ſctūs Tho. iij.pte.q.xxxvi.iiij.iij.
Criſoſtomus.n. dicit ſup io.ꝙ xp̄us non fecit
miracula anteq3 aqua3 ꝯuertit in vinū.ſm ꝙ
dicit̄ Jo.ij.ꝛ hr̄ in pn̄ti euangelio. Hoc fecit
initiū ſignoꝝ ieſus.Si.n.ſm primā etatē mi/
racula feciſſet nō indiguiſſent iſrahelite alio
manifeſtante eū.cum tn̄ ioannes baptiſta di/
cat Joan.i. vt manifeſtetur iſrael. propterea

ego veni in aqua baptizãs.ſubdit ſctũs Tho.
vbi.ſ. Decenĩ autẽ non incepit facere ſigna
in pª etate. Extimaſſet.n.fantaſma eſſe incar-
natioñe ⁊ ante oportunũ tps crucis euz tradi
diſſent liuore liquefacti. Nec obſtat ꝙ i libro
de infantia ſaluatoris legit ꝙ xpus in ſua pu-
eritia mlta miracula fecerit. Quia vt dicit ſan
ctus Tho. ibi.ſ. liber de infantia ſaluatoris ẽ
apocrifus. Nota quõ de⁹ antiq̃tus nullis ſer
uitoribus ſuis manifeſtauit gloriã ſuã.ſ3 oẽs
q̃tũcunq3 ſcti ibant ad infernũ. S3 mõ hanc
frigiditatẽ ɔuertit in vinũ in cruce q̃ aperuit
ianuaz celi merito ſue paſſionis. Jõ mõ boni
ſeruitores ſtatiz qñ moriunt hic hñt gloriaz.
¶ Sermo ſecundus de eadem dñica.

## Manifeſtauit gloriaz

ſuã. Jo.ij. Thema dat mihi moti-
uum declarãdi: quot ſint ɔditiões
pſonaꝝ bonaꝝ in hoc mũdo quibus de⁹ ma-
nifeſtat gloriã ſuã in alio mũdo. S3 pº ſalute
tur virgo maria ⁊c̃. Manifeſtauit gliaz ſuã.
Doctrina ẽ cõis ⁊ certa in ſctã theologia. ꝙ
a principio mundi vſq3 ad aduentũ xpi deus
nunq̃3 vlli hoi manifeſtauit gloriã ſuam: ⁊ tñ
tranſiuerũt de mundo vltra q̃nq3 milia anni
in quo tpe fuerũt multi ſcti amici dei qb⁹ da-
bat ⁊ manifeſtabat multa alia bona: ſicut ſuã
potentiã dando legem in multis miracul'. Et
ſuam ſapiam dando ſuã miam. ⁊ clementiaz
dando eis plures gřas: ſ3 nunq̃ eis manife-
ſtauit ſuam gloriã. Auctas. Legit Exo.xxxiij
de moyſe qui loquebat cum deo: tñ nõ vide-
bat deum: imo petijt a deo per gřam ſpãlem
vt oñderet ſibi ſuam gloriã dicens. Dñe ſi in
ueni gřam in ɔſpectu tuo oñde mihi gloriaz
tuã. Rñdit ſibi deus. Poſteriora mea vide
bis: faciem aũt meã videre nõ poteris. Nota
ꝙ dictũ eſt ꝙ nullus vidit ante xpi aduentuz
gloriã dei ſiue diuinã eſſentiam pie intelligẽ
dum eſt.ſ.ꝑmanenter ⁊ plene beatifice. Dic
ſctũs Tho. in pleriſq3 paſſib⁹.ſ.in.iiij. di.xlix.
⁊ in.q.de veritate.q.xiij.de raptu. ⁊ etiã in.ij.
ij. ꝙ paulus ⁊ moyſes viderunt in raptu diui
nam eſſentiã: ſ3 tranſcẽdẽter: q2 eis fuit lumẽ
glorie collocatuz: nõ per modũ habitus per-
manẽtis: ſ3 per modũ paſſionis tranſeuntis.
Vñ nec ſimpliciter fuerũt bti ſed poti⁹ rapti
Et hoc fuit eis ex ſpeciali priuilegio ⁊ gratia
ɔceſſum. Nota quõ deus h3 quedã ꝑncipia.ſ.
beatitudies paradiſi: ⁊ quedã media.ſ. gřas
euangelicas: ⁊ quedã poſteriora ſignacula ⁊
gřas que fecit tpe moyſi. Sed qñ moriebaͣ-
tur oẽs deſcendebant ad limbũ inferni.ſ. adã
noe abraham moyſes. nulli eorũ deus dedit
gloriã pro illo tpe. Nec etiam ſctis innocen-
tibus: nec ioãni baptiſte. imo deſcẽderũt oẽs
ad infernũ. q2 humana redemptio nõdũ erat
completa. De hoc auctas. ps.lxxxviij. Quis
eſt homo qui viuet ⁊ nõ videbit mortẽ. eruet
aiam ſuam de manu inferi. q.d. nullus. S3 ex
quo venit dñs noſter ieſus xpus ⁊ compleuit
opus miſericordie noſtre redemptiõis dicit
thema. ꝙ manifeſtauit gloriã ſuam quã tenu
erat abſcõditam vltra quinq3 milia ãnos. p3
thema. Amore veſtri queſiui in ſacra ſcriptu
ris qbus ⁊ quot cõditionibus perſonaꝝ deus
manifeſtat gloriam ſuam qñ decedũt. Et in-
ueni in quadã auc̃te ꝙ ſolum tribus cõditiõi
bus perſonaꝝ manifeſtat gloriã ſuaz dicens.
Gloria lybani data eſt ei decor carmeli ⁊ za-
ron. Jpſi videbunt gloriã dñi ⁊ decorem dei
noſtri yſa.xxxv. Nota gloria lybani.i. cando-
ris ſiue albedinis ſignificat pſonas innocen-
tes. Decor carmeli.i. tenelli. Ecce pſone pu-
re obedientes. zaron ideſt principes meren-
tium. Ecce perſone penitentes. his tribus cõ
ditionibus perſonarum deus manifeſtat glo
riam ſuam quando decedunt ſcilicet.

- Innocentibus pure.
- Obedientibus plene.
- Penitentibus condigne.

De quolibet iſtoꝝ dic thẽa. Mãifeſtauit ⁊c̃.
¶ Dico pº ꝙ deus mãifeſtat gloriã ſuã ifan-
tibus innocẽtibus pure: ſicut ſunt pueri poſt
baptiſmũ. qui ſunt ab originali purificati. ta-
les aũt ſunt innocẽtes.i. nõ nocẽtes. q2 nũq̃
nocuerũt alicui. Dicũt puri. q2 ſunt totaliter
ab originali pctõ purificati. Dic quõ peccatũ
originale eſt quedã macula exñs in aia ad in
ſtar mappe que caderet in peluim plenaz in-
cauſto ⁊c̃. Dicit.n. ſctũs Tho.i.q.lxxxij.ar.i.
ꝙ pctm̃ originale eſt habitus.ſ. languor natu
re. ideſt inordinata diſpoſitio ex diſſolutione
armõie originalis iuſticie. Eſt.n. peccatũ ori
ginale habitus corruptus nõ pura priuatio.
q2 dicit priuationẽ originalis iuſticie. ⁊ inor
dinatã diſpoſitionẽ partiũ aie. Jta ꝙ forma-
le eius vt dicit ſctũs Tho.ij.diſt.xxx.q.i.ar.iij
⁊ ẽt diſt.xxxi. ⁊ etiã pª.ij.q.lxxxij.ar.iij. eſt pri
uatio originalis iuſticie. materiale vero ẽ cõ-
cupiſcentis.i. inordinatio partiuz anime. vñ
ſcriptura. Quid eſt homo vt immaculat⁹ ſit
⁊ vt iuſtus appeat natus de muliere. Job.xv.
Nullus niſi ſit in vtero ſanctificatus. S3 pu-
rificatur ⁊ mũdat in lixiuio baptiſmi. nec eſt



alius modus mũdandi. ⁊ hoc dr̃ gloria lyba
ni.i. candoris ſiue albedinis. ſi tales decedũt
añq3 peccẽt ſtatiz euolãt. ⁊ ds manifeſtat eis
ſuã gloriã. Dic ɔ vetulas q̃ dicũt ꝙ imo tran
ſeũt purgatoriũ ꝑꝑ dolorẽ matris ⁊c̃. De his
dicit thẽa. Manifeſtauit gloriã ſuã.ſ. innocẽ
tibus. De hoc auc̃tas. Gřam ⁊ gloriã dabit
dñs. Quia pº iaz dat gřa in hoc mundo.ſ. in
baptiſmo. qm̃ maximã gřaz faceret rex ſi fili-
os ruſtici adoptaret in filios vt poſſent obti-
nere hereditatẽ regni. Hãc gřaz facit ds qui
filios illi⁹ ruſtici ade in baptiſmo adoptauit i
filios vt ɔſequant hereditatẽ paradiſi. Jõ ba
ptiſm⁹ vocat regeneratio in ſcriptura ſctã q2
ſic vir ⁊ vxor ſua generãt filios legitimos ⁊c̃.
ita xps de ſponſa ſua.ſ. eccia regenerat filios
Et baptizat⁹ eſt effect⁹ filius regis xpi. Aucto
ritas. Videte qualẽ cheritatẽ dedit nobis ds
pater vt filij dei noiemur ⁊ ſimus.i. Jo.iij. Jõ
dicit pº gratiã dabit dñs. Secũdo dicit glo-
riam dabit deus. q2 ſicut filij: ergo ⁊ heredes
Primo ergo dat gřaz baptiſmalẽ ꝑdict̃. ⁊ ſe
cũdo nõ priuabit bonis.ſ. gře ⁊ glorie frniti-
onis: qui ambulant in innocẽtia. Jõ ad Titũ
iij. apl's in perſona illoꝝ innocẽtiũ dicit. Nõ
ex operibus iuſticie que fecimus nos. ſ3 ſm ſuã
miam ſaluos nos fecit. Queſtio ẽ hic. Quid
eſt de pueris abſq3 baptiſmo decedentib⁹. nũ
quid habebunt gloriã: Rñſio ꝙ nõ. Si dica
tur quare: q2 nũq̃3 peccauerũt nec corde nec
ore ⁊c̃. Perſonis ſimplicibus videt ɔclude-
re hec rõ: que tñ nihil valet. imo eſſet ſimilis
ſtultitia q̃rere a rege. quare nõ dat regnũ ſuũ
filio ruſtici: q nũq̃ fecit aliq̃d ɔ eũ ⁊c̃. Quia
regnũ nõ dat extraneis: ſ3 filijs legitimis Jo.
iij. Amen amen dico vobis niſi qs renat⁹ fue-
rit ex aqua ⁊ ſpũſctõ nõ põt introire in regnũ
dei. Sed q2 nihil fecit ɔ deũ ideo nõ h3 penã
ſenſus: ſed ſolũ penã dãni: nec diſplicet eis q2
nõ hñt gloriã: nec habebũt ſcientes ꝙ nõ pti
net eis. ſicut nõ diſplicet ruſtico ꝙ non habet
regnũ francie: q2 ſibi nõ competit: ſ3 diſplice-
ret filio regis ſi nõ hẽret regnum. Jtẽ q2 non
diſplicet tibi ꝙ tu nõ habes alas: q2 nõ com-
petit tibi: ſ3 diſpliceret aquile vel falconi qb⁹
competit hẽre alas. Jdez de illis pueris qui
gaudent ⁊ diſputãt inter ſe. Moraliter habe
tis hic duas doctrinas. Prima ꝙ illi pueri
qui decedunt ſtatim poſt baptiſmũ non ſunt
flendi. q2 certi ſumus ꝙ ſunt in paradiſo. Nul-
lus veſtrũ fleret de filio quẽ rex reciperet de cu
ria: ⁊ ipm faceret magnũ dñm: imo gaudere-
tis. Jdem de regina. ſi reciperet filiã veſtram
Jdeo apl's.i. ad Theſ.iiij. Nolum⁹ vos igno
rare de dormientibus.i. innocẽter in xpo q̃e-
ſcentibus: ſ3 flendi ſunt filij adulti: ſupbi: aua
ri: luxurioſi: ribaldi ⁊c̃. ſed fili⁹ innocẽs qñ de
cedit põt dicere parentibus. Nolite flere ſup
me: ſed ſup voſipſos flete ⁊ ſuper filios vřos.
Lu.xxiij. Secũda doctrina ẽ ꝙ auiſetis vos
ꝙ non ex culpa veſtra pueri moriant ſine ba-
ptiſmo qm̃ in die iudicij reſurget i etate.xxx.
annoꝝ. petendo iuſticiã ⁊c̃. Dic quõ maſcu-
lus in.xl. die a cõceptione h3 aiam: femina ve
ro in.lxxx. die: vt dicit gl. ordiaria ſup Leui.
xij. Jdeo auiſent mulieres ne qñ ſunt graui-
de ſaltent vel currant eq̃tent tripudiãt. Jdeo
chriſtus. Videte ne ɔtemnatis vnũ ex his pu
ſillis. Dico.n. vobis q2 angeli eoꝝ in celis ſp
vident faciez patris mei qui in celis ẽ. Mat.
xviij. ¶ Dico ſecũdo ꝙ deus manifeſtat glo-
riam ſuã perſonis obediẽtibus plene. De pu
eris innocẽtibus nõ vult deus niſi purificati
onẽ baptiſmalem: ſ3 de adultis vult de⁹ obe-
dientiã generalem. Hoc oñdit nobis xps qñ
poſt ſermonẽ quez ipſe fecit de glia paradiſi
venit ad eũ quidã doctor di. Magř. q̃d bo-
ni faciam vt vitã habeam eternaz. Mat.xix.
Rñdit ſibi xps. Si vis ad vitã ingredi ſerua
mandata dei. At ille. Que. Tũc xps fecit mẽ
tionẽ de decem ꝑceptis in quibus reductiue
ſtant ⁊ includũtur oia ꝑcepta. De his decem
preceptis dedit de⁹ decẽ digitos in manibus
qui ꝑmaxime vident ad memorãduz ſic ſunt
decem digiti qbus opamur: ita ſunt decẽ ꝑce
pta quib⁹ meremur. Primũ ꝑceptũ ordinat
cor. q2 pᵐ ⁊ principale qd̃ requirit a nobis ds
ſicut dñs a ſubditis ẽ fidelitas cordis ne cur
ramus ad ſuos inimicos pro aliq̃ re mundi.
Secundũ ordinat os vt cũ reuerentia loqua
mur de dño. nõ iurare falſe pro aliq̃ re mũdi
nec enormiter: nec infideliter. Non aſſumes
nomen dñi dei tui inuanũ ẽt dicẽdo veritatẽ
abſq3 vtilitate vel neceſſitate: multo min⁹ in
falſum ⁊c̃. Tertiũ ordinat opus circa diligẽ-
tiaz habendã in ſeruitio diuino fiendo: q2 ip
ſe dat nobis ꝓuiſionẽ ⁊c̃. Dic quõ dñica ẽ ſer
uãda quieſcẽdo ab oi ope ⁊ miſſam audiẽdo
ꝑnatis quattuor ɔditiõib⁹. Alia tria ordinãt
pſonã circa ꝓximos quoꝝ primi ⁊ ꝑncipales
ſunt parẽtes. Jõ dicit. Honora patrẽ tuũ ⁊c̃.
Et vt ad hoc magis filij inclinent facit ꝓmiſſi
onẽ dicẽs. ⁊ eris longeuus ſup terrã. Et apo-
ſtolus ad Eph.vi. Filij obedite parentib⁹ ve-
ſtris in domino. quod eſt primum mandatũ
in promiſſione ⁊ eris longeuus ſuper terram

Nota in dñō:non ꝯ dñm. Proximi min⁹ pͥn
cipales ſunt inimici. Etiā vult ds ꝙ circa ini-
micos habeamus patientiā nec ſumamus vin
dictā. Jō p̄cepit ds. Non occides.ſ. cā vindi
cte q2 mihi vindictā.ſ. reſeruaui. ⁊ ego retri-
buā. Deut.xxxij.⁊ ad Ro.xij. De alijs proxi
mis di. Nō furaberis nec per rapinā nec per
vſurā nec per retētiōes.⁊ ſic de alijs. Alia q̄t
tuor p̄cepta ordināt hoiem circa ſcipꝫ. Pri-
mū ordinat ꝓpriū corpus vt ſit caſtuꝫ. Sicut
qlibet vult ꝙ equ⁹ ſu⁹ caſte viuat.iō dic̄. Nō
mechaberis. Nō quō p̄ter mrioniū totū ē lu
xuria ⁊ pctm̄ ⁊c̄. Scōm ordinat aiam.q2 mo
dicū valeret corp⁹ caſtū:⁊ aia putana per de-
ſideria mala ⁊ ꝯcupiſcētias. Jō dicit. Nō cō-
cupiſces vxorē ꝓximi tui. 3m ordinat os non
mētiri:maxie in dānū ꝓximi in iudicio nec in
terra. Jō dicit. Nō falſum teſtimoniū dices:
imo opꝫ reſtituet famā. Quartū ordinat cor
di. Nō ꝯcupiſces rem ꝓximi tui.i. ad Thi.vi.
Radix oiuꝫ maloꝝ ē cupiditas. Seneca. Si
iſta duo ꝓnoia meū ⁊ tuū ⁊c̄. Ecce hic ordia
tio totius bone vite erga deū ⁊ ꝓximū ⁊ ſeip
ſum. Auc̄tas. Si audierint ⁊ obſeruauerit cō
plebunt dies ſuos in bōis ⁊ ānos ſuos in glo
ria. Job.xxxvi. ergo manifeſtauit gloriā ſuaꝫ
pſonis plene obediētib⁹. ¶ Dico 3º ꝙ ds ma
nifeſtat gloriā ſuā pctōrib⁹ digne penitētib⁹
qō bñ expedit nobis q totiēs peccamus faci
endo ꝯ dei p̄cepta. Jō dicit xp̄s in pº ſmone
quē fecit. Pniam agite. Matth.iiij. Exinde
ſ. poſt ieiuniū cepit p̄dicare ⁊ dicere. Pniaꝫ
agite. Ecce pm thema xp̄i. Iteꝝ Matth.iij. in
qt ioānes. Facite dignū fructuꝫ pnie. Digna
pnia in quattuor ꝯſiſtit:q̄ pñt iterari.ſ. totiēs
quotiēs. Pm eſt cordis ꝯtritio reſpectu mū-
di vel fame vel honoris ſiue piculi. Recogi-
tabo tibi oēs an.m.i ama.a.mee. Yſa.xxxviij.
Scōm eſt emendandi ꝓpoſitū. q2 nullus re-
diret libēter ad emendū cibū potionatū ſiue
venenatū ſi euaderet ſemel. Sic oia pctā mor
talia ſunt potiōes aie. Jō Jo.viij. Uade ⁊ iaꝫ
amplius noli peccare. Tertiū eſt oris ꝯfeſſio:
quaſi ad vomitū ſe ꝓuocādo vt eijciat extra
cib⁹ potionat⁹ de ſtomacho aie ꝯfitēdo pctā
ſua ⁊c̄. Prouer.xxviij. Qui abſcondit pctā
ſua nō dirigef. q aūt ꝯfitef ⁊ reliq̄rit ca miam
dei ꝯſequef. Quartū pnie iniūcte obſeruatio
als nihil valet cōfeſſio. Jō ſcriptura ſcā. Qui
humiliat⁹ fuerit ⁊c̄.ſ. ad faciēdū pniam erit i
glia. Job.xxij. cor hūiliaf p ꝯtritionē:os p cō
feſſionē. burſa p reſtitutōnē. corp⁹ p pnialē af
flictionē. ta ib⁹ ds māifeſtat gliā ſuā. Deo.g.

¶ De eadem dñica. Sermo tertius.

Y Drie ſex poſite ſecun
dum purificationē. Jo.ij. Hoc thēa
dat mihi motiuū ⁊ rōnē declarandi
que ſunt illa que ds ordinauit ad purificādū
aias nr̄as vt poſſint intrare paradiſuꝫ. ſed pº
ſalutef virgo maria ⁊c̄. Ydrie ſex poſite ⁊c̄. ſꝫ
i. pp purificationē. Juxta intellectū ſpūalem
quē volo ptractare. ſciendū ꝙ in incarnatiōe
dñi noſtri ieſu xp̄i fuit factū matrimoniū iter
filium dei ⁊ noſtrā humanitatē. q2 ſicut vir ⁊
vxor nō ſunt duo ſed vna caro. Matth.xviij.
Ita xp̄s ds ⁊ hō nō ſunt due pſone ſed vna.
Itaqꝫ iā nō ſunt duo.ſ. ſuppoſita:ſꝫ vnum tm̄
Spōſalia fuerūt facta in aula vteri virginalis
Jō dd loquens de xp̄i diuinitate dicit. Jpe āt
tanq̄ ſpōſus ꝓcedens de thala. ſuo. ps. xviij.
Sꝫ nuptie fiūt nō i hoc mūdo. q2 nō ē locus
aptus nec ſufficiēs pro tātis nuptijs:ſꝫ fiūt in
celo empireo. Auc̄tas. Simile ē regnū celo-
rū hoi regi qui fecit nuptias filio ſuo. Matt.
xxij. Sicut.n.i nuptijs architriclini nullus in
trabat niſi prius lauaref. ⁊ pp hoc erāt ibi ſex
ydrie:vt dicit the. ad lr̄am. ſic nec in nuptijs
paradiſi pōt aliqs intrare niſi p̄us mundef ⁊
purificef in hoc mūdo. q2 nō intrabit in eā.ſ.
gloriā aliqd coinqnatū aut abominationē fa
ciens. Apoc.xxi. pp qō xp̄s ſponſus poſuit in
hoc mūdo ſex ydrias.ſ. ſex opa pnialia ad la
nandum ⁊ purificandū animas noſtras.

Y Prima eſt contritio cordialis.
Y Secunda ꝯfeſſio ſacramentalis.
Y Tertia afflictio penitentialis.
Y Quarta oratio ſpiritualis.
Y Quinta donatio miſericordialis.
Y Sexta remiſſio iniurialis.

¶ Prima ydria eſt pm opus pnie que eſt cō
tritio cordialis. qñ pſona cogitat ſua pctā et
vicia ⁊ mala q̄ fecit ꝯterif di. O miſer qd erit
de me q2 tot feci pctā. Uerbigrā. de quolibet
ſtatu. Pº de religioſo qui nō ſeruauit regu-
lā nec ꝯſtitutiones nec ordinatiōes ſui ordi-
nis. ſꝫ vixit ad libitū qñ reducif ad ſe ꝯteritur
dicēdo. o miſer qd erit d me ⁊c̄. Jn iſta ydria
mundaf ⁊ purificaf aia:maxime qñ eſt ibi aq̄
lachrymaꝝ. de hoc in planctu regis Ezechie.
Ecce i pace amaritudo mea amariſſima Jſa.
xxxviij. Dic quō pctōr ſemp eſt in guerris cū
deo. ſꝫ cōtritio pctōꝝ facit pacē inter deum ⁊
pctōrē. iō dicit. Ecce in pace amaritudo mea
amariſſima. Pax.n. cauſaf ex amaritudine
ideſt ꝯtritiōe. Uel q2 ex pace.ſ. mūdana ama



ritudo cauſatur. Hec.n. pax eſt amara:amari
or:amariſſima:ex amaritudine.i. contritione
Amara:q2 pdidit grām dei. Amarior:q2 per
didit hereditatē paradiſi. Amariſſima:q2 eſt
ſniatus ad dānationē infernalē. ¶ Secunda
ydria eſt ꝯfeſſio sacr̄alis. Nota ꝙ cōfeſſor dꝫ
ſedere tanq̄ iudex:⁊ pctōr ad eius pedes dꝫ
ꝯfiteri oia pctā ſua accuſando ſe ⁊c̄. Et in fine
ꝯfeſſionis qñ ꝯfeſſor abſoluit aia purificatur ab
oibus culpis mortalibus. De hoc figura.iiij
Re.v. vbi hr̄ ꝙ qdam nobilis hō qui erat le
proſus venit ad heliſeuꝫ vt purificaref ab eo
a maculis lepre. Cui dixit ꝓpheta. Uade la-
uare ſepties in iordane:⁊ recipiet ſanitatē ca
ro tua atqꝫ mūdaberis. Et ſic fuit factuꝫ. Hic
fuit figurata ꝯfeſſio. vñ flumen iordanis ideꝫ
eſt ꝙ flumē iudicij. Ecce h̄ ꝯfeſſio in qua con
feſſor eſt iudex:iō dꝫ ſedere. pctōr eſt reus qui
dꝫ lauari ibi ſepties.i. ꝯfiteri de ſeptem pctis
mortalib⁹:ad q̄ oia alia pctā reducunf. Pº
ꝯfiteri de pctō ſupbie. nō ſoluꝫ in gñe:q2 non
ſufficit. ſꝫ i ſpē. Jdē de alijs pctis. ⁊ ſic aia pu
rificaf. O magna grā ē iſta ꝙ ex ꝯfeſſiōe pec
cator abſoluif. O ppm fit i iudicio hūano: in
quo fctā ꝯfeſſione criminū pctōr ſniatur ⁊ cō
demnaf ⁊c̄. Jō eſt maxima culpa illoꝝ q no-
lunt ꝯfiteri:imo ſtabūt per tres vel q̄ttuor an
nos ⁊c̄. Si ꝯfiteamur pctā nr̄a fidelis ē iuſtus
eſt ds vt remittat nobis pctā nr̄a.ſ. virtute cō
feſſionis ⁊ emūdet nos ab oi iniqtate.i. Jo.i.
Propter hoc ē ordinatuꝫ ab eccia vt qlibet
ad min⁹ ſemel in āno ꝯfiteaf.ſ. in.xl.⁊ cōicet i
paſcha. als dꝫ priuari eccleſiaſtica ſepultura.
Juxta decretalē. Ois vtriuſqꝫ ſex⁹. ex̄ de pe-
ni.⁊ remi. ¶ Tertia ydria ē afflictio pnialis.
Rō ē. q2 occaſiōe carnis nr̄e facim⁹ oia pctā
q2 aia ex ſua ꝓpria ꝯditione ſp vellet ꝯtēplari
vt angeli ſꝫ caro trahit ipaꝫ mō ad ſupbiam.
mō ad auaritiā. mō ad luxuriā. ⁊ ſic de alijs.
Caro ꝯcupiſcit aduerſum ſpm̄ ⁊c̄. ad Gal.v.
Jō caro ē corripiēda ⁊ caſtigāda afflictioni-
bus ⁊ ieiunijs ⁊c̄. qm̄ meli⁹ ē ꝙ pr̄ corrigat fi
liū vel filiā q̄ꝫ ꝙ vadat ad furcā. Sic corpus
ē filius. caro ē filia. meli⁹ ē ꝙ corrigaf a te q̄ꝫ
a ſagionib⁹ inferni.i.a demonib⁹. Auc̄tas. Si
noſmetipſos iudicarem⁹:nō vtiqꝫ a dño iudi
caremur.i. Coꝝ.xi. Sꝫ defect⁹ eſt nr̄ q2 pro ſa
nitate corpis abſtinem⁹ libēter:⁊ pro ſanita-
te aie nolum⁹ aliqd facef. Hoies armoꝝ pro
nihilo ſuſtinēt tot labores. eſuriūt. ſitiūt. por-
tant arma ferrea ⁊c̄. ſꝫ pro aia nihil. Jō faciet
de⁹ iuſticiā ⁊ punitionē i iferno. Auc̄tas. Di-
co vobis ꝙ niſi pniaꝫ hūeritis oēs ſil̄ pibitis

ſicut illi.xviij. ſup q̄s cecidit turris ſiloe:⁊ oc-
cidit eos. Nō decimūoctauū pctm̄.ſ. impnia
finalis dānat hoieꝫ. Lu.xiij. ¶ Quarta ydria
eſt oiō ſpūalis. Quidā faciūt ſolū oiōnē cor
poralē:q ſolū ore dicūt dba. ſꝫ cor cogitat ali
ud ſiue de coqna. ſiue de foro. ſiue d taberna.
Sed oiō ſpūalis ē qñ qs cogitat corde qō lo
quif ore. Aug. in regula. Pſal.⁊ hymnis cū
oratis deū hoc verſef in corde qō ꝓferf i ore.
Sic ad hoc innuēduꝫ ꝯiungunf due man⁹ q̄
ſignt ꝯiunctiōes oris ⁊ cordis:⁊ tūc ē oratio
ſpūalis. dbigrā. qñ hō dicit pr̄ nr̄ vel aue ma
ria cor dꝫ tūc cogitare cū quo loqf: q2 qui cū
papa vel rege loqf:cū magna reuerētia loqf
nō ſe agitādo vel induēdo. Sic hō in oiōne
loquif cū ſummo pōtifice ⁊ rege xp̄o:q̄re cuꝫ
magna reuerētia. als ⁊c̄. Jō apls. ſi ore ligua
ſ. tm̄. ſpūs meus orat. mēs āt mea ſine fructu
ē. Quid gº. Orabo ſpū:orabo ⁊ mēte. Pſal
lā ſpū:pſallā ⁊ mēte.i. ad Coꝝ.xiiij. Tal̄ oiō
ſpūalis purificat aiaꝫ:ſꝫ ꝙ declarat xp̄s Lu.
xviij. de illo publicano qui aſcēdit ad tēpluꝫ
vt oraret di. Deus ꝓpiti⁹ eſto mihi pctōri:ne
ſciebat aliā orationē. De quo dicit ibidē xp̄s
Amē dico vobis:deſcēdit h̄ iuſtificat⁹ in do-
mū ſuā. iō dꝫ ſp orare. Lu.xviij.ſ. mane ⁊ ſero
nō deſiſtere. ¶ Quinta ydria eſt donatio mi
ſericordialis:q2 ds ē liberalis ⁊ maxie libera
lis. Jō dic̄ ipe. Qō ſupeſt date elemoſynaꝫ:⁊
ecce oia mūda ſunt vobis. Lu.xi. Nō qō ſup
eſt.ſ. fcā reſtitutiōe date elemoſynaꝫ de bono
iuſto:⁊ ecce oia.ſ. pctā ſunt vobis mūda. Si
dicaf. Quid faciā:q2 multa furat⁹ ſuꝫ ⁊ nihil
hēo. Rñſio ſꝫ iuſ. q nō pōt ſoluere cedat bo
nis ⁊ ē liberat⁹. Quia dicit regula iuris.xiiij.
q.vi. Si res aliena pp quā pctm̄ ē poſſit red-
dere ⁊ nō reddif:pnia nō agif: ſꝫ ſimulaf. Si
aūt veraciter agif nō remittef pctm̄ niſi reſti
tuaf ablatū ſi reſtitui pōt. plerūqꝫ.n. qō aufer
tur amittif:nec aliud hꝫ vñ reſtituat:huic cer
te nō poſſumus dicere. Redde qō abſtuliſti.
Hec Aug. Sic ſedere poteſtis ⁊ ſeruire deo
in aliq̄ bono ſtatu:⁊ orare pro illis qb⁹ tene-
mini ⁊ ſic nullus pōt excuſari a reſtitutōe vel
corpali vel ſpūali. Thob.iiij. Ex ſuba tua:nō
aliena fac elemoſynā quō poteris ita eſto mi
ſericors. ſi multū tibi fuerit abūdanter tribue
ſi exiguū fuerit:etiā exiguū libēter impartiri
ſtude. ¶ Sexta ydria eſt remiſſio iniurialis. ſi
vis vt deus tibi remittat iniurias quas tu fe-
ciſti ꝯ deū remitte inimicis iniurias quas tibi
fecerūt. Jn pūcto.n. quo remittis inimico tuo:
in eodē puncto de⁹ tibi remittit. q2 ds nō pōt

ſuperari a creatura in bonitate qđ tñ fieret ſi
tu remitteres ⁊ ipſe non remitteret tibi. Sic
quõ in iudicio particulari vel vniuerſali deus oñ
det aie plagas ſuas dicẽs. Ecce ego quid ſu-
ſtinui pro te. videam⁹ qd feciſti pro me. Bñ-
dictus qui tũc poterit dicere cuꝫ veritate. Et
ſi ego nõ tm̃ feci ꝓ vobis q̃ ſtuꝫ vos feciſtis ꝓ
me: tñ amore veſtri remiſi taleꝫ iniuriã ⁊c̃. Deo
ꝯ eſt cõtentus. Jõ dicit ipſemet. Si dimiſeri
tis hoibus pctã eoꝝ: dimittet ⁊ vobis pater
vr̃ celeſtis delicta vr̃a. Si aũt nõ dimiſeritꝭ oi
b⁹: neq3 pr̃ vr̃ dimittet vobis pctã vr̃a. Mat.
vi. Ecce quare dicit thema. ydrie ſex poſite ſe-
cundũ .i. ꝓ purificationem. Deo gratias.

¶ De eadem dñica. Sermo quartus.

q

# Uodcũq3 dixerit vo

bis facite. Jo. ij. Pro introductione
ſciẽdũ ꝙ inter oĩa opa ⁊ vtiliora que
poſſumus facere pro nr̃a ſalute ꝑncipalius ⁊
maius ẽ obedire mãdatis dei: ⁊ nõ exiſtimet
aliqs hoiuꝫ ꝙ aliter poſſit intrare paradiſuꝫ
nec per diuium vel ptãtem ſecularem nec ſpũ
alem nec per pulchritudinẽ corporalẽ: ſꝫ per
humilem obediẽtiaꝫ. Et iõ ꝯ ſenſus corpis ⁊
inclinationes carnis ⁊ temptationes demo-
nũ reqritur ꝙ teneã mandata dei. Et conſtat
clare per experientiã quottidianã ꝙ perſona
que vult ꝯſequi aliqđ bonum finale qđ per ſe
ipſam hẽre nõ põt: oꝫ ꝙ ſit placida ⁊ confor
mis voluntati illius a quo illud bonũ hꝫ ꝯſe-
qui: ⁊ ꝙ ſm voluntatẽ illius ſe regat. Et hoc
apparet in triplici bono. ſ. in bonis corpis: in
bonis aie: ⁊ in bõis vite. Primo in bono aie
certuꝫ eſt ꝙ ſi hõ deſiderat hẽre ſciam: qđ eſt
vnum magnũ bonũ ⁊ perfectio anie quã per
ſuum ingeniũ hẽre nõ põt: oꝫ ꝙ hẽat mgr̃m
⁊ ſtet ad regimẽ voluntatis illi⁹. Uñ phs di
cit. Oportet addiſcentẽ credere. Naꝫ ſi mgr̃
diceret diſcipulo dicas a. Si diceret diſcipu-
lus mgr̃o ꝯ probo ꝙ eſt b. bene eẽt malignuſ
nec eſſet in gr̃a mgr̃i. Secũdo apparet in cor
pore. Si eſt aliqs hñs ĩfirmitatẽ ⁊ neſcit quõ
curabit: oꝫ ꝙ teneat ordinẽ medici ⁊ ꝯſilium
ad hoc vt ſanitatẽ ꝯſequat̃. Unde Aug. Se-
metipm interficit qui pꝛecepta medici ſuare
ꝯtemnit. Nã ſi medicus diceret vobis ꝙ co-
mederetis caponẽ ⁊ comederetis bouẽ: non
ꝯſequeremini ſanitatẽ. 3° apparet in vita nr̃a
Uñ figurã ⁊ exemplum habemus Geñ. xli.
vbi legit̃. Trãſactis ſeptẽ annis vbertatis qui
fuerant in egypto: ceperũt venire ſepteꝫ anni
inopie quos ꝑdixerat ioſeph: ⁊ ĩ vniuerſo or-
be preualuit fames. In cuncta etiã terra egy
pti fames erat. Sed ioſeph filius iacob ꝑſcie
bat iſtã aduerſitateꝫ ⁊ cariſtiã futurã: ⁊ fact⁹
fuit gubernator per pharaonem in toto ſuo
regno: qui fecit in ſeptẽ annis vbertatis ꝑce-
dentibus magnam ꝓuiſioneꝫ. ⁊ cũ ppl's egy-
pti veniret ad regẽ di. Dñe ⁊ nos ⁊ filij noſtri
morimur fame. Rñdebat rex. Ite ad ioſeph
⁊ quodcũq3 dixerit vobis facite. q. d. ſi vultis
liberari ab hac fame nõ regatis vos ſꝫ volũ-
tateꝫ veſtrã: ſꝫ ſm regimen ioſeph. Nũc ergo
gloriã paradiſi nõ poſſumus ꝯſequi per nos-
ipſos. Nunqd eſt aliqs ita leuis q poſſit aſcẽ
dere ad celuꝫ: certe nõ. ſꝫ ſi hꝫ aſcendere oꝫ ꝙ
aſcendat per manũ xp̃i ſaluatoris. Nam eſſe
nature per nos nõ habemus: qꝛ tu nõ feciſti
te quãtũ ad corpus. nec te creaſti q̃tũ ad ani
mã. Uñ ps. xcix. Scitote qm̃ dñs ipſe eſt de⁹
ipſe fecit nos ⁊ nõ ipſi nos. Silr̃ eſſe gratie nõ
poſſumus hẽre niſi a dño ieſu xp̃o. Ad Eph.
ij. Gr̃a. n. eſtis ſaluati per fidẽ: ⁊ hoc non ex
vobis. Dei. n. donũ eſt nõ ex opibus ne quis
glorietur. Similiter eſſe glorie nõ poſſumus
habere niſi a deo. Uñ ps. lxxxiij. Gr̃am ⁊ glo
riam dabit dñs. Oportet ergo ꝙ poſtq̃ deſi
deramus hẽre gratiã ⁊ gloriã a deo ꝙ ſimus
ei obedientes in mãdatis: ⁊ ꝙ regamus nos
ſm voluntatẽ eius. Sic. n. exẽpluꝫ habemus
Lu. x. Nam cũ quadaꝫ die xp̃s ꝑdicaret mul
tas excellentias glorie paradiſi. O quõ ſcie-
bat illas perfecte. Quidaꝫ legiſlator in amo
re illius glorie fuit inflãmatus dicẽs chriſto.
Magiſter qd faciendo vitam eternã poſſide
bo. Cui xp̃s. In lege quid ſcriptũ eſt: quõ le-
gis. Qui ait. Diliges dñm deum tuum ex to
to corde tuo ⁊ ex tota aia tua: ⁊ ex totis viri-
bus tuis ⁊ ex tota mẽte tua ⁊ proximũ tuum
ſicut teipm. Dixitq3 illi. Recte rñdiſti. Hoc
fac ⁊ viues. Et iõ virgo maria mater gr̃e ſci-
ens ꝙ qui vult ſalutẽ cõſequi opꝫ ꝙ ſe regat
ſm voluntatẽ filij ſui. Dixit nobis thẽa. Qđ
cunq3 dixerit vobis facite. Modo ſuꝫ in mã
quam intendo ꝑdicare. Sciendũ ꝙ inter oĩa
alia que xp̃us mandauit xp̃ianis ad gloriam
habendam eſt ꝙ ſuam ſanctam ⁊ benedictaꝫ
vitam imitemur: que repñtatur in miſſa. Au
ctoritas. i. Corinth. xi. ⁊ Luce. xxij. Hoc faci-
te in meã cõmemorationẽ. nõ dicit in memo
riam paſſionis: ſed ſimpliciter in meã cõme-
morationem. qꝛ non ſolum paſſio: ſed tota vi
ta xp̃i a die natiuitatis vſq3 ad diem aſcenſi-
onis ibidem preſentatur. Sꝫ diceret aliquis
ꝙ hoc mandatũ fuerit ſolũ datũ preſbyteris.



Sed dico ꝙ hoc mãdatũ a pꝛ̃ſbyteris ad lay-
cos dirigit̃ pꝛ̃ſbyteris vt memorent̃ vitã xp̃i ce
lebrãdo. laycis vt memorent̃ deuote audien-
do. Et ꝓ hoc dicit thẽa. Qđcũq3 dixerit vo
bis facite. ſ. hoc memorãdo vitã xp̃i pꝛ̃ſbyteri
deuote celebrãdo: ⁊ layci deuote audiendo.
Nũc ſum in mã. Et ſciatis ꝙ repio ꝙ a die q̃
xp̃s deſcẽdit de celo per icarnationẽ vſq3 ad
diẽ quo aſcẽdit in celũ tota vita ipſius repñta
ta eſt in miſſa ſolẽni per triginta opa ꝑncipa
lia. Uñ credo ꝙ ſunt mlr̃a alia opa que neſci
mus Jõ Jo. penultimo ⁊ vlr̃io. Multa qdẽ
⁊ alia opa fecit ieſus que nõ ſunt ſcripta ĩ li°
hoc. que ſi ſcribant̃ per ſingula nec ipm arbi-
tror mundũ cape poſſe eos qui ſcribẽdi ſunt
libros. Ita ꝙ mũdus nõ poſſet ea capere vel
cõprehendere. aut lingua hois dicere q̃tum
eſt de ſecretis. Nã ita ſunt ſparſa ac multipli-
cata ſecreta in miſſa ſicut athomi ĩ radio ſol̃.
⁊ nõ pñt exprimi: nec ſciri: nec dici. Naꝫ nõ ſe
mouet pꝛ̃ſbyter in miſſa qn ibi ſit ſecretũ. Sed
nũc dicã vobis ꝑncipalia: ⁊ ſunt triginta. Jõ
attẽdite cũ attentione. ⸿ Primũ incarnatio
⸿ Secundũ natiuitas. ⸿ Tertiũ circuncifio.
⸿ Quartũ apparitio. ⸿ Quintũ in templuꝫ
pñtatio. ⸿ Sextũ in egyptũ deſcẽſio. ⸿ Se-
ptimũ de egyto receſſio. ⸿ Octauũ inuẽtio ĩ
tẽplo. ⸿ Nonum baptiſmi ſuſceptio. ⸿ Deci
mũ ieiunij inchoatio. ⸿ Undecimũ ḃa ꝑdica
tio. ⸿ Duodecimũ miraculoꝝ oñſio. ⸿ Tre-
decimũ cũ apl̃is cenatio. ⸿ Quartũdecimũ
in horto orõ. ⸿ Quintũdecimuꝫ ſua captio.
⸿ Sextũdecimũ ſua crucifixio. ⸿ Decimũſe
ptimũ in cruce orõ. ⸿ Decimũoctauũ lateris
pforatõ. ⸿ Decimũnonũ ſeptẽ ḃboꝝ locutio
⸿ Uiceſimũ hũanitatꝭ dimiſſio. ⸿ Uiceſimũ
pm̃ ppl̃i illuminatio. ⸿ Uiceſimũſecũduꝫ ad
inferna deſcẽſio. ⸿ Uiceſimũtertiuꝫ de cruce
depoſitio. ⸿ Uiceſimũq̃rtũ ſyndonis iuolu-
tio. ⸿ Uiceſimũqntuꝫ reſurrectio. ⸿ Uiceſi-
mũſextũ appitio. ⸿ Uiceſimũſeptimũ panis
comeſtio. ⸿ Uiceſimũoctauũ ad ꝑdicãdum
miſſio. ⸿ Uiceſimũnonũ papatus inſtitutio
⸿ Triceſimũ ⁊ vltimũ ĩ celũ aſcẽſio. ¶ Pm̃
op⁹ xp̃i fuit ei⁹ icarnatio. qñ deſcẽdẽs de celo
ſe poſuit in vẽtrẽ ḃginalẽ iduẽs hũanitatẽ. ⁊
dico ꝓ tãto ꝙ iduit hũanitatẽ: qꝛ diuinitas erat
ſecrete occultata ſub hũanitate. Et debet̃ ſci-
re ꝙ icarnatio fuit fcã p totã trinitatẽ: qꝛ opa
trinitatꝭ ad ex̃ vt eſt mgr̃alis regula: ſunt idi-
uiſa. ſꝫ tñ ſolus fili⁹ remãſit indut⁹ hũanitate.
Sicut p opationẽ triũ hoiuꝫ qui veſtiũt vnã
tunicã alicui corꝑ: certũ eſt ꝙ oẽs induũt. ſe. ⁊
vnus remanet indut⁹ ⁊ nõ alij. ⁊ ſic pr̃ ⁊ ſpũſ-
ſctũs induerũt hũanitatẽ filio: ſꝫ tñ ſolus fili⁹
remãſit hũanitate indutus. Et hoc dico ꝙ re
preſentat̃ in miſſa ſolẽni: ⁊ nõ in alia. Naꝫ qñ
pꝛ̃ſbyter intrat ſacriſtiã ⁊ ibi tres induũt eũ. ſ.
dyacon⁹ ⁊ ſubdyacon⁹ ⁊ ipſemet ſe iduit alijs
adiuuãtibus. tñ ipſe ſolus remanet indutus.
Sic ſaluator nr̃ xp̃s ſummi⁹ ſacerdos fuit idu
tus in illa gl'ioſa ſacriſtia. ſ. vteri virginal' btẽ
marie plena reliquijs virtutũ ⁊ gr̃aꝝ. ⁊ ſi vul
tis altius ꝯtẽplari. ſicͭ in ſacriſtia relique ⁊ or-
namẽta ⁊ alia ꝑcioſa cuſtodiũt̃: ſic in illa ꝑci
oſa ⁊ glorioſa ſacriſtia btẽ virgis plena virtu
tib⁹ ⁊ gr̃a ꝯſeruabant̃ iocalia nr̃e ſalutis. ſ. ſal
uator mũdi. Iſta ornamẽta fuerũt hũanitas
⁊ põtificalibus fuit indut⁹ in die veneris ſtan
do in altari crucis. Et ſi adhuc alti⁹ vultis cõ
tẽplari. ſicͭ pꝛ̃ſbyter ſecrete induit ſe in ſacriſtia
Nã nullus de ppl̃o videt ſacerdotẽ ſe indue
re: ſic qñ xp̃s ſumm⁹ põtifex induit ſe hũanita
te in ſacriſtia btẽ virgis ꝓmiſſa dicẽda ĩ alta-
ri crucis. nullus de ppl̃o iudaico vidit nec ſci
nit ipm: tñ fuit incarnat⁹. Et ſi vultꝭ plus ꝯtẽ-
plari. ſicͭ pꝛ̃ſbyter in ſacriſtia induit ſeptẽ veſti
mẽta. Pm̃ eſt. ſi eſt eps ſandalia. 2m̃ amict⁹.
tertiũ alba lõga. q̃rtũ cingulũ. qntũ manipu
lum. ſextũ ſtola. ſeptimũ caſula. Sic xp̃s ſum
mus ſacerdos idut⁹ fuit in vtero ḃgis marie
ſeptẽ indumẽtis. q̃ ſũ. vij. dõa ſpũſſcti. De qb⁹
Yſa. xi. Egrediet̃ virga de radice ieſſe: ⁊ flos
de radice ei⁹ aſcẽdet ⁊ regeſcet ſup eum ſpũs
dñi: ſpũs ſapie ⁊ intellect⁹. ſpũs ꝯſilij ⁊ forti-
tudis. ſpũs ſcie ⁊ pietatis. ⁊ replebit euꝫ ſpũs
timoris dñi. Itẽ yſa. iiij. Apphẽdẽt ſeptẽ mu-
lieres viꝝ vnũ in die illa. ſ. incarnationis. Nõ
ſeptẽ mulieres ſunt ſeptẽ dona ſpũſſcti q̃ acci
piẽt viꝝ vnũ. ſ. xp̃m. Ecce quõ iſta ſeptẽ dona
ſpũſſcti qbus xp̃us fuit indutus repñtant̃ per
iſtas ſeptẽ veſtes quib⁹ ſacerdos induit ſe. Ec
ce pm̃ opus xp̃i bñ ergo dicitur. Hoc facite ĩ
meã cõmemorationẽ. ſ. incarnationis. ¶ Se
cundũ opus fuit eius natiuitas: qꝛ voluit na-
ſci in diuerſorio palam ⁊ manifeſte. Etiã nox
claruit ſicut dies. Iteꝫ voluit naſci inter Jo-
ſeph ⁊ virginẽ Mariam. ⁊ iacere inter bouẽ
⁊ aſinum. Itẽ audita fuit ⁊ viſa multitudo an
geloꝝ dicentium. Gloria in altiſſimis deo.
Luce. ij. Itẽ paſtores dicebant. Tranſeamus
vſq3 bethleem: ⁊ videamus hoc verbũ qđ fa-
ctum eſt: qđ fecit dñs ⁊ oñdit nobis. Ecce er-
go qui ſtabat in illa ſacriſtia glorioſa ſecrete
poſtea in natiuitate ſe mãifeſtauit publice. Et
hoc repꝛeſentat preſbyter qñ exit de ſacriſtia

Nam pſbyter repñtat xp̄m. dyaconus beatá
virginé ſubdyaconus ioſeph qui erat collate
ralis xp̄o. Duo aũt accoliti repñtant boué ⁊
aſinū. Lux quá poꝛtát accoliti in cádelabꝛis
repñtat illá claritaté que reſplenduit í nocte
illa. Choꝛus canēs glia pſi: repñtat choꝝ an
geloꝝ canentiū. In exitu pſbyteri de ſacriſtia
cantat̃ introit⁹ per que repñtat̃ gaudiū paſto
rū ſonātiū fiſtulas. Itē ſacerdos exit de ſacri
ſtia bñ ablut⁹ facie ⁊ manib⁹ cū caſula aurea
⁊ totus mūdus ſine macula cū letitia magna
Hoc fit ad deſignádum ꝙ ita xp̄s fuit natus
abſq̃ macula de virgine. Vñ dauid in ſpū ſci
ens natiuitaté xp̄i eē imaculatam dixit. ps. x
viij. In ſole poſuit tabernaculū ſuū: ⁊ ipſe tan
q̃ ſponſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. q2 exiuit
totus foꝛmoſus tāq̃ ſponſus q exit cū ánulo
⁊ hoc repñtat ep̄s qui induit annulos. ¶ 3m
opus fuit qñ octaua die voluit circūcidi. ⁊ q
diligēter meditaret̃ quare dabat̃ circuncíſio
videret excellentiá hui⁹ opis quō xp̄s ſe hūi
liauit. Ná ſicut latroni dat̃ cauteriū igneum
vel ſcandit̃ in aure in ſignū furti vt cognoſca
tur. Sic d̄s in ſignū illi⁹ furti qđ fecit adá fa
ciebat hoīes circūcidi in illa pte verecūdoſa
Et tñ lꝫ xp̄s nō teneret̃ ad circūciſioné nec ad
inciſioné cū nō veniſſet per illá generationeꝫ
coꝛruptá. ſ. ade: ſꝫ erat purus ſine macula vo
luit tñ circūcidi. Et hoc repñtat pſbyter qñ in
clinatus coꝛá altari dicit. Cōfiteoꝛ ⁊c̄. Naꝫ lꝫ
pſbyter fuit ꝯfeſſus ſacr̃aliter. al's in damnati
oné ſuá accedit ad altare ſi hꝫ ꝯſcientiaꝫ pcti
moꝛtalis ⁊ copia aſſit ꝯfeſſoꝛis: ⁊ facta ꝯfeſſi
one q̃uis non hēat pctm̄ moꝛtale tñ tenet̃ ſe
dicere pctōꝛem etiá ſi eſſet ita ſctūs ſicut ioá
nes baptiſta. ⁊ hoc ad oñdendū ⁊ ſignifican
dum ꝙ xp̄s qui eſt initiū ⁊ plenitudo totius
ſctitatis oñdit ſe peccatoꝛeꝫ ſubijciens ſe legi
circūciſionis. Auctas. Miſit de⁹ filiuꝫ ſuum
factū ex muliere factū ſub lege vt eos qui ſub
lege erát redimeret. Ad Gal. iiij. ¶ Quartū
opus fuit apparitio. qñ de fine mūdi a parte
oꝛientali duxit reges per ſignuꝫ ſtelle ⁊ ibi in
pꝛeſepe inter beſtias iacenté eū adoꝛauerūt:
⁊ obtulerūt ei auꝝ: th⁹: ⁊ myrrhá. Hoc repꝛe
ſentat pſbyter qñ poſt cōfeſſionem inclinat ſe
ꝓfunde: ⁊ ſic capite inclinato adoꝛat ⁊ dicit.
Aufer a nobis dñe ⁊c̄. Et ſicut reges obtule
rūt tria. ſ. auꝝ: thus ⁊ myrrhá. ſic pſbyter icli
natus offert thus per deuotá oꝛationé dicēs
Aufer a nobis. Offert auꝝ cum adoꝛat alta
re cū reuerenti adoꝛatione. Offert myrrhá a
mará qñ facit ſignū crucis ad abſolutioneꝫ ⁊

remiſſioné ⁊c̄. ⁊ etiá ſignando ſe memoꝛádo
doloꝛoſe amará paſſioné xp̄i. quaſi dicēs illō
Treñ. iij. Memoꝛia memoꝛ ero ⁊ tabeſcet in
me aīa mea. Et hec memoꝛia doloꝛoſa repꝛe
ſentat amaritudinem myrrhe. ¶ Quītū op⁹
qđ fecit ſaluatoꝛ noſter fuit ꝙ voluit pſentari
in templo: ⁊ btá virgo inter bꝛachia ſua poꝛ
tauit eū ad templum: ⁊ obtulit eū ſacerdoti.
⁊ erat ibi Symeon: ⁊ illa ſctá anna ꝓphetiſſa
laudátes deum. Et hoc repñtat pꝛeſbyter qñ
vadit ad coꝛnu altaris añ libꝛū dicens introi
tum miſſe. Dyacon⁹ ⁊ ſubdyacon⁹ exñtes ad
latera repñtat ſymeoneꝫ ⁊ anná. ⁊ accoliti ⁊
alij qui audiūt offīm q nō debēt accedere ad
altare repñtát quō virgo maria ⁊ ioſeph ſta
bát a lōge hūiliter audiēdo. Et lꝫ potuiſſent
accedere ad altare virgo maria cū eſſet ſctiſſi
ma: tñ voluit nobis relinquere exēpluꝫ ꝙ nō
debem⁹ accedere ad altare. Nūe. i. ⁊ iij. Quiſ
quis externoꝝ acceſſerit occidet̃. Et qñ ſyme
on accepit xp̄m in vlnis ſuis cantauit. Nunc
dimittis ⁊c̄. In q̄ ſunt q̄ttuoꝛ verſus. Jō pſby
ter in repñtatione hui⁹ facit quattuoꝛ opera.
Pꝛimo cantat introitū. Scđo Kyrieleyſon.
Tertio gloꝛia in excelſis. Quarto oꝛationeꝫ.
¶ Sextū op⁹ xp̄i ē qñ aufugit de terra ꝓmiſ
ſionis in terram egypti dás locū furoꝛi hero
dis. ⁊ ſtetit ibi ⁊ ſua mater ſctiſſima ⁊ ioſeph
ſeptē ánis: qbus tráſact̃ redierunt tanq̃ exu
les. Et hoc repñtat̃ in miſſa qñ ſubdyaconus
vadit ad dicendū epl'am: ⁊ pſbyter remáet cū
dyacono ⁊ fugit ſeparás ſe ab altari ⁊ ſedet i
cathedra: ⁊ ibi ſedēdo facit ſeptē opa repñ
tantia illos ſeptē annos qbus xp̄us cū mr̃e ⁊
ioſeph fuit exulat⁹. P°. n. legit epl'aꝫ. Scđo
rñſoꝛiū. Tertio all'a. Quarto pꝛoſam. Quin
to adminiſtrat̃ ſacrificiū coꝛá eo. ſ. aqua ⁊ vi
nū. Sexto bñdicit incēſum. Septio dat bñdi
ctioné dyacono. h̄ ſeptē repñtant ꝙ ſaluatoꝛ
fuit ſeptē annis in egypto. ¶ Septimuꝫ op⁹
fuit de egypto receſſus. ſ. qñ poſtea redierunt
de egypto in terrá ꝓmiſſionis poſt moꝛté he
rodis regis. Et poſt eoꝝ reditū mr̃ eius ⁊ io
ſeph duxerūt eū ad tēplū in hierl'm: ⁊ ibi fuit
amiſſus. ⁊ poſt triduū fuit rept⁹ inter docto
res de reb⁹ legis iterrogans. vt dicit Jero. in
ꝓlogo biblie. Hoc repñtat pſbyter qñ ſurgit
de ſede ⁊ venit ad altare: ⁊ ibi cū magna dili
gētia ꝯſiderat ⁊ audit euágeliū. ⁊ magis do
cet dū ꝯſiderat. q. d. xp̄s in tēplo audiebat in
deos ⁊ iterrogabat. ſic dī Lu. ij. ⁊ ſic illa ꝯtē
platio quá facit pſbyter audiēdo euágelium
nō eſt niſi q̄dá interrogatio ad oñdenduꝫ ꝙ



xp̄s pꝛudenter interrogás inſtruebat docto
res i fide. In fine euágelij cátat Credo i vnū
deum ⁊c̄. vbi ſunt pncipia fidei catholice: de
qbus xp̄s inſtruxit iudeos. ¶ Octauū opus
fuit inuentio dñi nr̃i ieſu xp̄i in templo. ſ. btá
virgo maria inuenit eū in templo. ⁊ tale gau
diū habuit ꝙ nō poterat lachꝛymas ꝯtinere.
Videatis qđ fecit xp̄s ſtatim vt vidit matreꝫ
ſuá ⁊ ad eá recurrit ꝯfoꝛtando ⁊ oſculádo. et
tunc egreſſus eſt cuꝫ illis in nazareth ⁊ q̃uis
eſſet dñs mūdi: tñ voluit eſſe ſubditus illis. vt
dicit̃ Lu. ij. Et has ꝯſolationes repñtat pꝛe
ſbyter qñ dicto Credo vertit ſe ad ppl'm ⁊ di
cit dñs vobiſcū: ⁊ oſculat̃ libꝛuꝫ euangelij. Et
poſt hoc adminiſtratio q̄ facit in altari pará
do coꝛpalia ⁊ calicē ⁊ ea q̄ ad ſacrificiū perti
nēt repñtat illud miniſteriū ⁊ ſuitiuꝫ qđ dñs
nr̃ faciebat ſue ſctiſſime matri. Et iō ipſemet
dicebat Matth. xx. Fili⁹ hoīs nō venit miſtra
ri. ſꝫ miſtrare. Iuuabat. n. ioſeph patré ſuum
putatiuū in offō carpētarij. Rō. q2 pp ſene
ctuté nō poterat ducē ſerraꝫ: nec ſecare ligna
groſſa: iō iuuabat euꝫ. Et iō dic̄ mgr̄ Nyc̄. de
lyra ſup illo paſſu. Nōne hic ē faber fili⁹ ma
rie. Mar. vi. ꝙ ioſeph cū xp̄o vtebat̃ ſuo offō
⁊ iō dicebát. Nōne h̄ eſt fili⁹ fabꝛi. q2 xp̄s iu
uabat ioſeph credebát iudei ꝙ eſſet filius ei⁹
o q̄ ſtulti. ¶ Nonū opus fuit baptiſmi ſuſce
ptio. qñ fuit in etate. xxx. annoꝝ venit ad ba
ptiſmū. ⁊ lꝫ nō fuit ei neceſſarius: tñ hoc fecit
vt ſctificaret aquas i noſtrá ſaluationé. ⁊ hoc
repñtatur in miſſa qñ pſbyter abluit manus.
Nōne iam abluit ꝯſciam per ꝯfeſſioné ſacr̃alē
⁊ manus añ miſſam. certe ſic. ſꝫ ideo pſbyter
lauat manus nō vt lotione indigeat. ſꝫ ad re
pꝛeſentádū ꝙ xp̄s nō indigebat baptiſmo cū
eſſet in eo plenitudo ſctitatis. tñ pp humilita
tem ⁊ noſtrá vtilitaté voluit baptizari vt da
ret virtuté aq̄s ad abluendū nos. Et pb̄r nō
obſtante ꝙ ſit ꝯfeſſus ſacr̃aliter. etiá q̄tūcun
q̄ ſit ſctūs ⁊ ſine aliqua macula pcti. dꝫ tñ la
uare manus ſuas. ideo dicit pſbyter. Lauabo
inter innocētes man⁹ meas. q̄ſi vellet dicere.
q̃uis ſim purus ⁊ mūdus a macula peti. pp
qđ ſum cōputatus iter innocētes. tñ dñe pꝛo
repñtatione illius ablutionis lauabo ſic̄ vos
q̃uis eſſetis plenitudo ſctitat̃: tñ voluiſtis la
uari. ¶ Decimū opus eſt ꝙ poſtq̃ baptizat⁹
fuit intrauit deſertū. ⁊ ibi ieiunauit. xl. diebus
⁊. xl. noctibus. Matth. iiij. In qb⁹ nullá refe
ctioné coꝛpalem ſumpſit: ſꝫ ſtetit ſp̄ in oꝛone.
nō pꝛo ſeipſo: cū nō indigeret. ſꝫ ꝓ nobis pctō
rib⁹. Et hoc repñtat̃ i miſſa qñ ſacerdos ſe po

nit ad altare: ⁊ ibi in medio iūctis manib⁹ ſe
humiliat dicēs. in ſpū humilitatis ⁊ in aio cō
trito ſuſcipiamur dñe a te ⁊c̄. Ad oñdenduꝫ
humiliationé ⁊ pꝛoſtrationes quas xp̄us ſal
uatoꝛ noſter faciebat in deſerto oꝛádo. Et p⁹
hec ſacerdos ſe vertit ad ppl'm dicēs. Oꝛate
pꝛo me fratres ⁊c̄. Ad oñdendū ꝙ xp̄us pꝛo
nobis oꝛabat. ⁊ ſiḡt oꝛationé quá xp̄us facie
bat in deſerto que erat multū ſecreta. q2 non
audiebatur ab aliquo. ita dꝫ ſacerdos tūc ſe
crete oꝛare: q2 nō dꝫ audiri ab aliquo. ¶ Vn
decimū opus fuit ꝙ poſtq̃ ieiunauit in deſer
to incepit pdicare ⁊ clamare alta voce. Pe
nitentiá agite: appꝛopinquabit. n. regnū celo
rū. Matth. iiij. Et añ ieiuniū nō ſic ſe manife
ſtauit clare: ſed voluit occulte agere pniaꝫ in
deſerto. inſtruēdo hoīes occulte agē pniam.
⁊ qualiter debeant pctá ⁊ vitia vitare. ⁊ hoc
faciēdo diſcurrebat per villas ⁊ caſtra ⁊c̄. Et
ſicut verbo docebat. ita etiá per opus oſten
debat. ideo dicit̃ Act. i. Cepit ieſus facē ⁊ do
cere. Notate hoc gentes ꝙ eſſet magna beni
gnitas ⁊ humilitas in impatoꝛe vel rege ſi ip
ſemet iret per regnū ſuū in plateis publican
do ⁊ pconizando legé nouam. Sic fecit xp̄s
nec parabat̃ ſibi ſedes ad pdicandū. ſꝫ aſcen
debat ſup aliqué lapidé monticuluꝫ ſiue col
liculum. ⁊ ſic pdicabat fidem. Nam in pꝛinc⁹
nō habebat̃ in táta reuerentia a iudeis ꝙ pa
rarent ſibi locū imo deridebant eū. Et hoc re
pꝛeſentat pſbyter qñ dicit alta voce pfationē.
Et ad oñdendū ꝙ ſicut xp̄s ea que pdicabat
oꝛe ope oñdebat. iō pſbyter dꝫ ſp̄ tenere i pfa
tione manus altas: ad oñdendū ꝙ illi q pdi
cant verbū dei debent exemplo ⁊ ope demō
ſtrare illud qđ verbo pdicát ⁊ loquūtur. iō di
cebat apl's ad Ro. xv. Nō. n. audeo aliqd lo
qui eoꝝ que per me nō efficit xp̄s in obedien
tiam gentiuꝫ verbo ⁊ factis. ¶ Duodecimū
opus eſt miraculoꝝ oſtenſio. q2 nō ſolū oſten
debat per opera ea que pdicabat: ſꝫ etiaꝫ per
miracula ſuá doctrinam cōfirmabat. que nul
lus niſi deus pōt facere. illa perficiēdo ⁊ pci
piendo tāq̃ deus. Cecos. n. illuminabat. pa
raliticos ſanabat. ſurdis audituꝫ reſtituebat.
mutis loquelam. moꝛtuis vitá. Et hoc repꝛe
ſentat ſacerdos qñ dicit ſctūs ſctūs ⁊c̄. Ter di
citur ſctūs ad denotandū ꝙ miracula que fa
ciebat nō faciebat virtute humana: ſꝫ virtute
diuina que vno numero exiſtēs eſt in trib⁹ di
uinis pſonis. ſ. patre filio ⁊ ſpūſctō. Et vltert⁹
dicit̃. oſanna. i. obſecro ſalua nos. in quo oſtē
dit ꝙ xp̄us faciebat miracula pꝛo ſalute nr̃a

¶Decimūtertium opus fuit cū apl'is cena
tio.Chriſtus.n.poſtꝗ̄ p̄dicabat predicatōes
cōfirmabat per op̄a virtuoſa ⁊ miraculoſa.⁊
cū appropinquaret tp̄s ſue paſſiōis venit ad
cenā faciendā cū diſcipulis ſuis:ibiq̄ſ ſecrete
fecit eis magnū ſermonē quē nullus euāgeli
ſtarū niſi ſctūs iohānes ſcripſit.⁊ hoc rep̄ntat i
miſſa qñ ſacerdos canonē ſecrete dicit ꝙ nul
lus audiat niſi qui ſunt ꝓpe eum.Sic illū ſer
monē quē fecit ieſus nullus audiuit niſi apl'i
¶Decimūquartū op⁹ fuit in orto orō.Xp̄s
n.poſt dictū ſermonē exiuit in hortū gethſe/
mani ad orandū:⁊ ibi tribus vicibus orauit
deū patrē di.Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a
me calix iſte.Matth.xxvi.Nā ſp̄us.p̄mptus
eſt:caro aūt infirma.ꝑꝑ amaritudinē paſſio/
nis q̄̄tū ad ſenſualitatē.In 3ª vice qñ orauit
factus ē in agonia:⁊ gutte ſudoris facte ſunt
quaſi gutte ſanguinis decurrētis ad terraꝫ.⁊
tunc venit angelus ꝯfortans eū non ꝙ indi/
geret:ſꝫ ſicut ſeruus ꝯfortat dñm ſuū q̄uis ſit
robuſtus dans ſibi bonū cor di.Cōfortamini
q2 mō hēbitis victoriaꝫ de inimicis.ſic ange/
lus dño nr̄o dicebat.Dñe modo aie ſctōꝝ pa
trū que expectāt vos i ſinu abrahe' iā ſentiūt
redēptionē tuā eſſe ꝑatā:⁊ ſic ꝯfortamī in ve
ſtra humanitate. Tūc clemētiſſimus dñs fec̄
orōnē pro ſeipſo ⁊ pro nob.pro ſeipſo rogās
deū patrē de ſua reſurrectiōe. nō ꝙ eēt de ea
incert⁹ vel ipotens ad reſurgendū.tñ hoc fa/
ciebat inq̄̄tū hō.Itē orauit pro nob vt ſicut
ipſe ꝯſtanter ⁊ voluntarie recipiebat morteꝫ
pro nobis:ſic nos ardētes ⁊ fortes eſſem⁹ ad
ſuſtinendū mortē ⁊ labores pro ipſo ⁊ ꝙ re/
ſurgeremus glorioſi.Et hoc rep̄ntat in miſſa
qñ p̄ſbyter fac̄ ſuꝑ calicē tres cruces di.Bñ/
dictā:aſcriptā:ratā:⁊c̄.ſignādo illas tres ora
tiones quas fecit in horto.Poſtea fac̄ duas
ſuꝑ hoſtiā ⁊ calicē ꝑticulariter. ad oñdendū
ꝙ pro duob⁹ rogabat.ſ.pro ſeipſo ⁊ pro nob.
¶Quintūdecimū op⁹ fuit ſua captio.Poſt
q̄ꝫ.n.orauit ecce venit magna multitudo iu/
deoꝝ cū gladijs ⁊ fuſtib⁹:⁊ xp̄s benigniſſim⁹
voluit capi ab eis ⁊ ligari.⁊ duxerūt ipſuꝫ li/
gatū cū magno vituperio ⁊ magnis iniurijs
ad Annā.Deinde ad Cayphā. ad Pylatū.
ad Herodē.⁊ finalr̄ ad Pylatum qui dedit
ſniam vt crucifigeret.a q̄ ſnia noluit appella/
re:ſꝫ baiulans ſibi crucē in q̄ debuit crucifigi
duxerūt eū ad mōtē caluarie.Et hoc rep̄ntat
in miſſa qñ ſacerdos tꝫ hoſtiā in māibus vo/
lens ꝯſecrare.d.bñdixit:fregit:⁊c̄. ſignū cru/
cis qd̄ facit ſacerdos ſig̃t ſniam mortis dataꝫ
a pylato ſuꝑ xp̄o. ¶Decimūſextū opus fuit
ſua crucifixio:q2 poſt latā ſniaꝫ mortis duct⁹
fuit ad montē caluarie:⁊ ibi inter duos latro
nes ſuſpenſus fuit ita alte ꝙ totū corpus pen
debat in duobus clauis fixis in manibus. Et
hoc rep̄ntatur qñ ſacerdos leuat hoſtiam in
ter manus ſuas.per dexterā intelligit̄ bonus
latro a dextris.⁊ per ſiniſtrā malus latro a ſi/
niſtris.⁊ hoſtia in medio duaꝝ manuū repre
ſentat xp̄m pendentē in medio duoꝝ latronū
Albedo hoſtie ſignificat corpus xp̄i album ⁊
diſcoloratū ꝑꝑ emiſſionē ⁊ effuſionē ſanguis
Poſt hoc eleuat ſacerdos calicē:quaſi dice/
ret.pr̄ op̄s offerim⁹ tibi preciū nr̄e redēptōis
Et hoc ſig̃t ꝙ xp̄s in cruce obtulit ſuū ſangui
nem deo pr̄i in redēptionem humani gñis.
¶Decimūſeptimū opus fuit in cruce oratio
q2 q̄ꝫdiu fuit viuēs in cruce nō ceſſauit orare
Vñ dixit.Hely hely lamazabathani:qd̄ ē di/
ctum latine.De⁹ meus d̄s me⁹ vt qd dereliq/
ſti me.Dicit btūs Jeroñ.ꝙ orō quā dixit cō/
tinet centū ⁊ quinq̄ginta v̄ſus pſalterij.q̄ incē
pit ab illo pſalmo.Deus d̄s meus reſpice in
me.vſq̄ ad verſum.In man⁹ tuas cōmendo
ſpm̄ meuꝫ.Ita ꝙ verſus q̊s xp̄s dixit exiſtēs i
cruce fuerūt tot in numero q̄t ſunt pſalmi in
pſalterio.Et maledicti iudei q̄̄diu ſtetit i cru
ce nō ceſſauerūt ei facere iurias ⁊ vitupia.d.
O tu maledicte q decepiſti mūdū.O tu icā/
tator q alios ſaluos facis:ſalua teipſum.Alij
dixerūt.O ꝓditor q dixiſti ꝙ deſtrueres tem
plum dei ⁊ reedificares illud in triduo ⁊c̄.Et
xp̄s benigniſſimus nihil rñdebat eis: ſꝫ cōti/
nuabat ſuā orationē. Et hoc rep̄ntat p̄ſbyter
qñ extendit brachia ſua di.Vñ ⁊ mēores ⁊c̄.
tenēdo brachia ſua ad modū xp̄i in cruce pē
dentis.¶Decimūoctauuꝫ opus fuit lateris
ꝑforatio.q2 lꝫ ſic eſſet totus vulnerat⁹ ⁊ hēret
illas quattuor plagas terribiles in manibus
⁊ pedibus.tñ etiā amore nr̄i ſuſtinuit ꝙ cor/
pus ſuū apiret̄ lancea:vñ exiuit ſanguis ⁊ aq̄
magnū miraculū fuit.q2 iam ſanguis ſuus di
ſperſus fuerat in ſudore.flagellatione. ſpina
rū coronatione.⁊ manuū ⁊ pedū ꝑforatione
Et hoc rep̄ntat̄ qñ p̄ſbr̄ cū hoſtia facit quiq̄ꝫ
cruces dicens.ꝑ ipſuꝫ ⁊c̄.q̄ ſig̃nt q̄nq̄ꝫ plagas
xp̄i principales.¶Decimūnonū op⁹ fuit ver
boꝝ ꝓlatio.qm̄ ſic pendēs xp̄s in cruce dixit
ſeptē verba p̄ncipalia.pᵐ qñ orauit pro ſuis
crucifixorib⁹.Pr̄ ignoſce illis q2 neſciūt qd
faciūt ⁊c̄ credidcrūt.n.ſe ſuſpēdere vnū peccā
rem:⁊ ſuſpēderūt xp̄m.Scdm̄ fuit qñ latro/
ni dixit.Amē dico tibi:q2 hodie eris mecū in



paradiſo.3ᵒ qñ reſpexit matrem in anguſtia
⁊ dolore ad pedes crucis:ita mirū erat ꝙ nō
ſcindebatur cor ei⁹ pre dolore q̄ ſibi dicebat.
O fili dilectiſſime loq̄ris latroni ⁊ nō mr̄i
⁊c̄.Tūc ait. Mulier:ecce fili⁹ tuus.⁊ ad Jo/
anneꝫ.Ecce mr̄ tua.Quartū dixit.Hely hely
lamazabathani.hoc ē d̄s meus deus me⁹ vt
qd dereliq̄ſti me. Non fuit derelict⁹ a deitate
ſꝫ ab amicis ⁊ apl'is.Quintū:ſitio.Sextū:cō
ſummatū ē.ſ.op⁹ nr̄e redēptionis.Septimū.
pr̄ in manus tuas cōmendo ſpm̄ meū.⁊ incli
nato capite emiſit ſpm̄.Et hoc rep̄ntat̄ i miſſa
qñ p̄ſbyter dic̄ alta voce.Pr̄ nr̄ ⁊c̄.In q̄.vij.
ſunt petitiōes ſm̄.vij.v̄ba q̄ xp̄s dixit i cruce
⁊ ꝑꝑ hoc ſacerdos dicit illd̄ alta voce. ¶Vi
ceſimū op⁹ fuit hūanitatis diuiſio.Poſtꝗ̄.n
mortu⁹ ⁊ plagatus fuit voluit i tres ꝑtes ꝑti/
ri.Pª pars fuit corpus ſctiſſimū qd̄ reman/
ſit in cruce. Scđa ps fuit ſanguis q fuit effu/
ſus in t̄ra ad pedes crucis. Tertia ps fuit aia
que deſcēdit ad inferos.⁊ hoc mō xp̄i hūani
tas fuit diuiſa.Et hoc rep̄ntat p̄ſbyter qñ frā
git hoſtiā i tres ꝑtes:nō tñ diuinitas ab aliq̄
eaꝝ ꝑtiū fuit ſeꝑata.ſꝫ tota cū corꝑe ⁊ etiā cū
aia.ſicut ſi pomū diuidat̄ in plures ꝑtes tñ in
oī ꝑte erit odor.ſic lꝫ humanitas xp̄i fuit diui
ſa:tñ tota in qualibet ꝑte ei⁹ ꝑſonalr̄ ⁊ ſuppo
ſitaliter erat plena.ſic q̄libet ps vitri eſt plēa
ſole.hoc ē lumine ſolis. ¶Viceſimūpᵐ op⁹
fuit ꝑpl'i illuminatio qñ ꝯuertit multas ꝯditi
ones ꝑſonaꝝ.Volebat.n.ꝙ iā appareret fru
ctus ſue paſſionis.iō pᵒ ꝯuertit latronem qui
fuerat male vite.ſcđo ꝯuertit centurionē qui
dixit.Vere fili⁹ dei erat iſte.⁊ v̄e h̄ hō iuſtus
eſt.tertio ꝯuertit ꝑpl'm inimicū: q2 vt dicitur
Lu.xxiij.Oīs turba eoꝝ qui ſimul aderāt ad
ſpectaculū iſtud ⁊ videbāt q̄ fiebāt ꝑcutiētes
pectora ſua reuertebant̄. Nō ꝙ nō oīs turba
ꝯuertebat̄ q2 malicia ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ nō
cōuertebat̄:ſꝫ gentes ſimplices ⁊ ignorantes
reuertēdo dicebāt.O miſeri credo ꝙ redem
ptor nr̄ crucifixus eſt.Et q2 xp̄s in paſſiōe cō/
uertit has tres cōditiones ꝑſonaꝝ:iō p̄ſbyter
dicit ter.Agnus dei ⁊c̄.Nā pᵒ dicimus agn⁹
dei pro quolibet pctōre.vt ſicut d̄s peꝑcit la/
troni:ſic ⁊ nobis pctōrib⁹.Scđo dicim⁹ agn⁹
dei petēdo:ſicut dñe peꝑciſti centurioni ⁊ eū
illuminaſti:ſic illumines ⁊ parcas cuilibet ha
bēti regimē ꝑpl'i vel aiaꝝ:vt ſalutē ꝯſequat̄.
3ᵒ dicimus agn⁹ dei petēdo:o dñe ſicut ꝑpl'm
inimicū ꝯuertiſti:ita ꝯuertas ꝑpl'm cōeꝫ xp̄ia
nū:⁊ illū ꝯſeruare digneris in pace: ⁊ miſere
re pctīs coꝝ.¶Viceſimūſecundū op⁹ fuit ꝙ
noluit aſcēdere recta via in celū:ſꝫ ſua humi/
litate p̄us mltū ſecrete deſcēdit ad iferos ad
dandū gloriā ſctis pr̄ib⁹. q ſtatiꝫ vidētes euꝫ
hūerunt gloriā. Nā expectauerant eū in ſinu
abrahe cū deſiderio magno q̄ſi ꝑ q̄nq̄ꝫ milia
annoꝝ. Et hoc rep̄ntat̄ qñ p̄ſbyter vnā ꝑtem
hoſtie dimittit ſecrete cadere i calicē:⁊ ibi in/
ebriat̄ ad denotādū ꝙ in xp̄i deſcēſu ad infe/
ros intm̄ fuerūt aie ſctōꝝ patrū inebriate glo
ria xp̄i ꝙ neſciebāt qd agē debebāt. ⁊ cū iſta
dulcedine amoris laudabāt deū dicētes illd̄
Lu.i.bñdict⁹ dñs d̄s iſrl̄:q2 viſitauit ⁊ fecit re
dēptionē plebis ſue.¶Viceſimūtertiuꝫ op⁹
fuit qñ poſt ſuā bñdictā mortē voluit deponi
de cruce per man⁹ ioſeph abarimathia ⁊ Ni
codemi:q de licētia pylati eū āmouerunt de
cruce. Tūc btā virgo cū maria magdalena ⁊
alijs erāt in circuitu plorātes. Naꝫ btā virgo
oſculabat̄ oculos ei⁹ di.O oculi glorioſi qui
vidēt corda hoium ⁊ abſcōdita cordiū.Dei/
de aures dicēs.O aures ſacrate que audiūt
melodias angeloꝝ.Deide nares dicēs.o na
res bñdicti qui ſentiūt odorē paradiſi.Dein
de ad faciē. O facies iocūda:q̄ das angelis
gloriā.Deinde vulnera lateris dicēs.O por
ta glioſa ꝑ quā hēm⁹ ingreſſuꝫ in ꝑadiſuꝫ.O
fideles xp̄iani q deſiderat̄ gaudiū ꝑadiſi id ē
porta aꝑta quā fili⁹ meus vobis aꝑuit. Dein
de man⁹ di.o man⁹ que formauerūt oia.De/
inde pedes dicēs.o pedes bñdicti q ſuſtinēt
totū mūdū ⁊ mēſurāt gloriā ꝑadiſi. Tūc ma
ria magdalena ⁊ alij fideles appropinq̄bant
ieſu feſtinātes ꝓ adorādo euꝫ oſculādo.Et h̄
rep̄ntat̄ in miſſa qñ dat pacē.⁊ ꝑ modicū ſpa
ciū tꝫ corp⁹ xp̄i in manib⁹ añ cōionē.Tunc.n.
p̄ſbyter vel ſacerdos ſi bon⁹ ē dꝫ cogitare do
lorē quē hēbat btā virgo maria cū tenebat ie
ſum xp̄m dñm noſtrū in gremio:⁊ ēt doloreꝫ
marie magdalene ⁊ alioꝝ iuxta corp⁹ xp̄i ꝯtē
plando vulnera ⁊ plagas quas pro nobis ſu
ſtinuit ⁊c̄.¶Viceſimūquartū op⁹ fuit qñ vo
luit vngi balſamo ⁊ myrrha:⁊ īuolui ī ſyndo
ne mūda.Deide poni ⁊ includi in monumē/
to.ideſt ſepulchro nouo lapideo ſine aliq̄ fra
ctiōe.Et hoc rep̄ntat̄ in miſſa qñ vꝫ ſacerdos
ſumit corp⁹ dñi nr̄i ieſu xp̄i.Nā corp⁹ p̄ſbyte/
ri ē monumētū nouū xp̄i.dico nouū: q2 i cor/
pore p̄ſbyteri aut ſacerdot̄ ñ dñt eē ſordes vl̄
macule pcti.ſic in monumēto ieſu xp̄i vbi nō
dū q̄ſq̄ꝫ poſit⁹ fuerat.ſic dꝫ eē nouū ꝑ pudici/
tiā ⁊ caſtitatē.Et ſic monumētū erat lapideū
⁊ firmū:ſic p̄ſbyter dꝫ eē fortis ⁊ firm⁹ in fide
⁊ bōa vita. Et ſic corpus xp̄i fuit inuolutū in

tyndone munda.ſic corpus preſbyteri dꝫ eſſe
mundū per caſtitatē. q intus hꝫ reponi cor-
pus xpi.Et ſicut corp⁹ xpi fuit balſamatū: ſic
corp⁹ pſbyteri dꝫ eē plenū ṽtutib⁹. vt iuſticia
corp⁹ pſbyteri dꝫ eē plenū ṽtutib⁹. vt iuſticia
pmia ⁊c̄.Itē credē poſſumus pie.Lꝫ text⁹ bi-
blie nō dicat ꝙ btā virgo maria magdalena
⁊ alij fideles credētes ꝙ xps reſurgeret tertia
die collegerūt ſanguinem qui ſparſus fuerat
ad pedes crucis:⁊ cū magno honore fuit po
ſitus in aliquo vaſe mūdo:⁊ reposit⁹ in ſepul
chro cū corpe.Naꝫ ſciebat btā ṽgo maria ꝙ
cū corpe 3ª die reſurgeret.Iō pſbr tāq̄ ſepul
chꝝ xpi accipit ſanguinē. O cor pbri tu es ſe
pulchrū xpi ſanctius ⁊ pcioſius q̄ ſepulchrū
hierſm.Nā illud eſt lapideū ⁊ tu es ad yma-
ginē dei ⁊ ſimilitudinē.Itē corp⁹ pſbyteri vł
ſacerdoꝫ ē vnctū ⁊ ꝯſecratū:⁊ iō magis ſctm̄
⁊c̄.Itē in ſepulchro fuit corp⁹ xpi mortuū:ſꝫ
in corpe ſacerdotis viuū.Item ibi fuit ſemel
poſitū:hic aūt totiēs quotiēs ſumit̄. Iteꝫ cor
pus xpi nō tetigit ſepulchrū lapideū eo ꝙ fu
it inuolutū lintheaminib⁹.⁊ tn̄ dr̄ ſctm̄.Quā
to magis corp⁹ pbri dꝫ dici ſctm̄:q corp⁹ xpi
nō in eo ponit̄ inuolutū.ſꝫ ⁊c̄. O pbr̄ cogita
bn̄ de iſtis.¶ Uiceſimūquintuꝫ opus fuit qn̄
reſurrexit de vita mortali ad vitā imortalem
tūc repertū fuit monumentū aptū.Et repn̄ta
inter imaginationem. Auctas. Precedet te angelus meus. ait. ſ. ꝙ̃ cadas. Obſerua euꝫ ⁊ audi vocem eius. ſ. quid dicet tibi: nec cõtẽnẽ dum putes. ſ. peccando: quia non dimittet te cuꝫ peccaueris: ⁊ eſt nomen meũ in illo. Exo. xxiij. Cogitate quõ angelus malus eſt ad ſini ſtrã vt te dãnet. bonꝰ vo ad dexterã vt te ſal uet. Pꝫ gº quõ i nr̃is tẽptatõibꝰ ꝑ ãgelos ſu mꝰ ↄſolati. Ergo videte ne cõtẽnetiſ ⁊c. ¶ Di co 3º ꝙ ꝑ ſctõs ãgelos ad verã pniaꝫ ſumꝰ ꝓuo cati ⁊ ꝓuocamur. Ponať q hõ magis velit tẽptatiõe ↄſentire dyabolo ꝙ ãgelo: ſicẽ mľto tiẽs fit. Cogitate q̃lis ṽecũdia ẽ ãgelo bono: ac ſi vxor hñs pulchrũ virũ iuuenẽ ⁊ bonuꝫ: ⁊ tẽptareť corã viro ab ethiope nigro ⁊ turpi: ⁊ vxor ↄſentiret ei: dicẽdo viro. Vadaſ: qr ma gis volo iſtũ q̃liſ cõfuſio eẽt viro: maior deſpe ctꝰ fit ãgelo qñ hõ ↄſentit dyabolo ⁊c. qr nullꝰ dñs: nec etiã rex ẽ aliqd reſpectu eiꝰ. Nã xp̃s volẽs laudare Iohẽꝫ bap. dixit. Inter natos mulierũ nõ ſurre. ma. Iohe bap. Verũtñ q mi nor ẽ in regno celoꝝ maior eſt illo. Mat. xi. ⁊ Lu. vij. Ecce q̃lis excellentia. Cogitate gº qñ ipſo deſpecto hõ facit pctm̃ dicẽ. O qd faciã de iſto ribaldo: ⁊ redit ad celũ: verũtñ ex hº non deſerit: imo ẽ paratꝰ bñfacẽ ⁊c̃. ⁊ poſt pctm̃ cõ miſſũ luxurie vindicte vľ alia redijt. q. d. vide bõ ſi potero eũ ſcitare ad pniaꝫ: ⁊ loqť imagi nationi di. peccaſti: idõ cõfitere: laua aiaꝫ tuã: ⁊ fac pniam. De hº figura legiť. iij. Regũ. xix. de helya ambulãte ꝑ viã deſertã beſtijs plenã: ⁊ dormiuit ſub vmbra iuniꝑi: ⁊ angelꝰ dñi te tigit euꝫ ⁊ dixit illi. Surge comede. Nõ bene textũ ibidẽ: qr pulchra ẽ hyſtoria. Naꝫ helyas dormiẽs i via ꝑiculoſa eſt pctõr. Pñs vita ni hil aliud ẽ ꝙ̃ via: vnꝰ vadit. ſ. ꝑ morteꝫ: ⁊ alius venit. ſ. ꝑ natiuitatẽ ⁊ ibi moriť vnꝰ ſenex: ⁊ il lic naſciť vnꝰ puer. Vbi ſunt qui erãt an̄ mille ãnos ⁊c̃. Iã cõpleuerũt viã: ⁊ via ẽ ꝑiculoſa. Et nũqd ꝑiculoſum eſſet mare in q̃ de quinq3 nauibꝰ vix euaderet vna ⁊c̃. Et pctõr dormit nõ cogitãs offenſaꝫ factã deo nec ꝑiculũ in q̃ eſt: ſꝫ ridẽdo: cãtãdo: ⁊ ſaltãdo vadit ad infer nũ. Sꝫ qd facit angelꝰ excitat euꝫ ꝑ cõpũctio nẽ ⁊c̃. Inducẽs ad pniam: cõtritiõeꝫ cõfeſſio nẽ: ⁊ ſatiſfactionẽ: in remiſſioneꝫ iniuriaruꝫ vt deꝰ ei remittat ⁊c̃. Nota pmo tetigit angelus helyã. i. pctõrẽ. ſ. per cõpũctionẽ. nõ eni expe ctat infirmitatem. Secũdo comedit helyas. i. pctõr edere debet. ſ. ꝑ eucharíſtie cõidneꝫ: qa ſicut cibꝰ corꝑalis cõfortat ad ambulandũ in hac vita: ita cibꝰ ſpũalis ⁊c̃. Tertio ambulauit ꝑ ſatiſfactionẽ ⁊ male ſocietaſ vitationeꝫ. Et

in his tribꝰ principalr̃ ↄſiſtit pnia. Qr ꝑ ange lũ ꝓuocemur ad pniaꝫ. auctas. Et reuerſus eſt angelus: q. ſ. receſſerat ꝑꝑ pctm̃: q loq̃bať i me ⁊ ſuſcitauit me q̃ſi vir q ſuſcitať de ſomno: gº videte ne ⁊c. ¶ Dico q̃rto ꝙ ꝑ ſctõs angelos in fide xp̃iana ſumus iformati. Fides. n. xp̃ia na eſt tãte ſubtilitaſ altitudinis ⁊ ꝓfunditatis ꝙ itellectꝰ hũanꝰ ꝑ ſe nõ ꝓt attingẽ ad itelligẽ dũ. Credẽtia iudeoꝝ ⁊ phoꝝ ꝑ itellectũ nãlẽ ꝓt oñdi. ſ. ꝙ ẽ vnꝰ deꝰ: vnũ primũ pricipium: ⁊ prima cã: ⁊ pmꝰ motor. Sꝫ ꝙ ille vnꝰ deꝰ ſit ꝑ ſ̃ nas: ⁊ filiꝰ genitꝰ: ⁊ ſpũſſctũs ſpiratꝰ: vt exẽ pliſicať in ſole: hº nõ põt ſciri in itellectu nãli. Itẽ ꝙ deꝰ ꝓuideat oibꝰ creaturis ⁊ aialibꝰ: hº itellectꝰ ꝓt itelligẽ: ſꝫ ꝙ deꝰ ⁊ hõ det ſe ad man ducãdũ in hoſtia ↄſecrata nõ ſufficit itellectꝰ nr̃. Idõ regriť ꝙ̃ a maiori itellectu iuueť: quẽad modũ itellectꝰ nr̃ iuuať ab angelſ q clare vidẽt ſecretũ trinitaſ. Intellectꝰ. n. nr̃ eſt vt lux par ue cãdele q̃ nõ ſufficit ad legendũ pmã lr̃am. ſꝫ qñ iuuať luie magni cerei videť optime: ⁊ le giť lr̃a prima. ſ. myſterij trinitaſ ⁊ alioꝝ articu loꝝ fidei: qñ lumẽ itellectꝰ nr̃i iuuať lumine in tellectꝰ angelici. Sic fuit de ṽgie maria: que lꝫ crederet angelo: tñ dixit. Quõ fiet iſtud: ⁊ itel lectus angelicus intellectu marie applicatus dicebat. Spũſſctũs ſupueniet i te ⁊c. Nõ. ob umbrabit tibi. Alie mulieres ↄcipiunt ad ar dorẽ ſolis. ſ. carnalis ↄcupiſcentie: ſꝫ ṽgo ma ria ↄcepit ſine cõcupiſcentia: qr ſicut granum formať intra auellanã ⁊c. Et virgo illũiata di xit. Ecce ancilla dñi ⁊c. De iſta illũiatione au ctoritas. In ipſa nocte. ſ. cognitiõis nr̃e obſcu re. Ecce angelus dñi aſtitit. ſ. illũinando: ⁊ lu mẽ refulſit i habitaculo: qñ hõ itelligit di. O grates deo: mõ itelligo. Act. xij. Idõ videte ne ⁊c. ¶ Dico q̃nto ꝙ ꝑ ſctõs angelos ſumus co ram deo aduocati: q ſunt nr̃i ꝓcuratores. Nã qñ aliqua magna q̃ſtio deduciť corã rege vel in curia regis cõtra aliquẽ miſerabilẽ ꝑſonaꝫ rex ꝓuidet illi miſerabili perſone de notabili aduocato. Ita facit xp̃us. Alie in curia chriſti deduciť litigiũ contra nos: ⁊ xp̃s ꝓuidet dans nobis aduocatos ⁊ ꝓcuratores ſanctos ange los: ne coronã regni ꝑdamus. Aduocãt enim ⁊ ꝓcurãt ꝓ nobis pñtando bona que fecimus vt orõnes: ieiunia: ⁊ alias aſperitates pniales que multũ placent deo. Thob. xij. Qñ orabas cum lachrymis: ⁊ ſepeliebas mortuos ⁊ de re liquebas prandiũ: ego obtuli orõnẽ tuã dño. Itẽ aliter aduocãt ꝓ nobis: qr ſi ex nr̃is pecca tis meremur punitionem: dicunt dño xp̃o. O dñe ſpecteſ adhuc ⁊c. De hº nota ꝑabolã xp̃i

Lu.xiij. De cultore vinee loquēte ꝓ ficulnea
Uinea vel hort⁹ xpi ē xpianitas i q̄ plātaꝛ ar
bor ſeu hō i die baptiſmi ꝛc̄. In pmo āno.ſ.
puericie dn̄s q̄rit fructuꝫ vt ſciāt ſe ſigre:ꝛ di
cere Pr nr. Aue maria: ꝛ Credo:ſꝫ nō inuenit
qꝛ vos male nutritis filios. In ſecūdo āno a
xv. āno vſqꝫ ad. xl. q dr ann⁹ iuuētuꝛ q̄rit dn̄s
fructū bōe vite ꝛ pniē:ſꝫ nō inuenit niſi folia
vanitaꝛ in ornamētis ꝛc̄. Nō enī inuenit fru
ctū bone vite. In tertio āno.ſ. ſenectuꝛ nō in
uenit niſi folia: nō pn̄t facere pniaꝫ ieiunādo
ꝛc̄. Et xp̄s tūc vocat hortulanū.i.āgelū cuſto
dē di. Scinde eā vt qd frā occupat ꝛ mittaꝛ
in ignē. At ille rn̄dens dic̄. Dn̄e dimitte illaꝫ
ꝛ hoc āno vſqꝫ dū fodiā circa illā ꝛ mittā ſter
cora. Fodit enī qn̄ dat cōpunctiōes. Et mittit
ſtercora qn̄ reduci peccata ad memoriā. Ri
gat qn̄ ex contritiōe fūdūtur lachryme. Ecce
talez aduocatū habem⁹. Iō videte ne cōtēnaꝛ
ꝛc̄. ¶ Sexta vtilitas ē: qꝛ per eos ſum⁹ in ce
lo feſtiuati. Ex amore quē habēt ad nos faciūt
feſtū de nobis qn̄ facim⁹ aliqḋ bonū op⁹ gau
dēt ꝛ tripudiāt Auctas. Luce. xv. Dico vob
gaudiū eſt āgelis dei in celis ſup vno pctōre
pniaꝫ agēte. Nō gaudiū ē i celis. Triplex eſt
grad⁹ bonoꝝ. Prim⁹ grad⁹ ē bonoꝝ pniē q̄
pficiunt pſone pticulari vt ieiunare: orare ꝛc̄.
De iſto fit gaudiū in ordine angelorum quia
quātūcūqꝫ fiaꝛ ſecrete angeli ſciunt ꝛ vidēt to
tum ꝛ dicūt adīuicē. Uides illum q ieiunat
vel orat vel ſe diſciplinat ꝛc̄. gaudēt oēs. Se
cūdus gradus bonoꝝ que nō ſolū proficiunt
pſone pticulari: ſed bono toti⁹ cōitatis: vt qn̄
rectores curāt magis de bono cōitatis q̄ de
ꝓprio. De hoc fit feſtū in ordine archāgeloꝝ
qn̄ vident ꝙ corrigunt pctā notoria. Tertius
gradus bonorū eſt: que nō ſolum reſpiciunt
bona pticularis cōmunitatis: ſed toti⁹ regni
quando reges ꝛ conſiliarij faciūt ſanctas ꝛ iu
ſtas ordinationes ꝛc̄. De hoc fit feſtū in ordi
ne pncipatuū. Ecce q̄re dic̄. Gaudiū ē āgelis
ꝛc̄. Nō de oppoſito. Iſa. xxxiij. Ecce vidētes
ſcꝫ pctā noſtra: clamabunt foriſ: angeli pacis
amare flebūt. Deteſtationē illā vocat fletuꝫ.
¶ Septia vtilitas eſt ꝙ per ſanctos angelos
ad gloriā ſum⁹ portati. Dicaꝛ quō qn̄ pſona.
que tenuit bonā vitā moriꝛ exiſtēte in articu
lo mortis: angel⁹ diuinus miſſus pcedit exitū
ꝓpter demones aduenietes: ꝛ aſcendēteꝫ cu
ſtodit inter aereas poteſtates: ꝛ tandē ſecure
introducit in celū. Exo. xxiij. Ecce ego mittaꝫ
angelū meum q precedat te ꝛ cuſtodiat te in
via ꝛ introducat in locū quē pparaui. Nota
exemplum. Lu. xvi. Factū eſt vt moreref mē
dicus ꝛ portaref ab angelis in ſynum abrahe
Secus ſi moriꝛ impenitēs. Pꝫ ergo quō eſt
fiendū feſtū de eis. Ideo videte ne ꝛc̄. Ideo
do vobis vnū bonū conſiliū. Credo ꝙ glibet
veſtrū habꝫ aliquē ſctm̄ in deuotiōe cui faciꝛ
orōnē ꝛ aliq̄tiēs curāt parū de vobis ꝓpter
peccata veſtra: ſed angel⁹ cuſtos nūq̄ deſerit
Ideo eſſet bonū quolibet mane ꝛ ſero genib⁹
flexis dicere. Angele dī q me⁹ es cuſtos pieta
te ſupna ꝛc̄. Me tibi cōmiſſum ſerua.ſ.a ma
lis inclinatiōib⁹: defende.ſ.a cūctis impugna
tionib⁹: guberna.ſ.in bonis opatiōib⁹. Et ſic
eos feſtiuādo ꝛ orando ipſi cum dei adiuto
rio procurabant bonum noſtrum. Et habebi
mus hic dei gratiam: ꝛ in futuro gloriā.

¶ De beato Franciſco. Sermo.

I Lucerna fulgoris illuminabit te. Lu. xi.
Et recitatū ē ſtatiꝫ in euāgelio ho
dierno. Sermo noſter erit de vita
illi⁹ glorioſiſſimi cōfeſſoris ꝛ amici dei bti frā
ciſci: ꝛ habebim⁹ de vita ſua bōas doctrinas
ꝛc̄. Saluteſ ḋgo maria ꝛc̄. Pro breui decla
ratiōe hui⁹ ḋbi ꝛ veniēdi ad ꝓpoſitū ſciēduꝫ
ꝙ in ſcriptura: ſta in veteri teſtō ſicut in nouo
ſcti dei dicūſ lucerne. Rō: qꝛ ſicut in lucerna
ſunt tria: cera fragilis que liq̄ſcit ſtatī ad ignē.
ſecūdo ligmē albū tertio lux clara. Ita glibꝫ
pſona ſctā hꝫ iſta tria.ſ. corp⁹ fragile: qḋ igne
deuotiōis liq̄ſcit i lachrymis. Secūdo int⁹ hꝫ
aiaꝫ albā: clarā: inocētē purificatā a maſ cogi
tatōib⁹ q̄s expellūt: nō habēt odiū nec malici
aꝫ cōtra ꝓximū. Tertio habēt lucē gr̄e dei ſi
ne q̄ nō eēnt ſancti: q̄ clarificat itellectū ad co
gnoſcēdū deū: ꝛ ſe i miſeriā hui⁹ mūdi ad cale
faciēduꝫ in bonis operib⁹. Ecce rō q̄re pſona
ſancta dicif lucerna. Auctor. De⁹ cui pater lo
quēs filio ſuo ḋ Iohe baptiſta dixit. Paraui
lucernā.ſ. iohem bap. xp̄o meo. Etiā xp̄us ſic
vocauit eū. Ioh. v. Ille erat lucerna ardens
ꝛ lucēs.i. illuminās. Pꝫ ergo rōne ꝛ auctate
ꝙ ſctā pſona dr̄ lucerna: ꝛ in iſto intellectu ꝓ
poſui thema. Lucerna fulgoris illuiabit te: ꝛ
loquif cuilibet: pſone religioſo: clerico: vł: lai
co deuoto di. Lucerna fulgo. ꝛc̄. Nota in ip
ſo quiqꝫ radios claritatis a quibus poſſum⁹
illuminari: ꝛ ſunt iſti.ſ.
Paupertas apoſtolicalis. (po breza apostolica)
Aſperitas pnialis. (aspetra penitencia)
Humilitas cordialis. (humildad de coraçon)
Charitas diuinalis. (charidad divina)
Firmitas perpetualis. (firmeza perpetua)



¶ Dico pmo ꝙ btūs frāciſcus dedit huic mū
do radiū paupꝑtaſ aplice: q̄ in h° cōſiſtit vt hō
oia relinqt vt in euangelio diſcipuli dixerunt.
Ecce nos reliqm⁹ oia ꝛ ſecuti ſum⁹ te. Math.
xix. Sed diceres. Si nō habebāt oia: qꝛ pau
peres erāt: quō ergo reliquerūt oia. Nota. re
liquerūt oia.i. habita ꝛ habēda q̄tū ad deſi
deriū habēdi. Tu dimittis regnū vel prelatio
nē quā forte nūq̄ habuiſſes quādo dimittis
deſideriū habendi. Ideo religioſus lꝫ nō ha
buerit vxorē nec filios: tn̄ reliquit ꝓ xp̄o: quia
potuit habere. Ideo: qꝛ petr⁹ ꝛ alij apli dimi
ſerūt oia habita ꝛ deſideriū ꝛc̄. Ideo dic̄. Ec
ce nos reliqm⁹ ꝛc̄. Nō audite quō btūs fran
ciſcus reliqt oia. Dicaꝛ quō qn̄ erat iuuenis
erat mercator ꝛ ſubtilis. Et qn̄ fuit q̄ſi. xx. an
norū dū ſic negociaret intrauit quādā eccliaꝫ
ꝑ boanꝫ habebat. Iō ꝓ nullo negocio dꝫ pſo
na dimittere aliquā orōnē: qꝛ de ꝓfūdo abyſ
ſi extrahit pctōrē. Ideo ait Dd. Bn̄dict⁹ de⁹
qui nō amonit orōnē meā: ꝛ miam ſuā a me.
ps. lxv. Glo. Auguſti. Nunq̄ amoueaꝛ a te
oratio tua: ꝛ nunq̄ amouebiſ a te mīa diua.
Ergo ad bonū finē perducit. Propē h° btūs
frāciſcus orabat. Cui crucifixus corā quo ora
bat locutus fuit di. Eccleſia mea cadit: repera
eam. Cogitate qualē timoreꝫ debuit habere.
intelligēs ꝙ loquereſ de illa eccleſia: vertit ſe
ꝛ vidit ꝙ minabaſ ruinā. Et vendidit oia que
habebat: ꝛ portauit pecunias curato: vt eam
repareſ. Et xp̄us loquebaſ de eccl̄ia vniuerſa
li: q̄ tota cadebat. Dn̄i tꝑales ꝑ iniuſticiā: pre
lati per negligētiā religioſi per indeuotionē
clerici ꝑ inhoneſtatē: ꝛ hoc pncipaliſ itellige
bat xp̄s vt repareſ. Sꝫ btūs franciſcus adhuc
nō intelligebat: qꝛ iſta fuit pma reuelatio. qui
tn̄ de cetero fuit ardentiſſim⁹ amator pauper
tatis: dimittēs oia: ꝛ recepit ſaccum. Non in
digebat ſartore: ꝛ cum corda cingebat ſemec
induebatur alia veſte: ꝛ dic̄ hiſtoria ꝙ de die
erat veſtis ꝛ de nocte ſtratum pediculis ple
num: paupꝑtatē vocabat dn̄am ſuam. Hic dat
exēplū religioſis clericis: ꝛ laicis qui deuote
ſe obligarunt ad paupertatē apl̄icaꝫ ꝙ nihil
poſſideāt tāq̄ ꝓprium: vt poſſint dicere cum
btō petro ꝛ alijs. Ecce nos reliqm⁹ oia ꝛ ſecu
ti ſum⁹ te. Sed nos mō ſeruam⁹ paupertatem
ſine defectu: bn̄ paſti: induti: ꝛ ſi aliqd nobis
deficiat. murmuram⁹: ideo ꝑdem⁹ ꝓmiſſionē
factā nobis a xp̄o di. Amē dico vobis ꝙ vos
q ſecuti eſtis me in regeneratiōe cuꝫ ſederit fi
lius hois in ſede maieſtaſ ſue: ſedebitis ꝛ vos
ſup ſedes. xij. iudicantes. xij. trib⁹ iſrł. Math.
xix. Clerici etiam hn̄t exēplū ꝙ exq̄. hn̄t ſuos
reddit⁹ nō ꝯgregēt ſuꝑfluos theſauros iuxta
ḋbū xp̄i. Nolite theſaurizare: cōgregando in
ciſtas ꝛc̄. Non ſolū hn̄t cauere ab vſuris ꝛc̄. ꝛ
ſymonijs: ſed ab auaricia. Et qd oportꝫ facere
ciſternaꝫ in domo vbi eſt fons emanās. Ber
nar. O clerice qcqd preter victuꝫ ꝛ veſtitum
ſimplicē. retines furtū facis: ſacrilegiū cōmit
tis. Hinc ē qḋ dr. xvi. q. i. Clerici q̄tū ad res
eccl̄ie cū pauperū ſint alienare nō pn̄t. Laici
etiā hn̄t exēplū. Non oportꝫ oia dimittere vt
btūs frāciſcus: ſꝫ recognoſcatis domū: arcaꝫ:
burſam: ꝛ ſi eſt ibi aliqd de vſura: furto rapi
na: dimittaſ reſtituendo: qꝛ ſic corrumperet oia
alia. Exemplū de pomo corrupto qḋ oia alia
corrūperet: ita ḋ florenis. Ideo aplus. Reddite
oib⁹ debita. Et nemini quicq̄ debeatis niſi vt
inuicē diligatis. Roma. iij. Ecce prim⁹ radi⁹
Iō dic̄ thema. Lucerna ꝛc. ¶ Secūd⁹ radi⁹
eſt de aſperitate pniali. Mirum eſt ꝙ tantaſ
aſperitateꝫ faciebat. Dicanſ aliq̄. Primo nō
portabat niſi illuꝫ ſaccum in hyeme ꝛ ſtatim
intellexit illud euāgeliū ad lrām. Neqꝫ duas
tunicas habeatis. Dormiebat ſup terraꝫ. Si
aliq̄n̄do fieret ſibi aliqua ſcutella de bono ci
bo: ponebat cineres vel aquā frigidaꝫ. Dicaſ
de tēptatione vt haberet vxorem ꝛ filios ꝛc̄.
demū fecit ꝛ ꝓiecit ſe in niue ibat diſcalciat⁹.
Hic dat nobis exēplū vt faciam⁹ aliquā aſpe
ritatem pnialem. Dicunt aliqui ſtulti ꝛ igno
rātes. Ue qd oportꝫ facere aſperitatē: ꝛ quid
ꝓdeſt deo ꝛc̄. Rn̄deo ꝙ de aſperitate quam
nos faciam⁹ de⁹ habet honorē: ꝛ nos vtilitatē
qꝛ ſicut rex qui hꝫ vnū caſtruꝫ rebelle ꝛ miles
ſubijcit caſtrū: regis eſt honor: ꝛ miles habe
bit inde ſalariū ꝛc̄. Sic corp⁹ noſtrū rebelle ē
deo. Senſus eniꝫ ꝛ cogitatio hūani cordis in
maluꝫ prona ſunt ab adoleſcentia ſua Geñ.
viij. Sꝫ ſubijciſ deo per aſperitatē ieiunando
ꝛc̄. Ideo ſi eſtis bonus miles ſubijciatis ipſuꝫ
deo: qꝛ honor eſt dei: vtilitas aūt veſtra: nam
de⁹ ſeruat iſtū modū pctōrib⁹: ꝙ ſi in h° mun
do faciūt iuſticiā de ſe ipſe in alio mūdo non
faciet iuſticiā de pctis. Iuſticia ꝓ peccatis fit
per pniales aſperitates. Et qn̄ aīa talium ve
nit ad iudiciuꝫ vbi accuſaſ a dyabolo dic̄ xp̄s
Quid dicis tu aīa. Rn̄det. Dn̄e verū eſt ꝙ
feci illa: tn̄ dn̄e feci iuſticiam: qꝛ ſi aliqn̄ fui ſu
perbus humiliaui me: ꝛ ſic de alijs. Feci iudi
ciū.ſ. cōfitēdo: ꝛ iuſticiā: nō tradas me a calū
niātibus me. ps. cxviij. Dicit xp̄s. Ego ſuꝫ cō
tētus. Ecce vtilitas. Iō xp̄s. Dico vobis ꝙ ni
ſi pniam habueritis oēs ſiſ ꝑibitis. Luce. xiij.

❡Tertiꝰ radiꝰ ē de hūilitate cordiali. Erat.n. ita hūilis ꝙ reputabat ſe viliorē oībus ⁊ magis pctōrē. Dicat quō ſocio oranti fuit viſa in celo pulcherrima cathedra cum corona: ⁊ di. O būdictꝰ erit q in illa collocabit. Reſpōdit xp̄s: cathedrā illā ꝑdidit unꝰ princeps de ordine ſeraphin ex ſua ſuperbia: ⁊ reſeruabit hūili franciſco. Uñ cū ſemel ille ſociꝰ q̄reret a btō franciſco. Pater qualē eſtimationē habet̄ de vobiſmet. Rn̄dit. Nō credo eſſe hoiē magis pctōrē in mūdo q̄ ego. Et ſociꝰ. Quō hic poteſtis talē imaginationem de vobis: cum tot gratias recipiatis a deo. Rn̄dit. Tot gr̄as recipio ꝙ ſi aliꝰ reciperet: humilior me fieret: ⁊ maius bonum faceret. Dicat ſiſitudo. Sint duo hoies ⁊ unꝰ habet paucas poſſeſſiones ⁊ pecunias: tñ tranſit. Alius vero recipit mutuo magnū theſaurū: de quo annuatim habet facere certā pēſionē ſub pena mortis. Itē hꝫ reddē totū illū theſaurū dn̄o certo die ſub pena mortis obligata ⁊ reddere ⁊c. magnū onus tenet ſupra ſe. Aliꝰ aūt lꝫ non hēat tantū: trāſit lete ⁊ ſine illa obligatiōe. Ita in ꝓpoſito: det mihi unū ſctm̄: nihil aliud vult dicere: q̄ recepiſſe a xp̄o diuite mutuo magnū theſaurū ſub pena ⁊c. ⁊ ꝙ certo tpe reddat ſibi rōnē. Et q ſctūs cogitat. O deꝰ fecit mihi tātā gr̄am de ſciētia vel eloquētia vel faciēdi miracula: cū dolore ⁊ triſticia ⁊ in magna humilitate debeo viuere. Et iſtud cogitās v̄go maria humiliabat: q̄ ſciuit ſe eſſe matrē dei. ⁊ eſſe virginē: reginam celi. Nā q̄to ꝑſona ſancta excellētior: tāto eē dꝫ humilior. Eccli. iij. Quanto magnus es. ſ. in ſanctitate: humiliate in oibus: ⁊ corā deo inuenies gratiā. ſ. ulteriorem. Qm̄ magna potentia dei ſolius: que dat gr̄am ⁊ ab humilibꝰ honorat. Perſona autē que a deo nō recipit tot gr̄as pōt viuere lete: qꝛ non eſt ita obligata: ⁊ cito reddet computū ſuū. Sicut.n. diues hēt reddere cōputum de quolibet floreno: ita ſanctus de qualibet gr̄a. Propter hoc ſcti dum magis honorabant: plus humiliabant. Ideo xp̄s. Hoi aūt cui multū datū ē: multum queretur ab eo. Et cui cōmendauerunt multū: plus petent ab eo. Lu. xij. Iſta de cā beatus Franciſcus humiliabat: recordans itra ſe illius verbi. Quāto magnus es. ſ. in diuitijs: dignitate prelatione ſanctitate ⁊c. humilia te in oibus. Eccli. iij. ❡Quartus gradius eſt de charitate diuinali. Nā intantū erat inflāmatus in amore dī ⁊ ꝓximi ꝙ volebat ꝙ oēs ſaluarent: ⁊ in ſignū huius fundauit ordinē fratrū minorum quo fundato fuit ſibi dictū ꝙ regula erat multū fortis: nec poſſet ſeruari ꝙ tēperaret. Rn̄dit. Ego ſcripſi qð xp̄s ore ſuo ordinauit. Iō nihil mutabo: qꝛ ſeruus in lr̄a dn̄i nihil poteſt mutare. Qui illam regulā ſeruat ſanctus eſt ⁊ qñ morit poſſet canonizari: ſed de mille unꝰ ſeruat. Deinde dixit: Et nunqd etiā mulieres debēt ſeruare. Rn̄dit. Et nūqd xp̄s de muliere voluit naſci. Ideo ꝓ ſaluatiōe mulierum fecit aliū ordinē. Ecce quāta charitas. Deinde vt de ſtatu matrimonij poſſent facilꝰ ſeruari fecit tertiā regulam. Et qꝛ ita erat ardens in charitate apparuit q̄ſi ſeraph. Et ſubito ac ſi a baliſta emitteretur clauus quidam de neruo percuſſit manū dextrā: deinde ſiniſtrā. Etiam in pedibus habuit plagas: itm̄ ꝙ poterat dicere. Ego ſtigmata dn̄i ieſu in corpe meo porto. Gal. vlti. Dicat quō ex hūilitate abſcondebat plagas vt vitaret vanā gloriam. Optime ſuabat illud pceptū. Charitas veſtra magis ac magis abūdet. ad Phil. i. Hic habemꝰ exēplū nos religioſi: qꝛ non poſſumus tantā habere charitatē vt beatꝰ Franciſcus: ad minus habeamꝰ iſtā formā ſeruandi regulā non viuamus ſicut alij viuunt: ſed ſicut dn̄s: vt dic apoſtolus. Quicūqꝫ.n. in lege peccauerūt: per legem iudicabunt. Roma. ij. Lex religioſorū eſt regula. Dicat practica de examine in capitulo culparū: i iudicio xp̄i ad portam paradiſi: cū miraculo illius fratris minoris qð legit in vita beati Franciſci compoſita a. xij. ſocijs Si vellet ſe religioſus excuſare dicens: Dn̄e nō ſeruaui: qꝛ alij non ſeruabant. Ideo vadas cū eis ad infernū. Dicunt aliqui: prelatus diſpenſat. Nota dr̄iam inter diſpenſationem ⁊ diſſipationem. Diſpenſatio eſt relaxatio iuris cōis pro loco ⁊ tpe: pro loco qñ cum rege hēt comedere ⁊c. Tpe. ſ. peſtilētie vel venit de foris laſſus ⁊c. ſed indifferenter comedere carnes non eſt diſpenſatio: ſed diſſipatio. Et qui diſpēſat iſto modo ⁊ qui vtit peccat. Religioſus enim debet reſpicere regulam ⁊ mulier vana ſpeculū. Charitas vero laicorū ⁊ ſacerdotum conſiſtit in duobus. Primo vt dicāt officium diuinū diſtincte ⁊c. Secundo vt viuant honeſte propter illud ſacr̄m qð tractant ⁊c. Charitas laicorum vt ſeruant dn̄icam ipſi filij ⁊ famuli ⁊ aīalia: qꝛ magis proficiūt campi ⁊ vinee ⁊ alia ex miſſa q̄ ex veſtro labore. Ideo prio Chorin. xvi. Oia opa veſtra fiāt in charitate. ❡Quintꝰ radiꝰ eſt firmitas ꝑpetualis: qꝛ in tota vita ſua perſeuerauit in ſanctitate ⁊ bona vita. Multi incipiūt ſeruire deo feruēter vt religioſus in nouiciatu: ſed exquo fecerunt



profeſſionē ⁊c. dicit vnus: ego ſū iubilemus ego magr̄. Nō dicit votū vſqꝫ ad iubileū vel ad magiſteriū: ſed vſqꝫ ad mortē. Idē de clericis deuote incipiētibꝰ: ſed paulati dimittūt ⁊c̄. Idē de clericis vt aqua calida q̄ paulatim frigeſcit. Nō ſic fecit btūs Frācifcus: ſꝫ firmiter ꝑſeuerauerat. Propter hoc deꝰ ſibi reuelauit diem ſui obitꝰ: dicēs: tali die venies ad paradiſum: ⁊ reuelauit fratribus ſuis: ⁊ in die obitus fecit portare cineres ⁊ cilicū: ⁊ poſuit ſe ibi nudus petēs habitū ſibi accōmodari a guardiano quouſqꝫ obijſſet. In obitu aūt aīa eius ſctiſſima clara vt luna viſa eſt celū aſcendere. Ideo cōtinuemꝰ in bona vita. Modus eſt cogitādo ⁊ dicēdo intra ſe. Uideamus eſt annꝰ vbi ego eram: ⁊ quō vadit mōſi inuenit ſe meliorē bū ſtat: ſignū ē ꝙ ambulaſtis. Non credatis ꝙ ꝑfectio ſanctitatis cōſiſtat ſolum in additiōe bonorū operū: ſꝫ cōſiſtit in additione bonoꝝ operū cum augmēto deuotiōis. Ita fecit btūs Franciſcus. Ideo dicit thema. Lucerna fulgoris illuminabit te.

❡De ſancto Luca euāgeliſta. Sermo.

Dignus eſt operarius mercede ſua. Luce. x. Intellectus huiꝰ verbi: ſm intellectum quem volo ꝑtractare eſt iſte. Btūs Lucas bonus operarius dignus fuit de mercede ſua. ſ. de gloria ſua. Modo pertractando iſtud verbum inuenio in ſacra ſcriptura ꝙ per quattuor virtutes ſingulariter meremur gloriam paradiſi. ſ.

Per generalem obedientiam.
Per liberalem miām.
Per diuinalem ſapiam.
Per virtualem pn̄iam.

Ecce hic quattuor v̄tutes ꝑ quas in ſacra ſcriptura clare oñdit ꝙ poſſumꝰ acqrere ſalariū glie celeſtis. Et qꝛ btūs Lucas habuit iſtas q̄ttuor in generali ⁊ quālibet in ꝑticulari: ideo poſſū de eo cōcludere thema. Dignꝰ eſt operarius mercede ſua. Nō dicamus de quolibet. ❡Dico pmo ⁊c̄. Generalis obediētia eſt obedire oibꝰ preceptis dei: pro nullo honore ſeu vtilitate habēda facē ↄ dei pcepta: talis ē dignꝰ ſalario glie. Sed volo vos auiſare hic. Nō credat ꝙ ꝓ aliq̄ obediētia vl ſctā vita debeatis habere gliā eiꝰ ex debito: ſꝫ ex dīna ordinatiōe ⁊ ꝓmiſſiōe: qꝛ ipſe ita ꝓmiſit. Nō dicere debet. Dn̄e det mihi gloriā quā mihi debet: qꝛ ſeruiui vob: ſꝫ dicere oꝫ. Dn̄e ego obediui ⁊ ſeruiui vob ideo det mihi gloriā: qꝛ ita ꝓmiſiſtis. Declarat exēplo captiui obediens precepꝉ dn̄i: ſi ex hoc peteret ſalariū: diceret ſibi dn̄s. Et tu petis ſalarium ⁊ nunqd es captiuꝰ meꝰ: ſeruias mihi bn̄ ⁊ ſis mihi obediēs qꝛ ꝓmitto tibi ꝙ ꝓ quolibet ope dabo tibi ſalarium ⁊ hereditatē meā. Tūc captiui poſſēt petere ſalariū nō ex debito: ſed ex ꝓmiſſione dn̄i. Ita de nobis nullꝰ reputet ſibi ad iniuriā qꝛ omnes ſumꝰ captiui xp̄i: iuſto pcio empti ſcꝫ ſanguie ſuo. In menſa enī cambij. ſ. crucis ſoluēs patri apertēs burſā corpis ſui in capite ꝑ coronā ſpineā: ⁊ ſic de alijs. Iō oēs ſumꝰ captiui ſui ⁊ noſter honor eſt. Ideo btā Agatha dicebat. Sūma ingenuitas. i. nobilitas ē in qua xp̄i ſeruitꝰ cōprobat: ideo ſeruilem me oſtēdo ꝑſonā. Non enī eſtis veſtri: empti eſt precio magno glificate ⁊ portate deū i corpore veſtro. i. Cho. vi. Igit lꝫ bene ſeruiamus ⁊ obediamꝰ pcept dei ex debito nō poſſumꝰ petere paradiſum. Si aīa alicuiꝰ ſancti ad portam paradiſi allegaret. Det mihi paradiſū: qꝛ ergo ſeruiui vobis ⁊c̄. Non eſt bona ratio qꝛ poſſet rn̄dere xp̄s. Feciſti qð debuiſti: alias ⁊c̄. Auctas. Cū feceritis oia q̄ pcepta ſunt vob: dicite ſerui inutiles ſumꝰ: qð facere debuimus fecimꝰ. Lu. xvij. Ergo quo iure potero petere gloriā. Dico ꝙ ſic: dn̄e detis mihi gloriā quā promiſiſtis illis q obedirent. vob: inſtrumētū recepit. Qui fecerit voluntatē patris mei q in celis eſt: ipſe intrabit in regnū celoꝝ. Mat. vij. Cui dicet xp̄s: veni intra in gaudium dn̄i tui. Ecce quō intelligit obedientia generalis Da mercedē dn̄e ſuſtinētibꝰ. ſ. ſup ſe tenētibꝰ mādata tua vt ꝓphete tui fideles inueniātur. Eccli. xxxvi. Dico ꝙ iſto modo btūs Lucas acqſiuit mercedem glorie. Fuit enī obediens nō ſolum pcepꝉ: ſed etiam cōſilijs: qꝛ dic beatus Ierony. ꝙ nunq̄ peccauit mortaliter: qꝛ ſemper ſine crimine fuit. Seqt ergo ꝙ nunq̄ fecit cōtra precepta diūa: nec per ſuperbiā ſꝫ haberet ſciam que inflat: quia erat medicus aptiſſimus. Dicat quō in qualibet facultate quāto aliqs eſt excellentior: tanto eſt magis ſupbus: qꝛ ſcia inflat in corde. i. Cho. viij. Sꝫ beatꝰ Lucas taliter ſe gubernauit ꝙ ex ſuperbia nō fecit cōtra dei pceptū: in ſtudio nō deſpiciebat aliquē: nec ſupbiebat legēdo ſeu diſputādo ⁊c̄. nec i repetitōe quā fecit reuerſus de ſtudio. Itē nec ꝑ pctm̄ auaricie. Medicus enī peritꝰ multa pōt cōgregare: magni dn̄i recurrūt ad eū ⁊c̄. Sed beatꝰ Lucas a diuitibus recipiebat: a paupibꝰ nihil: imo aliq̄tiēs emebat medicinas eis neceſſarias. Item nec per luxuriā: imo vt dicit Ierony. nūq̄ habuit

vxorē nec filios. Dicaꝛ hic practice q̄n amici
tractabāt dare ſibi vxorem poſtq̄ fuit reuer-
ſus de ſtudio. Nec hoc per inuidiā q̄ cōiter ē int
medicos: ſed btūs Lucas ſemꝑ cōmendabat
alios: nec deſpiciebat: immo q̄n amici infirmi
vel īfirmorū dicebant: nos ſum⁹ cōtenti de vo
bis dicebat: imo teneaꝛ talē: q̄a bonam ſciam
habet ⁊c. Nec per gulā. dicͭ Jero. ꝙ virgo per
ſeuerauit ſemꝑ. Nō ỽginitas nō pōt bn̄ cuſto
diri: de q̄libet ſtatu dic: q̄a perſona guloſa ne-
ceſſario erat luxurioſa. Rō: q̄a ille ꝑtes vici-
ne ſunt: ⁊ vn⁹ inuitat aliū ſicut ſoci⁹ ſociū. Ideo
q̄ vult viuere caſte in mala ſocietate ⁊ cū ple-
no vētre dicͭ Bern. ꝙ eſſet ma⁹ miraculū q̄
ſuſcitare mortuos. Nec ex peccato ire. Utinā
oēs religioſi eſſent ita patientes: nūq̄ ex aliq̄
iniuria abſtulit verbū alicui. Dicaꝛ cōtra vici
um mulierū. Itē ꝓmo ibat ad petēdum ve-
niam licet fuiſſet iniuriatus. Nec per accidiā
q̄a ſicut ouū eſt plenū ita temp⁹ bti Luce. O
quot ꝯmittūt perdere tēp⁹: ⁊ q̄a nō fecit ꝯtra
mādatū dei: poſſum⁹ dicere ꝙ habuit obediē
tiā generalē. Totū hoc dicͭ btūs Jero. in ꝓlo-
go ſuꝑ Lucā. Lucas anthiocen⁹: natiōe ſyr⁹
apud anthiochiā medicine artis egregi⁹ ſine
crimine fuit: neq̄ vxorem vnq̄ habuit neq̄ fi-
lios in ỽginitate permanēs dn̄o maluit deſerui
re. Ergo poſſum⁹ dicere. Dignus eſt operarius
mercede ſua. Moraliꝛ hic eſt notandū nob
ꝙ ad minus habeam⁹ obedientiā ad decem
mādata: ideo dedit deus decem digitos i ma
nus cōcludendo per illud. Si vis ad vitā in-
gredi ſerua mādata dei. Mat. xix. ¶ Dico 1°
⁊c. Liberalis mīa eſt q̄n de bonis tꝑalib⁹ vel
ſpūalibus hō dat idigēti: talis mereꝛ ſalariū
glīe. Quilibet enim theſaurarius diſpenſans
bona dn̄i ſm voluntatē dn̄i ſui meretur ſalari
um. Modo q̄libet diues eſt diſpēſator ⁊ mi-
niſter illius magni regis ieſu xp̄i. Nō credatꝭ
vos eſſe dn̄os nec talis ſtulticia ītret in cordi-
bus diuitū q̄a qui dn̄s eſt nulli teneꝛ reddere
computū. vos aūt de oībus oꝫ reddere ratio
nem quomō acq̄ſiuiſtis: expēdiſtis ⁊c. vſq̄ ad
vltimum quadrantem habetis dare cōputū
xp̄o. Iſte error: dicendo: de meis pecunijs ⁊c.
nūq̄d potero recipe aliq̄d itereſſe: facit mul-
tos dānare. Rō ē vſurarioꝝ: ſed realiter xp̄s
eſt dn̄s. Dn̄i eſt terra ⁊c. vos diuites eſtis ſo
lum miſtri ⁊ diſpenſatores. Sic nos exiſtimet
hō vt miſtros xp̄i ⁊ diſpenſatores. i. Cho. iiij.
Si g° diſpenſatꝭ ſm voluntatē ſuā: digni eſtis
mercede. Uoluntas ſua eſt vt diſpēſatꝭ ꝓrio in
bono vr̄a in veſtris neceſſitatib⁹: non in vani

tatibus: qꝛ alr puniret vos ⁊c. Secundo rece
pta neceſſitate detis pauperibus vel mutuetis
ſine vſura. Ecce q̄d dicͭ iſtrm cōmiſſionis. Tu
diues nō feneraberis frī tuo ad vſurā pecuniā
nec fruges nec q̄libet aliā rē. Fratri aūt tuo
illud q̄ idiget cōmodabis vt bn̄dicat tibi dn̄s
de⁹ tuus in oi ope tuo. Deut. xxiij. Proditor
eſſet diſpēſator regis ſi de pecunia regis dicēt
nūq̄d ḋ mea moneta potero recipe emolimē
ta. Q̄n aūt diuiꝭ libalis aīa vadit ad portam
paradiſi: ⁊ dicͭ xp̄s. Quid feciſti. Rn̄det aīa.
Dn̄e diſpenſaui bona vr̄a ſm volūtatē vr̄am
recepta neceſſitate: ḋdi ⁊c. ⁊ mutuaui ſine vſu
ra: mercedem glīe recipit. Auctas. Quicūq̄
potū dederit vni ex minimis iſtis: calicē. ſ. aque
frigide tm̄: q̄to magis q̄ dat vinū ⁊c. in noie
diſcipuli. amē dico vob nō ꝑdet mercedē ſuā
Mat. x. Itē Lu. vi. Mutuū dātes: nihil inde
ſperātes: ⁊ erit merces veſtra multa. Quia ſi
de vſura deberet recipe centū florenos ⁊ non
facit. de⁹ dabit ſibi. cc. hic: ⁊ glīā in paradiſo.
Patꝫ g° quō ex mīa acquiritur glīa paradiſi.
Dicaꝛ hic de mīa bti Luce. Q̄n enim audiuit
famā duodecim aploꝝ quaſi duodecim me-
dicorū: curātes oēs infirmitates: ſurdos: ⁊ ce
cos ⁊c. admirans: qꝛ ars medicine nō ſufficit
ad hoc: voluit ire ⁊ videre aploſ: cum adhuc
eſſet infidelis: ⁊ venit ad hieruſalē ad beatū
petrū dicēs: Audiui famam de curis veſtris:
quas faciꝭ. tamen video ꝙ eſtis pauperes. Et
btūs petrus dixit ſibi quō quidā magn⁹ medi
cus venerat de celo ⁊ oſtendit eis artē ꝙ ſine
purgatione ſanarent ⁊c. Finaliter predicauit
ſibi fidē xp̄i quā firmauit miraculis ꝓpter q̄d
beat⁹ Lucas baptizabaꝛ: ⁊ petijt a btō petro
vt diceret ſibi ſi hēbat aliud facē: ⁊ petr⁹ dixit
Si vis ꝑfect⁹ eſſe: vade ⁊ vēde oīa q̄ habes: ⁊
da pauperib⁹: ⁊ habebis theſaurū in celo. Di
catur quō fuit reuerſus antiochiam ⁊ vendi-
dit domum: poſſeſſiones ⁊ quicquid habebat
Mō dixit ipe: oꝫ ꝙ iſtud diſtribuatur paupe
ribus: ſed q̄b⁹: qꝛ aliqui ſūt paupes q̄ vadunt
ad tabernas ⁊c. iſti nō hn̄t niſi vnicam rōnē
vt homo det eis: qꝛ ſunt ad imaginē dei. Alij
ſunt pauperes bone vite qui ſeruiūt xp̄o: ideo
illis dabo: portauit ſaccū pecunie: ⁊ poſuit ad
pedes aploꝝ vt diſtribuerent pauperib⁹. Hoc
extrahitur ab illo textu. Act. iiij. Nota ibidē
tex. qꝛ dicit: quotquot enim. Nota vliter loqui-
tur: poſſeſſiones agrorum aut domorum erant
vendētes afferebāt precia eoꝝ que vendebāt
⁊ ponebant ante pedes apoſtolorum. Diuide
batur autē ſingulis put vnicuiq̄ opus erat.

Ergo ſi ex liberali mīa homo mereꝛ regnum
celoꝝ: q̄d dicemus de beato Luca. Dign⁹ eſt
operari⁹ ⁊c. Moraliter hic dico vobis ꝙ tene
mini ad hoc ꝙ ſi in domo vel burſa veſtra ha
betis aliq̄d de malo iuſto: diſtribuatis reſtitu
endo: alr corrūpetꝭ q̄cq̄d habetꝭ: vt pomū cor
ruptū corrumpit alia: ita florenus corruptus
Sicut ꝓijcitꝛ ergo pomū: ꝓijciatis reſtituēdo:
⁊ ſic conſeruanꝛ bona. Si habetis aliquid de
mortuis: de hoſpitalib⁹ vel de eccl'ia ⁊ de ſerui
torib⁹: de laboratorib⁹: de vſuris ⁊ furtꝭ: redda
tis ne corrūpant alia. Reddite oībus debita.
Rome. xiij. ¶ Dico tertio ⁊c. diua ſapīa eſt
ſcire gubernare perſonā ſuam iuxta dei volū
tatē in ỽtutibus ⁊ bonis operib⁹ ⁊ vltra hoc
attrahere bonis modis alios ad deum. Sic ſi
rex cōmitteret vnum caſtrū vni militi dicēs.
Scias bene ḋfendere iſtud caſtrū ab inimicis
ſi iſte miles ſit ſtrēuus ⁊ valēs: ⁊ non ſolū cu
ſtodit illud caſtrum fideliꝛ: ſꝫ faciēdo pugnas
inimicis regis acquirit regi. x. vel. xv. aut. xxx.
caſtra nūq̄d tūc meretur regis ſalariū: immo.
Ita de nobis: q̄libet noſtrū habet vnū caſtrū
ſibi cōmiſſū. ſ. ſemetipſum a rege xp̄o: q̄ plus
diligit vnum caſtrū de iſtis q̄ꝫ rex regnum. Di
cens in inſtrumento cōmiſſionis. Cuſtodi te
metipſum ⁊ aīam tuā ſollicite. Deut. iiij. In fi
ne q̄n dicit regi xp̄o: Ecce dn̄e aīam quā cōſer
uaui ⁊c. mereꝛ ſalariū ⁊c. Sed q̄n nō ſolū cu-
ſtodit caſtrū p vitam: ſed vltra hoc lucraꝛ de
caſtris inimicoꝝ p bonam vitā ſeu doctrinā.
Caſtra inimicoꝝ ſūt perſone male ⁊ pctōres.
Perſona ſupba eſt caſtrū poſſeſſum a dyabo
lo leuiathan: ⁊ ſic de alijs ſeptē. Et expugnan
tur per ſanctā vitā ⁊ doctrinā bonam ꝑdican-
do. q̄n conuertiꝛ ſuperbus ⁊ humiliaꝛ: ſubijci
tur xp̄o: ⁊ ſic de alijs. Unde quot pctōres con
uertit vn⁹ ꝑdicator tot caſtra acq̄rit: talis ma-
gnū ſalarium mereꝛ. Auctas. ⁊ fuit dictum vi
ctorioſo abrahe in ꝑſona predicatoris. Noli ti
mere abraham. ſ. ꝑdicator: ego ꝓtector tu⁹ ſū
⁊ merces tua magna nimis. Gene. xv. Nota
noli. timere: qꝛ predicator multos hꝫ inimicos
Primo demones. ſcdo ḋtractores inuidos ⁊c.
Semināti iuſticiā merces fidelꝭ. Prouerb. xi.
Seminator iuſticie in agris ꝯſcie eſt ꝑdicator
Iſtam ſapiam ⁊ virtutē habuit btūs Lucas
excellenter: q̄. xxxvij. annis ꝑdicauit per mun
dum cū btō paulo. Soci⁹ ſuus fuit: ibat de vil
la in villā ⁊c. O quot caſtra acq̄ſiuit xp̄o. Nō
recedebat ab aploꝝ: inmo ꝙ dicit aplus. In pri
ma defenſione mea nemo mihi affuit: ſed oēs
me dereliquerunt. Lucas eſt mecum ſolus. ij.

Thi. iiij. imo etiā hodie quolibet die bellat ⁊
acquirit caſtra ex ſuo ḋuoto ⁊ magis comple
to euangelio q̄ꝫ alioꝝ: ⁊ cum actibus aploꝝ.
Multa. n. dicit que alij tacuerūt: ſicut de con
ceptiōe ⁊ natiuitate beati Joānis baptiſte: de
annūciatione ỽginis. Lucas hoc dicit. Item
de natiuitate xp̄i in portieu: ⁊ de angelis can-
tantibus: ſolus Lucas de hoc dicit. Itē de pa
ſtoribus adorantib⁹ ſolus Lucas dicit. Item
de circūciſione ⁊ tēpli ꝑſentatione. Itē de vi
ta xp̄i. ⁊. xij. annis vſq̄ ad. xxx. ſolus dicit Lu
cas. Erat ſubdit⁹ illis. Dicit Lyra ꝙ iuuabat
Joſeph ⁊c. Et beatus Lucas iſta habuit a vir
gine Maria: que multū eum diligebat: qꝛ erat
virgo: ⁊ ipſe etiam diligebat virginē. Idō eam
depinxit ⁊ fecit veronicam. Ueniebat enim ad
virginem di. Uirgo benedicta ⁊c. Mattheus
⁊ Marcus non dicunt aliq̄d de annunciatiōe
⁊ natiuitate: ideo ⁊c. Item de paſſione dixit
bene dicam: alij euangeliſte nihil ponunt nec
dicat niſi ꝙ dixit Hely Hely: dicatis mihi que
alia ỽba dixit. Et virgo maria incepit flere di.
O luca: hoc eſſet renouare dolorem. Et lucas
Et ỽgo glorioſa: bonū eſt ꝙ xp̄iani ſciant ꝓ-
pter deuotionem. Ideo virgo maria ⁊c. Ad
quem ait virgo. In die veneris ſancta q̄n Jo
annes venit ad me dicēs: ꝙ filius me⁹ ducebā
tur ad crucifigendū: exiui domum ⁊ obuiam
filio meo ⁊c. Uidi mulieres flentes retro eū
⁊ filius meus vertēs ſe ad eas. dixit: Filie hie-
ruſalē nolite flere ſuꝑ me. ſꝫ ſuꝑ voſmetipſos
flete ⁊ ſuꝑ filios veſtros. Et virgo maria ⁊ Lu
cas ambo flebant. Solus Lucas ſcripſit hoc
verbū: ſicut habuit a virgine Maria. Itē alia
die Lucas queſiuit a virgine. Si q̄n fuit i cru
ce dixit aliq̄d verbum. O dixit virgo Maria
⁊ tam magn⁹ dolor ⁊c. Pater dimitte illis ⁊c.
Item queſiuit de vltimo verbo ⁊c. In manus
tuas ⁊c. Ita ꝙ euangeliū Luce eſt magis cō
pletum: intantū ꝙ beata martha ex his deuo
tionib⁹ in ſuo obitu ſolum iſtud euangelium
Luce voluit vt ſibi legereꝛ: a ꝑncipio legeba-
tur per omnes eccleſias. Miſim⁹ fratrem no-
ſtrum. Glo. lucam: cuius laus eſt in euāgelio
per oēs eccl'ias ⁊c. ij. Cho. viij. Fiat g° rō: ſi ex
diua ſapīa aliq̄s mereꝛ ſalariū glīe ⁊ beatus
lucas ⁊c. ¶ Dico quarto ⁊c. Quia ỽtualis ē
ieiunare: diſciplinare ſe vel portare cilicium
⁊c. vt faciebāt ſancti Dn̄icus: Frāciſcus. Be-
nedict⁹ ⁊c. ex his mereꝛ ſalariū glīe. Auctas.
Beati qui nūc eſuritis. Ecce ieiunia: quia ſa
turabimini. Beati qui nūc fletis: qꝛ ridebitis
⁊c. Sequiꝛ. Gaudete ⁊ exultate. ecce enī mer

ces veſtra copioſa eſt in celo. Lu. vi. Diceret
hic aliqs ignorans. Quid oꝫ facē aliud: nam
xp̄s qñ rñdit querēti: dñe qd boni faciā et ha
beā vitā eternā. Dixit xp̄s. Si vis ad vitā in
gredi ſerua mādata dei. ⁊ nō dixit: fac pniāz
igit. Rñdeo q̄ ad ſeruādū bonā vitā in futu
rū ſufficit ſuare mādata. ſ. decē p̄cepta ſꝫ pro
pctis p̄teritis eſt pnia. Et xp̄s hoc p̄cepit di.
Pniāz agite: appropinq̄bit eni regnū celoꝝ
Mat. iiij. Et niſi hoc faciāt: ecce qd dic. Di
co vob: q̄ niſi pniāz habuerit oēs ſil' per bit
Luce. xiij. Iſtā fecit beat' Lucas. qui. xxxvij.
ānis laborauit cū Paulo iter īfideles vt fuiſ
ſet martyr ſed null' voluit eū occidē: ſed ipſe
ſeipſū mortificauit: iuxta cōſiliū apl'i. Mor
tificate mēbra vr̄a que ſūt ſup t'rā. ad Col. iij.
Mortificat corp' ſuū qui pniam ɔtualē facit
Ideo ecclia collecta ſua dic. Dñe ſctūs tu'
lucas euāgeliſta crucis mortificationē iugit
in ſuo corpe pro tui noīs amore portauit ⁊c.

¶ De Symone ⁊ Juda apl'is. Sermo.

Conformes imagis filij dei. Habet
ɔbuꝫ iſtud textualiter ad Ro. viij.
In epl'a hodierna tota feſtiuitas:
ſolēnitas ⁊ officium hodiernū eſt duorū ſan
ctorū aplorū. Symonis ⁊ Jude nō illi' pdi
toris: qꝛ de illo xp̄iani nō faciūt feſtū. ſed de
mones in iferno. Sed iſte ē. Judas thade'
ſanctus bonus ⁊ apl'us ieſu xp̄i. De his etiāz
⁊ erit ſermo noſter. Si placet deo: de eorum
vita ⁊ ſanctitate recipiemus inſtructionē vi
te. Salutetur virgo maria. Iſtud verbum di
citur in epl'a hodierna: loquēs de his duob'
apl'is dic: q̄ iſti duo apoſtoli fuerunt confor
mes. i. ſimiles imaginis filij dei. Pro cui' in
tellectu oꝫ declarare quid eſt imago filij dei.
Pro q̄ ſciēdū q̄ imago ꝓpria filij di eſt vita
ſctā: bñdicta ⁊ p̄fecta xp̄i. Rō: quia q̄ ſtricte
vult cogitare vitā ſanctiſſimāz xp̄i. ſ. ei' incar
nationē: natiuitatē: cōuerſationē: paſſionem:
reſurrectionē: ⁊ ei' aſcenſionē: inueniet q̄ erat
ꝓpria imago filij dei: nō ſolū filij ɔgis. Sicut
eni imago ſancti alicui' vt ɔginis vl' beati pe
tri ⁊c. p̄ntat ſctū vel ſctām: ita vita xp̄i deuo
te cōtēplata rep̄ntat nob q̄ eſt fili' dei eterni
Primo in ei' incarnatiōe: qꝛ ſine hole i mſe
ɔgine fuit cōceptus. Itē qꝛ nat' de matre vir
gine ſine dolore pariente. Itē de noctis clari
tate: qꝛ de corpore xp̄i p̄cedebat claritas plus
q̄ a ſole. Itē de angel cantātib' ⁊ tripudiāti
bus ⁊ cātilenaꝫ cantātib'. Gloria in excelſis
deo ⁊c. Itē qꝛ a boue ⁊ aſino in p̄ſepio adora
tus ē⁊ a paſtorib'. Itē ð ſtella oriētis ⁊ trib'
regib'. Itē miracula q̄ fecit in vita. Item in
baptiſmo celū fuit apertū ⁊ ſpūſſanct' in ſpe
cie colūbe viſus eſt vox: ⁊ patris intonuit di
cēs. Hic eſt filius me' di'ect' ⁊c. Iteꝫ reſurre
ctio ⁊ aſcenſio oia iſta oſtendebāt ieſuꝫ xp̄m
eē filiū dei eternū. Patet g° q̄ vita xp̄i ē ima
go ꝓpria filij dei. Iō dicit apl's in pſona xp̄ia
noꝝ bone vite. Nos oēs reuelata facie nō co
operta facie vt iudei gl'iam dñi ſpeculātes in
eādē imaginē trāſformamur. ij. Coꝝ. iij. No
ta transformamur. Sicut eni pictores qñ vo
lunt extrahere aliquā imaginē ponūt illā co
raꝫ ſe ⁊ illā cōtēplando depingūt. Ita ſcti co
rā ſe ponebāt imaginē filij dei. i. vitaꝫ xp̄i: ad
cui' ſilitudinē ordinabāt ſuā vitaꝫ. p̄rio reſpi
ciēdo vitā xp̄i. ſ. icarnationē in q̄ oñdit infini
tā humilitatē: qꝛ voluit de illo palatio deſcē
dere ad carcerē hui' mūdi: ⁊ dicebat. O quā
tū ego debeo humiliari q̄ ſū vermis putrid'
⁊c. Itē cū eſſet dñs oium voluit fieri pauper
Ideo vitabāt auaritiā. Itē potuit eligē aliā
matrē: ſed noluit niſi virginē. Iō vitabāt lu
xuriā. Itē cū nullū hrēt pctm̄: voluit facē tā
tā abſtinentiā q̄. xl. dieb' ⁊ noctib' ieiunauit
nihil comedēs: nūq̄ fuit talis q̄drageſima.
tota eni alia vita xp̄i erat q̄drageſima: nō co
medebat niſi ſemel in die. Ex iſto ſancti depi
gebant vitā ſuam: vitando gulā. Itē habuit
maximā patiētiā. Iō ſancti nō portabāt ma
lā voluntatē: nec volebāt de iniurijs vīdictā
Itē xp̄s habuit magnā diligentiā q̄ñ p totaꝫ
noctē pnoctabat orando. Cogitate q̄ cū la
chrymis ⁊ genib' flexis totū h° p nobis fecit
qꝛ p ſe non indigebat. Ibat cū labore p̄dicā
do ⁊c. Ab iſta imagie. ſ. vita xp̄i xp̄iani debēt
recipere exemplar: eoꝝ vitam depingēdo in
bonis operib'. Ecce quare dicit. Nos reuela
ta facie ſpeculantes ⁊c. Pꝫ g° q̄ imago filij
dei eſt vita xp̄i. Mō thēa eſt claruꝫ: cū dicit
de his duob' ſctis apl'is. Conformes. i. ſimi
les imaginis filij dei. i. vite xp̄i. Modo videa
mus in quibus fuerūt ſimiles vite xp̄i. Et in
uenio q̄ in ſex fuerunt ſimiles. ſ.

Primo in corpore materiali.
Secundo in aīa rationali.
Tertio in opere virtuali.
Quarto in cōuerſatione ſpūali.
Quinto in p̄dicatione euangelicali.
Sexto in paſſione materiali.

In his ſex fuerūt xp̄o ſimiles. Iō dicit thēa
Cōformes imagis ⁊c. ¶ Dico p° ⁊c. in cor
pore māli. ſed q̄re magis iſti duo q̄ alij: quia



iſti fuerunt filij Marie cleophe ſororis ɔgis
ſecunde genite. Dicit quō beata Anna ma
ter virginis marie nunq̄ habuit filios: ſꝫ ha
buit tres filias. Pria fuit virgo maria geni
trix dei. Secūda maria cleophe mater iſtoꝝ
apoſtolorum Symonis ⁊ Jude. Tertia ma
ria fuit ſalome mater Joannis euangeliſte
⁊ Jacobi maioris. Propinquiores erāt iſti
duo ſymō ⁊ iudas xp̄o q̄ꝫ alij: qa filij ſcd̄e ge
nite. O qualis honor eſt iſte: ſicut ſi rex veſti
ret ſe de capite optime petie panni ⁊ diceret
duobus militibus. Induatis vos de fine: ma
gnū honorē ⁊ maiorem dilectionē oñderet
illis qui de medio induerent petia pāni. Iſta
p̄cioſa ſcarleta fuit beata Anna mater ɔgis.
De iſta petia caput fuit virgo Maria. de q̄
xp̄s indutus eſt veſte humanitatis. Media
eni fuit Maria cleophe: de qua īduti fuerūt
iſti duo. Finis petie fuit maria ſalome: ð qua
īduti fuerunt Joānes ⁊ Jacobus. Ecce quo
modo fuerunt cōformes xp̄o in corpe mate
riali. Ex iſta conformitate non ſolū ſcriptura
dicit ipſos conſanguineos xp̄i: ſed fratres p
pter p̄imitatē. Nonne mater ei' dr̄ maria ⁊
fratres ei' ſymon ⁊ Judas. Mat. xiij. Cōfor
mes imaginis filij dei. ſ. i corpore materiali.
Moralit' iſtā vel ſilem ɔformitatē poſſum'
nos hrē cū xp̄o in corpe ɔtualiter: ⁊ erit me
lior q̄ iſtoꝝ duoꝝ. Iſta eniꝫ fuit carnalis: ſed
iſta erit virtualis q̄ eſt melior. Iſta ē pnia de
de qua xp̄s erat indut': intantū q̄ cū fuiſſet.
xxx. annoꝝ: videbatur. xl. vel. l. Joā. viij. Dic
gloſa q̄ ex ieiunijs ⁊ laborib' ⁊ afflictionib'
videbat. l. ānoꝝ. Si g° volum' eſſe ɔformes
nō curemus q̄ nō ſum' filij marie cleophe: ſꝫ
alterius ſororis virgis marie que prior erat
q̄ maria cleophe. ſ. pnia: qꝛ qñ virgo maria
fuit trium annoꝝ: incepit pniam facere. ſ. i tē
plo ⁊c. Iſtius ergo ſum' filij: qꝛ lꝫ ſymō ⁊ iu
das fuiſſēt filij Marie cleophe ⁊ ɔſanguinei
germani xp̄i niſi fuiſſent filij pnie per bonaꝫ
vitā dānati fuiſſent. Magis ſunt ſancti ⁊ ſal
uati: qꝛ ſūt filij pnie: q̄ qꝛ ſunt filij marie cleo
phe: ita eſt de nobis ſi facim' pniam. de qbus
dicit apl's. Non cōfundit fratres eos vocare
ſ. illos q̄ faciūt pniam: ad Heb. ij. Aliq valde
fugiūt iſtā parētelā xp̄i elongantes ſe a peni
tentia. Primo a ieiunijs vigiliarū ⁊ quadra
geſime nolūt audire miſſam ieiuni. Si. n. ali
qs hꝫ loq regi vel pape: lauet ſibi ne habeat
anhelitū fetidū. ſic q̄ñ oratio fit in ieiunio ē q̄
ſi incenſum: ⁊ pōt dicē. Dirigat oro mea ſic
incenſum in cōſpectu meo ⁊c. Alij ieiunāt p
totā diē: ⁊ in collatione frangunt ieiuniū: co
medentes panē ɔtra ordinationē ecclie: ⁊ vo
lendo ſe excuſare dicūt: maiorē cōfortationē
dant cōfectiones q̄s comedūt p̄lati ⁊c. Di
catur ſilitudo de duob': quoꝝ vn' in q̄drage
ſima comedit bonū piſcē ⁊ cū bono ſalſamē
to: ⁊ alter de pane ⁊ vnū modicū fruſtū cū ca
ſeo antiquo: qs iſtoꝝ fregit ieiuniū vel q̄dra
geſimā: nō q̄ comedit piſcem: licet daret ma
iorē confortationē: qꝛ nō fecit ɔtra determia
tionē eccleſie. Dicūt doctores ſpāliter petr'
de palude in q̄rto di. xv. ar. iiij. q̄ nihil debe
mus comedere in collatōe de q̄ fiat cib' i p̄rā
dio vel cena: oliue lꝫ ſint ɔfecte nō debēt co
medi in collatione: qꝛ loco cibi ſumunt i p̄rā
dio. Dattili: pepones: auellane: amigdola:
coriandruꝫ: ⁊ oia ſilia frāgūt ieiunia: niſi ſint
cōfecte. Aſſimilemur ergo xp̄o p pniam. Iō
apl's. Semper mortificationē ieſu in corpe
noſtro circūferētes vt ⁊ vita ieſu i corporib'
noſtris manifeſtet. ij. Coꝝ. iiij. ¶ Dico ſcd̄o
⁊c. in aīa rōnali h° eſt pl'. Mō videam'. Nā
xp̄s habebat corpus: aīam: ⁊ diuinitatē. Aīa
aūt in principio creationis ſue habuit tantā
ſciam q̄ ſciuit oia p̄terita: p̄ntia: ⁊ futura. Iō
dauid loquēs xp̄o dicit. Ecce dñe tu cogno
uiſti oia nouiſſima ⁊ antiq̄ p̄s. cxxxviij. In h°
iſti duo apl'i fuerūt ſiles xp̄o: q̄ fuerūt multū
illuminati ſcientes nō ſolū p̄terita: ſed futura
multa. Dicatur quō poſt pēthecoſten iuerūt
ad p̄dicādū in perſidā: ⁊ rex perſide ⁊ rex in
die habebāt guerrā. Dicit quō rex pſide mit
tebat vnū ducē capitaneū ɔ regē idie ad bel
landum: qui ab ydolis ſuis nullū potuit hrē
reſponſum q̄d eſſet de bello. Dicatur hiſto
ria ⁊ quō apl'i denūciauerāt duci de pace fu
tura ⁊c. Moraliter belluꝫ parat nobis forti'
in hoc mūdo. ſ. de aīa cū dyabolo: ⁊ i iudicio
vbi mille demones clamādēt ⁊ accuſant. qa
aīa anteq̄ꝫ intret paradiſum quātūcunq̄ꝫ ſan
cta vel mala venit ad iudiciuꝫ: ⁊ dicūt demo
nes ſi ſit mala. Dñe fiat iuſticia. Tu dñe dā
naſti nos vno peccato irreuocabilr: ⁊ iſta aīa
fecit hoc per ſuperbiā: auaritiā ⁊c. Quid tūc
dicetis. Remediū eſt ergo cōfiteri pctā ɔfeſ
ſori q̄ eſt medius iter deuꝫ ⁊ animā ⁊ tūc aīa
ſic portatur inſtrumentū abſolutionis i fron
te ſcriptum. ⁊ rñdet xp̄s dicens. Feci iudiciū
ſcꝫ in confeſſione: ⁊ iuſticiā: in pnia: nō tradas
me ⁊c. Ideo moyſes ait. Utinā ſi ſaperēt ⁊ in
telligerēt: ac nouiſſima p̄uiderēt. Deut. xxxij.
Dico tertio ⁊c. opus xp̄i patet p̄ima. Jo. iij.
In hoc apparuit fili' dei vt diſſoluat opa dya

ꝺolí que ſunt pctá:tēptatiões: guerre: diuiſio
nes ꝛc. ꝛ iſta diſſoluit xp̄s. In hoc fuerūt ſimi
les xp̄o iſti duo ſancti apl̄i. Dicatur qūo inue
nerunt in perſida duos incātatores zaroen ꝛ
arphaxat: ad quos oēs gentes recurrebant ꝓ
ſanitate obtinenda vel ꝓ re perdita inuenien
da: vel ꝓ filijs ꝛc. ꝛ qn̄ inuocabant demões di
cendo: faciatis hoc vel hoc. qn̄q̄ ꝓmiſſione di
uina fuit fcm̄. Nā ipſi demones neminē pñt
curare niſi a leſiõe ceſſando: ac ſi ego eſſem in
uiſibilis ꝛ cū acu vel alias infligerē vobis do
lorē in narib' vel dētib' ꝛc. Ita faciūt demões
q ex pctō poſſunt dare dolores pctōꝛ: deo nō
ꝯtradicēte vt recurrāt ad eos ꝓ ſanitate: ꝛ dēt
fidē in eis vt tandē damnent. Sed apl̄i coꝛā
rege īfideli cū iſtis habuerūt magnū ꝯflictū.
Dicat̄ de ſerpētibus ꝛc. ꝛ de ꝯuerſiõe regiſ ex
miracul̄. Ergo fuerūt ꝯformes imaginis ꝛc.
Moral̄r hodie fiunt in mūdo opera dyaboli
ꝛ multi nō credūt facere. certū eſt ꝙ de' fecit
nos ꝛ nō ipſi nos. Nō op' dyaboli eſt: qn̄ hō
vult adaptare illud qd̄ de' bn̄ fecit vt faciunt
mulieres pingēdo ſe ꝛc. Scitis qualē iniuria
fit deo: ac ſi melioꝛ pictoꝛ mūdi feciſſet vnam
pulchrā imaginē: ꝛ tu q neſcis depingere vel
ſcis illā adaptare. Ita de eo. Cogita ꝙ de' ſci
uit depingere ꝛc. q̄re g° vos vultis aliter face
re vos. Nā deus dedit vobis mulierib' vbera
groſſa. q̄re ꝯ vos. ita conſtringitis ea. Idē de
oculis: de' dedit vobis oculos paruos ꝛ vos
facitis ꝛc. Idē ſi fecit capillos nigros ꝛ vos
vultis rubeos de cauda bouis ꝛc. Idō qn̄ orat̄
xp̄s abſcondit faciē ſuam a vobis: q: habetis
faciē dyaboli ꝛ non ſuā. Si dicitis. Dn̄e ego
ſum creatura veſtra ꝛc. rn̄debit mentiris. Dica
tur qūo mulier maritata pōt ſe lauare ꝛ mun
dam tenere: ne ſit turpis ꝛ vir habeat diſplicē
tiam. Item camiſiā ſuā pōt tenere mundam
ne vir ſentiat malū odorē ne habeat faſtidiū
nec viri debent eis cōſentire vt depingāt ſe: ſʒ
debēt dicere q: vel hoc facitis ꝓ me vel ꝓ alio
mō ꝓ me: q: non in domo. ſed qn̄ vadis extra
ꝛc. Idō dicit ſcriptura viris ꝛ etiā parentibus
Nolite cōicare opibus īfructuoſis. ſ. picturis
vxoꝛ tenebrarū magis autem redarguite. ad
Ephe. v. ¶ Dico q̄rto ꝛc. Xp̄s aūt pauperime
voluit conuerſari in hoc mundo amore veſtri
Scitis grām dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: qm̄ ꝓp nos ege
nus factus ē cum eſſet diues: vt illius inopia
nos diuites eēm'. ij. Coꝛ. viij. In hoc iſti duo
ſancti apl̄i fuerunt ſibi cōfoꝛmes: q: poſtq̄ cō
uerterūt regē perſidē ꝛ babylonie ꝛ tot mille
xp̄ianos ibāt paupertime induti. O dicit rex

tales hoies nō debent ſic incedere: obtulit eis
magna donaria ſeu dona theſauri ꝛc. Apoſto
li aūt vt ſtercoꝛa deſpicientes dixerunt. Nihil
terrenū vel carnale: ſed ſolū volum' dei hono
rē ꝛ aiarū ſaluationē ꝛ de illis pecunijs edifi
cauerunt eccleſias: hoſpitalia ꝛc. Ecce qūo in
cōuerſatione fuerūt xp̄o ſimiles. Moraliter
hoc tangit religioſos: clericos: ꝛ etiā laycos.
Religioſi. n. debēt hēre ſolā ſtrictā neceſſitatē
vite: nihil amplius recipere: etiā ſi vellēt dare
q: hoc deſtruxit ordines q a principio incepe
runt cū tanta paupertate ꝙ beat' Bernardus
de folijs fagi comedebat ꝛc. ſʒ p' reges ꝛ prin
cipes philocapti de eis edificauerūt eis mag
monaſteria: dantes eis villas: ꝛ caſtra ꝛc. intē
tū ꝙ tota religio eſt perdita: non ſunt niſi poꝛ
ci graſſi. Propter hoc btūs Dn̄ic' ꝛ Franci
ſcus inſtituerūt ſuos oꝛdines ſine redditibus
vt eſſemus mendicantes: ꝛ incepit deuotio gē
tiū: ꝛ edificauerūt magnas domos eis ꝛc. etiā
totū eſt perditū. Idē de heremitis q incipiūt
ſtricte: ſed poſt edificant ꝛc. Paupertas apl̄i
calis eſt ita cuſtodienda ſicut puella ſuā virgi
nitatē: q: multi philocapti mittūt ſibi iocalia
ſi recipit erit putana. Idē de religioſis. Sed ſi
cut mulier q̄ vult caſte viuere nō vult recipere
dona: ſi eſt paup ꝛ mittitur ſibi elemoſyna illā
pōt recipere ꝓ neceſſitate. Ideo ſeruiam' be
ne deo: q: nihil deficiet nob de neceſſarijs. Idē
de clericis: caueāt a ſymonia: ꝛ dicant bene ꝛ
deuote ſuū officium: q: de' ꝓuidebit eis. Itē
layci caueant ne recipiant aliquid per vſurā
nec alias qualitercūq̄ iniuſte. Si nō poteſtis
ſeruare tantā paupertatē quantā apl̄i: admi
nus nihil recipiatis iniuſte: nec etiam fructus
Qui furabatur iam nō furetur: magis autem
laboꝛet operando manibus ſuis qd̄ bonū eſt
vt habeat ꝛc. ad Ephe. iiij. ¶ Dico quinto ꝛc.
Xp̄s ꝑdicauit gentibus pn̄iam. Poſtq̄ dixe
rat aliqua ſecreta theologie de alio mūdo ſta
tim reducebat ſe ad moꝛalitatē. Uenit ieſus
ꝑdicās euangelium regni dī dī. Penitemini
ꝛ credite euangelio. Mar. i. In hoc apoſtoli
fuerunt ſibi ſimiles. Dicatur qūo poſtq̄ con
uerterant multas gentes. quedam puella phi
locapta de quodā: paulatim venerunt de ver
bis ad tactus ꝛc. Ab illo fuit īpꝛegnata ꝛ ipſa
cooperuit: ſed in partu clamādo ꝛc. fuit diſco
operta ꝛ volens celare illū iuuenē quē dilige
bat: diffamauit vnum dyaconū diſcipulū illo
rum apoſtoloꝛum virginē ſanctū ꝛ deuotum
Dicatur quō fuit liberatuſ a ſanctis apoſtolis
miraculoſe per loquelā pueri noviter nati ꝛ



voluerunt ꝑdere nocentē. vt pʒ in legēda ꝛc.
Pʒ qūo fuerūt ſiles xp̄o predicando euange
liū ꝛ pn̄iam nolētes ꝑdere illū vt poſſet pn̄iā
facē: q: nolo moꝛtē pctōꝛis: ſʒ vt magis viuat
ꝛ ꝯuertat̄. Ezech. xviij. Moral̄r hēm' hic duaſ
doctrinas. pꝛia ꝓ puellis: vt caueant a carnali
amoꝛe. Dicat̄ ꝯ ꝯſuetudinē puellaꝝ nō eūtiū
ad miſſam: q: tūc fit totū malū. Scd̄a doctria
eſt nō diffamare aliquē: vt illa que credo ē vl̄
ſit dānata: q: nō reuocauit: ſicut eſt neceſſariū
reſtituere ablatū. Magis neceſſariū eſt reſti
tutio fame cū ſit maius furtū. Prouerb. xxij.
Melius eſt nomē bonū q̄ diuitie multe ꝛc.
Aug. Nō pigeat ex ipſo oꝛe ꝓferre medicamē
ta vn̄ facta ſūt vulnera. ¶ Dico ſexto ꝛc. Xp̄s
moꝛi voluit vt hoieſ ad eū traheret. xp̄s ſemel
ꝓ pctis nr̄is moꝛtu' ē iuſtus ꝓ iniuſtis: vt nos
offerret deo. pꝛia Pet. iij. Ita apl̄i ꝑ ꝑdicatio
nes ꝛ trahēdo gētes de erroꝛe moꝛtui ſunt in
ciuitate ſamyr: vbi adoꝛabat̄ ſol: cui fecerant
idolū: dicēdo ꝙ nihil pulchꝛi' nec clari' in mū
do q: illuminabat: calefaciebat ꝛ faciebat fru
ctificare: ꝛ illud ydolum adoꝛabant. Cum au
tem apl̄i predicarent ꝯ iſtū erroꝛem clare oſtē
dēdo ꝙ nec ſol nec luna nec ſtelle ſunt adorā
de. Ratio: q: habemus lumen ꝛ caloꝛē a ſole
ſeu aſtris: nec grates eis nec gratias ſʒ xp̄o q:
nō cereo ardenti regratiandū eſt: ſed ipſo illu
minati. vel ſi rex daret vobis monetam in cy
pho argenteo: nō eſſʒ regratiandū cypho ſed
regi danti. Ideo magnum pctm̄ facit qui ſoli
vel lune facit reuerentiā ſeu oꝛonem: q: erro
neū eſt ꝛ hereticū. Dicatur cōtra illos qui qn̄
vidēt lunā nouā. dicunt lune. O dn̄a luna ꝛc.
